



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

NATIONALBIBLIOTHEK
IN WIEN

598802-A

ALT-

228

91

✓ 0

Jo. GEORGII KULPIS,
Jurium Licentiati,

De

LEGATIONI-
BUS STATUUM
IMPERII
Commentatio.

Quâ singula eximii hujus Juris capi-
ta ad regulam legum publicarum explicantur,
illustrioresque ac plurimam partem nuper demum,
in titulorum præsertim ceremoniarumq; solen-
nitatibus, ventilari cœptæ controver-
sæ recensentur.

Annexo Rerum ac Autorum Indice.



G I E S S E,

Sumptu ALBERTI OTTONIS FABRI,
EX OFFIC. ACADEM. ORD. KARGERIANA.
per Johan. Eberhardum Petri.

ANNO M DCLXXIX.

598802-A.

THE NATIONAL ARCHIVES
COLLECTION

DECLARATION

OF INDEPENDENCE

1776

CONSTITUTION

When in the course of human events, it becomes necessary for one people to dissolve the political bands which have connected them with another, and to assume among the powers of the earth, the separate and equal station to which the laws of Nature and of Nature's God entitle them, a decent respect to the opinions of mankind requires that they should declare the causes which impel them to the separation.



1776

And the Declaration of Independence of the United States of America, bearing date the fourth day of July, 1776, is hereby declared to be the true and correct copy of the original thereof, as the same is now deposited in the National Archives and Records Administration.

Per Illustri ac Generosissimo

DOMINO

WEIPRECHTO
de **GEMMINGEN,**

Domino in Hornberg, &c.
Serenissima Principis Landgraviae
Hess. Darmstadinae Consiliario Intimo,
Regiminis ac Camerae
Præsidi.

Mæcenati ac Domino suo

S. P. D.

JO. GEORGIUS KULPIS.

SI communi cæteris fere mortalibus indole Tuam, Domine, æstimare quoquo modo aut metiri liceret, omnino erat fu-

turum

turum opus, ut prolixiores longe
 rudes facinori meo, quo tanti
 Nonnisi Tui autoritatem huic
 Commentationi privata potesta-
 te præscribere ausus fui, apud Te
 excusando tuendoque quadante-
 nus valitura, conquirerentur
 amplius allegarenturque; si ve e-
 nim curæ, quæ huc impensa est, si-
 ve molis libelli, si ve cæteræ deni-
 que qualiscunque disciplinæ ha-
 beretur ratio, tanti non fuisse, vul-
 go multi existimaverint, ut tam
 splendido eoque fere ambitioso
 auspicio, hoc quicquid est opuscu-
 li, in publicum debuisset emitti.
 Nunc cum ea sit ingenii Tui men-
 tisque excelsa bonitas, atque inde
 derivata pridem in quoscunque,
 præcipue vero in literas earumque
 cultores,

cultores, palam demonstrata hu-
 manitas ac beneyolentia, ut non
 modo quod perfectum omni nu-
 mero elaboratumque habetur, ad-
 versus invidiam præsidio Tuo at-
 que tutela dignari, sed & in nostras
 juniorum animarum cognatio-
 nes primævas, Eruditorum ocu-
 los fors subire ausas, istius indul-
 gentiæ partem seponere, officio
 Tuo convenire credas, satisque re
 ipsa profitearis, quo hâc fortæ be-
 nignitatis aurâ, ad vivacitatem u-
 beriore[m] maturitatemque, qua-
 lem æsuperioris seculi tempestati-
 bus relictæ vix queunt sperare,
 provehantur deinceps atque ex-
 crescant, factum est, ut majori
 animi fiducia, & citra speciosè
 quæritos prætextus, paginas illas

PER ILLUSTRIS TUÆ GENEROSITATI consecrare suffu-
nerim, quibus, à mea elaboratione atque studio quod habere ne-
queunt, pretium; ab argumenti granditate hætenus accessurum
confido, ne Tuo conspectu indignæ prorsus judicentur. Sicut enim post Principis nomen ac munus, augustius nullum est, quam Legati, ita de Nostro potissimum hoc confitebuntur, quotquot Germaniæ Principum, Imperiiq; Romani Statuum, magnitudinem, ac ante alios dignitatem, penitus animo suo sunt complexi: in quibus, cum Ipse Tuo exemplo, perfecti Legati imaginem speciemque vivam exhibeas, eo magis haud vanè licuerit sperare, fore,

DEDICATORIA.

fore, ut nihil sis averfaturus, fi umbratica speculatione deſcriptæ ejus generis res, ad oculos Tuos decenti veneratione allegarentur, quas in ipſa Reipubl. luce tractare, in medio arduorû negotiorû diſcrimine perſpicere, Tuoque explicare officio affueviſti, nam in eo quoque dum facilis es, nihil aliud agis, quam partem ostendis illius perfectionis, quâ nos mer tantum appellatione, ſed conſenſuac ſuffragio omnium, qui Te norunt, hominum prudentium, ſuſpiceris merito celebrariſque, ex quo gloriam utriusque faſtigii, unde optimus perfectuſq; legatus præcipue ſolet æſtimari, avitæ nimirum ſtirpis nobilitatem, exactioremque ſtudiorum publice

salutarium notitiam, in Tua unius
 persona adeo conjunxisse fortuna
 visa est, ut specimen quoque præ-
 bere voluisse dici possit, alterca-
 tionem Eruditorum, quâ, ex virtu-
 tibus istis, utrius in seligendo lega-
 to potior debeat haberi ratio, an-
 xie disquirunt, feliciter compo-
 nendi, quando ambas Tibi pro-
 prias ita reddidit, ut in Te neutrá
 major, utraque vero esset oppido
 maxima. Quid enim? nõ meo de-
 mum calamo edoceri debet No-
 ster Orbis, quam luculentis in Im-
 perio Germanico meritis, à sex-
 centis inde atque amplius annis,
 in hunc usq; diem, se venerabilẽ
 profus effecerit Generosissima il-
 la GEMMINGIORUM pro sapia,
 quam in gentibus passim muneribus

bus exsplenduerit dignitatibusq; ,
 belli pacisque studiis, nec citrala-
 bore plurimum, partis: non di-
 cam hastas, vexilla, phaleras, cica-
 trices, triumphos, facinora alia,
 quorum nomine vel ipsi terræ,
 Heroicæ hujus propaginis produ-
 ctrici, Creichgojæ, gratulari, ejus-
 que primas inde laudes repetere,
 fas esse duxerunt scriptorum o-
 ptimorum plures: quantum vel
 illud est, quod superioris seculi
 initio, ob animi generisque nobi-
 litatem, ex eadem familia in pri-
 mum inter Principes Imperii, pro-
 ximumque ab Imperatore locum,
 evectum vidimus surculum, stir-
 pis suæ omnino testem? sed quæ
 publicis laudantur annalibus, mea
 prædicatione non indigent, nec

X S præ-

præter viam debent commemo-
rari, quibus profectus locus con-
venit laborque. Id vero ab om-
ni prorsus adulatione remotissi-
mum puto fuerit, si dixerim, vide-
ri ipsum hujus, in Majoribus Tuis
diffusæ Generositatis spiritum, e-
jusve vigorem quendam nobilio-
rem, in Te, DOMINE, conflu-
xisse, qui ad magnas quasque vir-
tutes Te auctoraverit, excita-
verit, provexerit, quarum splen-
dore effectum denique sit, ut quæ
nascendi conditione obtigerunt
dotes, in Te nunc pro alienis rectè
ducere possemus, propriis tam lu-
cülenter circumfuso; sive enim
primæ sortis ingenium, quod nihil
humanæ scientiæ Tibi occlusum
esse patiebatur, sive amplitudinẽ
animi

DEDICATŌRIA.

animi, qua non nisi ad cordata studia, ad meditationes grandes, vitæ ac Reipubl. usibus propriè destinatas, semper ferebaris, sive nunc consiliorū saluberrimorū copiam, industriæ quibuscunq; difficultatibus sufficientis constantiã, prudentiæ vim, in præsentē patriæ salutē mira alacritate expeditã, sive cæteras deniq; inspiciamus divine indolis Tux florentissimas opes, omnino nihil occurrit, quin certissimum hujus rei documentum possit præbere. Hoc est, quod raro casu, maturius quam pro ætate, gravissimis PRINCIPUM negotiis, & munere quidem tam excelso, ut Præses ac Moderator tanti operis, sis præfectus, eoque summi Viri, cujus omen aut signum antea

antea dedisti, jam jam fidem ostendas atque exempla, majoris nescio cujus fortunæ pignora. In isto tamen felicitatis usu, & inter immensam illustrium curarum molem, cogitationes Tuas familiariter subinde Musis indulgere ac ad amoeniores illarum secessus reverti, non desinis, sicut nuper, ubi per temporis aliquod spatiū, à SERENISSIMA PRINCIPE, Republicæ causâ, juxta cæteros Magnates Delegatus, heic commoraberis, mirabunda coram vidit Academia, ac spem inde lætam apud sese concepit, futurum, ut in hoc cœli, bonis literis tristitia multa, & fere ad barbariem priscam ducentia mala passim minantis ac deliberantis, moru statuque, Hæ-

fia

DEDICATORIA.

si nostra, quod metueret nihil sit habitura, postquam PRINCIPIS OPTIMÆ, ceu Benignissimi Solis, aspicio atque indultu, tam salutari Eidem sidus denuo affulserit, cujus favor, ac in decora liberalium artium studia largiter permissa virtus, languorem istum delere, infelices quosque avertere casus, ac suo sapientiæ cultum nitenti vigorique restituere penitus valeret. Istius quidem instituti specimen non extremum est, quocunctos literarum amatores, queis uspiam Te, DOMINE, salutare contingit, tam facili vultu animoque non solum admittis, sed sermonibus quoque in eam rem compositis ad desiderium quoddam extimulas profectum altiorum, & ad pulcer-

pulcerrimarum rerum studium,
non minus auctoritate, quam ex-
emplo instruis, undiq; veropro-
pensione eodē voluntatis argumen-
ta abunde testaris: ego sane non
possum, quin publice quoque de-
prædicē insignē istam benignita-
tem, qua nupero, Tui alloquio, se-
mel atque iterum, præter meum
utiq; meritum, acceptus habitusq;
fueram, quod vel unicū in locum
gravissimarū causarum poterat e-
valescere, quare præsentī venera-
tione PER ILLUSTRĒ TUAM GE-
NEROSITATEM adire debuerim, ut
aliquod salum sollicitudinis meæ
extaret monumentum, unde do-
ceri possit, isthoc beneficium de-
bita mentis pietate me agnovisse,
eoque nomine summopere cen-
sere

ser me ac profiteri obstrictum, in
 eius fidei testimonium, qualem-
 cunque hanc scripturam devote
 offero obsecroque, propitius pla-
 cidusque accipias, ac præterea
 patiaris, ut ea velut nova tabula,
 Tibi, DOMINO meo, ego me ser-
 vitu porro constituam reum,
 Tuorumque Clientium numero
 ita adscribar habeatque deinceps.
 DEUS Te sospitet conservetque, &
 perpetuum rem publice privatim-
 que benegerere largiatur. Scrib.
 Giesæ, d. IIX. Kl. Septembris
 cl. lœc LXXIX.

LECTOR BENI- VOLE.

Annus & amplius est, ex quo mihi de argu-
 mento Dissertationis, ut vocant Phaugad
 nalis deliberanti, in instrumentis sanctae cognitionis
 veneras, si Jus Statuum Imperii circa Lega-
 tionis, eoque pertinentia illustriorum contro-
 versiarum capitis, ad regulas publicarum legum
 ependere, ac ad revocandum proponere hoc sine
 sustinerem, omnino me praeterissem, et quod
 officii rationibus conveniret, facturum esse
 quoniam hac illis publicis pars haecenus
 scriptibus nostris, forte neglecta saltem, in
 vixis lima cura non indigeret, nusquam tractata
 deprehenderetur, omnino autem talis deberet
 haberi, qua utilitatem suae cognitionis longe la-
 teque ostenderet: cuius quidem elaborationis
 studium eo lubentius suscepturus fueram, quo
 nobilius esset argumentum, atque haec in fontes
 non tantum juris nostri, qua publici qua privati,
 sed aeterarum quoque bonarum literarum pene-
 tralia amplius procedere, major daretur occasio:
 in qua sententia etiam deinceps persisti. Quam-
 primum vero laboris initium feceram, colligen-
 da

daque scriptio-
 nis hujus mater-
 ie, insignem ejus
 partem videbam ita comparatum esse, quae pro-
 pter subtilitatem suam amplitudinemque, nec in
 Cathedra, libertate ea, quae huic loco propria esse
 solet, se disceptari, nec Academicae Dissertatio-
 nis numero coerceri, pateretur, ut adeo ista vi-
 ce, aliqua exinde decerpta, quae alterius essent
 generis, in usum publici colloquii colligere, caetera
 exercendis ingenii viribus, peculiari postmodum
 Commentario luculentius paulo exequi, mecum
 decreverim, cujus instituti primam partem su-
 periori etiam anno exhibui, alteram ut nunc ex-
 solverem, promissionis facta memoria & vo-
 luntate Amicorum effectum est. Quamvis
 autem tam arrogans non sim, ut pro hocce libro
 declamationibus adversus invidiam, velut in-
 terriculamentum, opus esse opiner, cujus dens-
 non nisi grandioris genii opera arrodere suctus,
 qualescumque nostras paginas utique sinec in-
 etas, praefanda tamen quaedam duximus illo-
 rum gratia, à quibus nostra impetraliis telis pos-
 sent. Neque enim deerant forte, qui promiscue
 hoc argumentum, nominatimque ad titulos Di-
 gestorum & Codicis, delegationibus, ab Interpre-
 tibus Juris Romani, & Canonistis, ad tit. x. de
 Officio legati, expositum, à pluribus insuper
 Scriptorum aliis, professa opera adornatis Com-
 mentariis Dissertationibusque, satis excultum
 esse

esse confabuntur, quoad in scholis ejus tractatio necessaria sit, aut eodem possit pertinere, quare etiam supervacuum laborem presentem, aut saltem extra potestatem nostram constitutum, judicabunt, si quid controversiarum in aulis Magnatum, publicisque legatorum Conventibus, super hujus generis rebus, quod ad Status Imperii nostri quoque attineret, noviter fuerit exortum, quibus recensendis vel ideo debuissimus abstinere, quod odii nulla capacior materia sumi posset, quantacunque enim verborum circumspeditione sententia, ubi in diversas opiniones ipsi abierunt Principes, proponantur, vix esse, ut quis in offensionem alterutrius non incurrat. Sed tanti nondum hac existimo, ut caepti semel consilii propterea me debeat paenitere, utut enim non negaverim, de legatis in genere sexcentos fere ICtorum ac Politicorum extare libros; quemadmodum in horum numero, vel ipsi mihi noti sunt, Jacob^o Hovvelius, Franciscus Hotomanus, Stephanus Doletus, Albericus Gentilis, Hermannus Kirchnerus, Fridericus Marselacrus, Carolus Paschalius, Conradus Brunus, Petrus Rebuffus, Octavianus Magius, Franciscus le Vayer, Gondissalvus de Villadiego, Johannes à Chokier, Casparus Bragaccia, Henricus Wottonus, Christophorus Varsevicius, qui

tionem

orationem composuit, Johannes Brunellus, Cam. Borell⁹, Anonymus Autor speculi boni legati, Antonius de Vera, *cujus de perfecto Ambassadore opusculum, postea in Gallicam linguam est translatum*, Jeremias Setserus, Martinus Laudensis, Anastasius Germonius, ex quibus alii dignitatem potestatemque legatorum asserere, alii jura ac privilegia eorum definire, alii prudentia regulis instruere eosdem, officiumque boni legati describere, professi sunt de Judice quoque legati delinquentis competente, Richardus Zouchæus *Commentarium scripsit, & Questio quadam in hanc rem Anonymo Autore, Argentorati ac Parisiis, anno hujus seculi sexto edita est. Res apud varias gentes in causis legatorum judicatas, titulus decimus quintus libri X. Petri Aerodii continet. illorum autem qui Dissertationibus Academicis idem habuerant propositum, vicissim oppido multi sunt, suffecerit aliquorum fecisse mentionem: Gerhardi de Stöcken, Disputatio Inauguralis passim laudata, auctior denuo prodibit, uti ex literis Amplissimi Viri habeo; Christophori Besoldi, inter opuscula ejus Politico-Idiomatica; Matthiæ Bortii & Johannis Gryphiantri in opere Juris publici Arumæano comparant: Jacobi Thomasi, Michaelis Raschii,*

Ad Lectorem.

Christophori Friderici, *seorsum extant*, sicut
& illa, qua sub Jo. Henrico Bœclero, Her-
manno Conringio, Johanne Rebhano,
Jacobo Schallero, Henrico Hahnio, Erne-
sto Friderico Schrötero, *diversis temporibus*
Academiisque sunt habita. præterea specialius
quidam de legatis Pontificiis, à latere, alisque
commensati sunt, inter quos Anonymus non-
nemo scriptor, & Raphael Cyllenius, Venetiis
excusè; Andreas Barbatia, Petrus Andreas
Gammarius de Casali, Æneas de Falconibus de
Magliano Sabinensis, Nicolaus Boerius in Tra-
ctatu quem vocant Tractatuum, volumine tertio-
ac sexto decimo exhibentur: Attamen si quis
nunc istos evolvere sustinuerit, præter communes
regulas, & ad eos quidem legatos, qui à summa
mittuntur potestate, præcise pertinentes, parum
reperiet, aut si qua inde abeunt, ad solos referren-
tur municipales; de Nostris autem Statuum Im-
perii legatis, qui mediam veluti inter istos ha-
bent naturam, disputationibusque eodem pro-
prie relatis, vix verbum apparebit: sed & ipsos
publici juris Doctores ceteros heic vel brevissi-
mis, & quasi in transitu hoc Statuum jus nomi-
nando, defungi, aliquos præterire penitus, lice-
bit observare, quod de Limnæo, tam operoso non
minus quam diligenti scriptore, merito mireris,
imo

into cum Collegium Juris publici Schuzianum
 componeretur, unum atque alterum hinc inde
 brevissimis ejus fecisse mentionem, loco vero pro-
 prio tractationis debita quoslibet fuisse oblitos,
 quoad à Directore operis, occasione pacis juris, le-
 gatorum mittendorum facultatem, illorumque
 jura recensere, Dissertationis illius scriptor ju-
 beretur, à magni nominis Viro, qui tum inter
 Collegas fuerat, mihi relatum est. ut adeo pra-
 ter Sprengerum, Mylerum, aliosque paucos,
 non sint, qui in libris suis juri legationis, praefer-
 tim quatenus Statibus sigillatim, & respectu ter-
 ritoriorum suorum consideratis, tribuitur peculiare
 destinaverint caput. Interpretum autem civilis
 Canoniciq; juris ad praememoratos titulos Com-
 mentationes, quantum huic disciplina conferant,
 per se etiam absque meo iudicio notum est. Quare
 ignarus admodum rerum sit oportet, qui hac in
 parte de multitudine scriptorum velit conqueri,
 quin potius applicari huc non male posse arbitror,
 quod apud Phaedrum legimus: haecenus fabrum
 defuisse materiae, non materiam fabro. Sane
 id in primis verum est, si ad solennitates ceremo-
 niarum, titulorumque formulas, in receptioni-
 bus, audientis, visitationibus ceterisque tra-
 ctationibus legatorum, publice nunc receptas,
 animum advertamus, quas, cum civilitatis stu-

Ad Lectorem.

dium aliquando pro arbitrio ac affectu Imperantium, temporumque ratione, induxerat, paulatim nunc in reale quippiam, & cum præstationis necessitudine conjunctum opus abiisse, seculi mores contendunt, ut partem quoque juris gentium hodie facere videantur. talium observationes sollicita, sicut temporibus nostris in actu vite sæpius facessunt negotium, propter suam aliquam fluctuationem, dum in certam perpetuamque legem ubique valituram, nondum penitus sunt redacta, ita in describendo legationum jure habituque pleno, non ut olim & ante paucos adhuc annos factum est, fere negligi, aut pro minutis haberi, sed omnino accuratius attendi, ac quantum fieri potest, in contextum discipline istius deinceps apud nos quoque componi debent, quæ praxi publica tam nobilem illius partem constituunt. quod quidem institutum superiorum temporum scriptores, nisi fallor, haud aestimarunt, suis procul dubio rationibus eo adducti, insigne autem ejus specimen exhibuit Autor Gallici libelli, isto titulo, *Memoires touchant les Ambassadeurs & les Ministres publics*, proximis abhinc annis editi, cui in novissima editione auctiore, *Wiquefortii, Serenissimorum Ducum Brunsvicensium ac Luneburgensium Consilarii & Residentis nomen præscriptum videmus;*

videmus; heic enim facili non minus quam sua-
 vidocendi ratione, propositis generaliter regulis,
 quarationibus postea ac exemplis recentissimis
 prolixius confirmantur illustranturque, inter ca-
 tera hujus argumenti capita, aliis fere præter-
 missa, inprimis philosophia ceremonialis egregie
 traditur, quatenus ad legatos in univrsam ea
 pertinet: ad Statuum vero Imperii legationes
 propius & per partes applicata nondum appare-
 bat, nisi quod nuper admodum Cæsarinus Fur-
 stenerius, suo de Jure suprematus ac legatio-
 nis Principum Germaniæ Commentario, indu-
 striam intenderit, ac insignem earum rerum
 huc quoque transtulerit numerum, occasione
 controversia, de jure mittendi legatos primi
 ordinis cum annexis prærogativis, Principibus
 mota, quod æque his atque Electoribus com-
 petere, professa opera multisque rationibus
 defendit Furstenerius, &, qui sua inde derivas-
 se videtur, Colloquii Gallici scriptor; Entretien
 de Philarete & d'Eugene, sur la question du
 temps agitée à Nimvvegue, touchant le
 droit d'Ambassade des Electeurs & Princes
 de l'Empire, cum antea inter prærogativas E-
 lectorum id retulerat Autor dissertationis, lettre
 d'un desintereffé à un sien Ami touchant le
 titre d'Ambassadeur; occurrunt etiam hujus

generis quadam in libello, pro Serenissimi Electoris Brandenburgici jure mittendi plures equali potestate legatos, ea inscriptione edito; De nouement de la question, qu' il y a touchant le ceremoniel entre les Ambassadeurs de France & ceux de Brandebourg, qui se trouvent presentement au Traitté de paix à Nimvveguen. Neque his tamen puto effectum est, ut propterea ulterior argumenti nostri tractatio supervacua redderetur aut inutilis, praterquam enim quod non nisi speciales aliqui tituli, & quidem prout ad Status, quos vocant, superiores, Electores atque Principes, precise ordinantur, istis scriptis per occasionem sint expositi, etiam inter partes, & à partibus, si recte memini, eadem sunt composita, in dissidio nimirum ac disceptatione publica, qua, ut in foro, unicuique parti pro suo tantum vigilare jure, sibi que unice profutura adferre omnino licet; à quo instituto longe abit, abire saltem debet, illorum disciplina, qui extra disputationes partium constituti, plenam alicujus negotii aut controversia juris publici descriptionem adornare, atque integram rerum seriem recensere more Academico profitentur, quemadmodum nostra Commentatione nobis utique fuit propositum: siquidem in universum jus Statuum Imperii, omnium ac singularum, circa legatio-

*legationes non minus Imperiales, quam Territo-
 riales, explicare, atque huc pertinentes quascun-
 que, potissimum vero nuper demum in ceremo-
 niarum titulorumque solennitatibus exortas con-
 troverfias ita proponere aggressi sumus, ut non
 unius aut alterius tantum partis argumenta de-
 clamationesve, sed ceterarum responsa simul ac
 sententia bona fide exhiberentur, tantaque ani-
 mi integritate, unde non nisi veritati nos studuis-
 se, perspicue constaret; nam & ipsa verba, qui-
 bus litigantes partes subinde consueverunt uti, in
 scriptis utrinque editis, quousque poteramus, so-
 lenter retinimus, ceteram quoque dissertatio-
 nem ejusmodi adornavimus formulis, ut nulli
 hominum justam conquerendi causam iisdem nos
 praeuisse opinemur, praeterea ceremoniale leg-
 atorum philosophiam, haectenus fere disjectam,
 in concinnam aliquam ordinatamque methodi
 regulam componere, ac tandem, praecisis locorum
 communium centonibus, aut aliunde praesupposi-
 tis generalioribus capitibus, fere earum tantum-
 modorum definitionem conficere allaboravi-
 mus, quae magis ad nostras spectarent legationes,
 iisque propria essent. si quis nunc auctoramen-
 tum, ex quo potestas, in publicum ista differendi,
 mihi tributa sit, operosus de postulaverit, cum
 ad primos publici nostri Juris Interpretes, Aru-
 maum,*

maam, Strauchiam, Schuzium, Conringium, Bœclerum, Limnaum, aliosque remitto, quorum argumentis pridem ostensum est, ut in Academiis jus publicum plene, ac quoad singulas sui partes, tradatur, non solum contextui reliquarum disciplinarum conveniens esse, sed & utile prorsus, ac publice commodum haberi, ne imperiti hujus artis rudesque omnino homines protrudantur in aulam, eamque in ipsis demum negotiis, magno saepius Principum detrimento, condiscere teneantur, equidem esse heic multa, de quibus ea libertate, qualem in Academiis sibi vindicant, disceptare minime liceat, in cæteris etiam nonnullos pruritu quodam novandi, interdum contra leges publicas, velle ingeniosos videri, eoque more alias laudabili solere abuti, haud abnuerim, verum nihil horum in præsentî Commentatione puto deprehendet, qui eandem legere fuerit dignatus: sicut enim constanter asseverare possum, id quod in partem etiam civilis felicitatis imputo, me hoc studiorum genere optimis quibusque Doctõribus usum, ac in eorum scholis enutritum esse, qui publica jura feliciter non minus expeditiusq; quam reverentius cæteris tractare, ac præter fontes solidioris eruditionis, religionem quoque adversus publicas leges, bonique civis officium, sedulo proponere ac ingeminare proficientibus undique

dique consueverunt ; ita ab eorum placitis aut
 semita pramonstrata me nunquam haectenus ,
 praesertim nec hac scriptura , recessisse , persuasus
 omnino sum. Denique , cum in his , qua legi-
 bus Imperii decisa sunt , eam regulam sollicite
 observaverimus , in reliquis , quorum disceptatio
 adhuc sub iudice versatur , recensio vero , ob argu-
 menti connexionem , omitti non poterat , modo
 prorsus innoxio simus versati , facti , ut loquuntur ,
 speciem vel controversia statum , & argumenta
 utriusque partis , debita modestia verbisque nil
 nisi veritatis studium spirantibus , describendo ,
 sententia postea ferenda facultate in solidum iis ,
 ad quos pertinet , relicta , quorum munia privato
 iudicio involare aut antevertere , summa sem-
 per nobis religio fuit , non apparet , qua ratione
 ullius indignationem justam aut offensam potue-
 rimus incurrere , sic ut tamen alicubi secius tra-
 didisse videbimur , maniti de errore , si qui ap-
 paruerit , sponte concedemus , dictisque vel hoc
 ipso auctoritatem volumus detrahi. Interim

Vale , Benivole Lector , & conatibus
 istis qualibuscunque
 fave.

(0) 90

VIRGO

VIRO JUVENI CLARISSIMO
 DN. JOHANNI GEORGIO
 KULPIS,

*Honorum Doctoralium
 Candidato.*

QUAMDIU inter nos, tanquam
 publica in luce, versatus es,
 non alia, quàm hominis bene nati
 exempla edidisti, nec quibus mo-
 ribus alii viverent, ad te pertinere
 putasti, dū tute ipse sis bonus. Jam
 dudū enim vulgi mores perdidic-
 eras, quos ars nunquam, nunquā
 natura, Nemese publicā soporatā,
 componere potuit. Fuerunt olim
 Philosophi, quorū alter quos mo-
 res in publico fleverat, deridebat
 alter: Uterq; non sine causa, neu-
 ter cum profectu, nisi quod ille in-
 nocentius flere, hic flagitia super-
 bius contemnere videretur; Tan-
 tum

tum id consueti, ut suorum temporum turpitudine virtutē eorum redderet illustriorem. Ut enim nusquam alibi quam inter tenebras lux gratior, sic alibi nusquam clarior virtus, quam inter vitia. Itaque aliorum eclipsis in tantum illustravit honestam tuam vitam, quantum studiorum assiduitas adjecit eruditioni. Quod si vita bene & studiosè peracta odium forte an peperit, enimverò non apud bonos & honestos peperit: sed apud hos, qui ex morbo animi omnem jam dudum ejurarunt bonam copiam. Sin fuere qui eruditioni, quæ in te insignis est, invident, illi tam suæ inertiae torpore, quam aliorū virtutibus torquentur, alienoque tabescunt bono. Fruantur ergo hac suâ inertia, quæ

hoc

hoc solo felix est, invidiâ quod caret. Fruantur Socratico consilio, qui Alcibiadi, quibus modis invidiam declinaret, interroganti, si uti Therſites viveret, respondit. Tibi verò satius est Achillem cum invidia sectari, quam Therſiten sine illa, sed non sine dedecore & infamiâ. Quod superest, Ego tibi gratulor, qui nunc demum peractâ Academicâ navigatione, de portu quos præter vectus scopulos, quos fluctus evasisti, securius despicias. Quæ felicitas ut tibi propria sit atque perpetua, faxit Supremum Numen, tam benignum erga bonos, quam in malos Justissimum. Vale.

Gissa ex Museo 27, Julii An. 1678.

JOHANNES STRAUCHIUS,
Jctus.

INDEX

INDEX CAPITUM.

- CAPUT. I. Quid Legatus.** pag. 1.
- II. Quænam sint ex hodierno curialis styli usu legatorum genera.** 2.
- III. De his qui legati esse videntur, nec tamen sunt.** 37.
- IV. Quid Status Imperii nomine hîc significetur.** 49.
- V. An & quid juris Statibus competat, circa legationes nomine Imperii mittendas.** 71.
- VI. De legationibus Statuum Territorialibus & primû quo jure aut titulo mittantur.** 104.
- VII. Quando & quibus gradibus legationû jus ac quisiverint Ordines.** 132.
- IIIX. Status qui & quales mittant legatos, ubi de Condominis, Minorennibus, apennagiatis, exemptis aliisque.** 186.
- IX. Ad quosnam legatos mittere possint Status.** 219.
- X. Quales sint aut esse debeant, qui à statibus mittuntur legati, ubi imprimis de jure mittendi Ambassadors, an & quibus competat.** 251.
- XI. De Requisitis specialioribus legatorû ad Conventus præsertim Imperii mittendorû, publicis legibus moribusve præscriptis.** 314.
- XII. De solennitatibus missionis: ubi de manda-**

mandato, literis credentialibus, salvo conductu, legativo. 334.

XIII. De Intimatione adventus, solenni receptione, hospitalitate publica, legitimatone, aliisque solennibus circa admissionem legatorum Statuum, tam apud Exteros, quam in Imperio receptis. 360.

XIV. De Characterere representatio, ejusque effectibus, quatenus in legatis statuū reperiuntur, & primum de præcedentiæ representativa. 388.

XV. De ceremoniis apud Principē, ad quem missus est legatus, observari solitis, ubi de solenni deductione ad audientiā, honoratiore loco in domo Principis, facultate se tegendi sedendiq; coram Rege. 444.

XVI. De cæteris visitationum, revisitatioū, exceptionū, titulorum, in concursu aliorum legatorum, suctis citrialibus. 471.

XVII. De ceremoniis quibusdam, in Conventibus Imperii peculiariter receptis, legatisque statuū omnium comunibus, aut aliquorū propriis. 503.

XIIX. De solennitatibus quæ in dimissione legatorum observantur. 536.

XIX. De modis acquitendi juris legationum: & remediis pro eodem competentibus. 544.

XX. De probationib⁹, & modis amittēdi ejusd. 558.

XXI. De privilegiis jure gentium ac civili legatis statuū tributis. 584.

XXII. De Oneribus eorundem legatorum. 610.

XXIII. De Receptione legatorū aliorū, tam ad totum Imperiū, quā singulos Status missorū. 628.

JO. GEOR.



JO. GEORGII KULPIS,
DE

JURE STATUUM IMPERII
CIRCA LEGATIONES

Commentatio.

CAPUT. I.

Quid Legatus?

- I. Commendatur mos Scriptorum, argumenta politica ex analogia rerum naturalium illustrandi.
- II. Sub exemplo Legati idem ostenditur, ejusque comparationis media exponuntur.
- III. Describitur Legatus.
- IV. Et amplius explicatur proposita definitio.
- V. Distinguuntur ista tria, publice, publico nomine, & publica indutum persona, missum esse.



Solent, qui civilis disciplinae nobilio-
rem partem, Rempublicam, curatius
nobis exponere aggrediuntur, sub-
inde ex analogia rerum naturalium,
utpote praesentius oculis expositarum, argumen-
ta non spernenda conducere, unde in illius, ceu

A

altio:is

altioris abstrusiorisque operis cognitionem, faciliiori via queamus pervenire. Nota est toties Veteribus æquè ac recentioribus usurpata comparatio, quâ universa Respublica, tanquam persona moralis, cum homine, ejusque pars, ut in scholis loquimur, materialis, multitudo hominum, fruendi juris causâ sociatorum, cum corpore organico, formalis vero, cœtus illius civilis dispositio & ordo, in imperando parendoque consistens, cum anima rationali confertur, & per singulas partes amplius illustratur, quod *Grotius de J. B. & P. II, 9, 3. Hobbes. Elem. de Civ. c. 6. §. 19. Pufendorf. de L. N. & G. VII, 4, 1. 11. & 12.* alii que dudum literis consignarunt. Neque difficultates video, quousque in thesi subsistit ista philosophia, nec terminos comparationis evagatur, quanquam in specialiori applicatione variis modis, & incuria quandoque scriptorum valde corrumpatur, cujus rei specimen alibi notavimus. Nominatim hanc doctrinam ad Rempublicam Imperii nostri allegat *Lampadius de Rep. R. G. p. 3. c. 1. §. 2.* eamque prolixius, sed, ut suis hypothesebus convenientem reddant, paulo aliter, adplicant *Schutz. Colleg. Jur. publ. V. 1. D. 2. th. 2. lit. d. & Nordermann. de Jur. Principat. concl. 11. add. Hermes. Fastic. Jur. publ. c. 5. §. 1.* de quo quidem nunc non disquirimus.

II. Inter cœtera istius collationis exempla, non male Imperiorum Legati cum loquela hominum comparantur. Quemadmodum enim natura homines ad societatem non solum instruit, sed

& in

& in societate, ad comparanda media, quibus sustineatur illa, potissimum instrumentum, orationem, suppeditavit & Sermonem, quod passim in officiorum libris mire extollit Cicerò: simili modo inter Instrumenta, quibus concilientur sibi invicem Respublicæ, earumque negotia belli ac pacis conficiantur, Imperium in Civitate, res maximè naturalis, Legatos constituit, qui publicâ loquantur lingua, expressè *Carolus Paschalis, de Legat. x. 6. quod homini, ait, est loquela, hoc sunt Imperiis legationes, quarum ope perferuntur hinc inde questus, consilia, & quicquid illud est, quod ratio amat usurpare, ne res deducatur ad manus, Poeta quoque legatus est*

Vox Regum, lingua salutis,

Fœderis Orator.

Nam ut magni Principes, suo ipsi congressu & colloquio, momenta, quibus contextus Re-
rumpublicarum constat & vertitur, deliberent expediantque, nec possibile semper nec consilium puto fuerit, quod memorabili digressionè *Cominus tertio Commentariorum* ostendit, in quam supplementa exhibet *Bœcleriana Dissertatio de Congress. & Colloqu. Princip. §. 25. seqq.* possumus vero ex cœpta isthac comparatione, ad præsentis argumenti illustrationem, egrègia multa conducere, sicut enim, ut sub exemplo loquar, in colloquiis privatis non sine obligatione circa sermonem versantur colloquentes; nam ea, quæ ut sciat alter jus habet, si vel plane non, vel non debito aperiatur modo, lædimus utique

A 2

Judiz

judicandi libertatem, vel quodcunque est jus illud, quod homines colloquentes his quibus colloquuntur, debere quasi pacto quodam tacito intelliguntur, adeoque delinquimus non minus, ac si alteri omnia animi nostri sensa & cogitata quævis significemus, quæ rectè tacendo deberemus dissimulare, utut maxime interrogaremur, quarum obligationum fontes indicavit *Grotius de J. B. & P. III, 1, 11.* exposuitque prolixius *Pufendorf de I. N. & G. IV, 1, 6. 7.* Ita in legatis quoque serēs habet, quorum sermocinationes cum Principibus aliis insuper Jus Gentium dirigit, præfertim si in statu versentur hostili, quo communis ista obligatio, sensa animi invicem patefaciendi, cessat, si vera sunt quæ alias differunt *Cl. Pufendorfius*, ut enim alter ad quem mittitur legatus, intelligendi ea, quæ publicas mittentis rationes concernunt, jus consequatur, *literæ credentiales* paciscuntur veluti, & *mandatum* terminos illius juris circumscribit, ea vero quæ in legato, alterius juri ex adversum responderet, obligatio, animi sensa præscripto modo explicandi, *Instructione* definitur, quæ, quia legatū solum adstringit, suoque obligat Domino, alteri v. intelligendi nullum jus tribuit, sequitur nec teneri istum ea propalare, in tantum, ut si hoc faciat, peccet æque, ac si non aperiat, quæ in *mandatis* data illi hoc fine fuerant. Consulto omittimus quæ alia possent adduci comparationis media. Ex his vero quæ diximus obiter annotamus, quam non improbari, ut etiam sub æstimatione justæ rectivæ, saltem quod

quod sensu negante tale est, excusari vel defendi possit, illa legatis toties commendata *simulatio* & *dissimulatio*, quam crudè nimis cum *Cicerone* vel *Aquilio* potius, officior. III, 15. ex omni vita tollendam aliqui censuerunt. *Ubi enim hujus, ad quem mittuntur, jus non leditur, dominorum vero suorum utilitas conservari aliter aut obtineri nequit, licebit utique istis ita adhibere signa, ut diversam planè animi sententiam, quam quæ revera est, exprimere videantur, cum enim conventio illa de adhibendis certo modo signis respiciat ad alias obligationes, quibus explendis signa illa inserviunt, igitur ubi iste cessaverint, nulla adparet ratio quare non alio modo signa illa usurpare queam, si nemini injuriam faciam, & commodiore via mihi aut aliis prospicere non possim, quæ Pufendorfii verba sunt, dolus enim qui subesse videtur, in re est, uti *Ulpianus* l. 36. de V. O. loquitur, non in agente, nisi datum bonum malis appellare, qui prudentiæ adscribitur, & ut idem *Justus*. l. 1. §. 3. de dol. mal. indicat, à Veteribus pro *solertia* accipiebatur. Conf. omnino ad instruendam hanc philosophiã *Grot.* d. 7. B. & P. III, 1, 7. & quæ in eruditissimis suis ad *Officia Ciceroniana Commentariis*, annotavit *Martinus Henricus* p. 882.*

III. Sed clarius, quid rei sit legatus, dicendum est, *nominis* enim originationes appellationesque promiscuas quis alibi quæsierit. Et quidem infiniti ferè, qui de hoc argumento extant libelli, hîc suam quoque intenderunt philosophiam, nondum tamen omnia præcepta est opera,

si cui ad præsentis sæculi genium componere cogitationes placeret; cui instituto nobis *legatus* diceretur *Minister* omnis ille, qui publico nomine, quod hodie *litteræ credentiales* demonstrant, pro expediendis negotiis, tabulis mandati commissis, sub fide quoque publicâ, jure gentium, vel solo, vel civili etiam, innixa, ad Aulam vel Statum alium missus est. Ubi alii *nunciû*, *mandatariû*, *conciliatorẽ* dicunt, malui ego uti *Ministri* vocabulo, in *cursis* recepto, quod in hoc quidem eminentiori significato prisca secula non usurparunt, sed Gallia potissimum videtur haud ita pridem invenisse, unde ad alias postmodum Respublicas transit, & utut initio denotabat solum *intimum* & plerumque *unicum* aliquem Status Consiliarium, qui Domini amicitia eo fuerat evehctus, ut super rebus Rempubli- cam proximè & directè concernentibus, præcipuè super Sacris Regni, arcanisque præsidis & instrumentis, quibus ista moles sustinetur explicaturque, ea potissimum deliberaret ac decerneret, unde reliquorum consilia mensuram capere debebant, tamen postquam peculiarem senatum constituere, quo inter plures Status negotia tractarentur, Magnatibus plerisque placuit, paulatim *Ministri* titulus factus est communior, donec omnibus fere illis qui qualibuscunque publicis Imperiorum rebus expediendis quocunque loco, & domi & foris, distinentur, fuerit attributus, sicut amplitudo hujus appellationis vel satis inde poterit constare, quod inter *Ministrum* & *intimum* discrimen, quale *Historia Minister,*
Cardi-

Cardinal. Mazarin. l. 2. c. 8. p. 121. exposuit, demum fieri, & nescio quis *Ministrissimus* insuper cepit introduci; de quâ quidem creatura, licet Politicorum varia fuerit disputatio, pervenerit ne in mundum bono an malo consilio, cum consuetudinem illius, *Bonus Princeps, Sprengeri, axioms. Stat. 3.* respuerit valde, *Felwingeri Diff. de supr. Stat. Ministr. th. 21. seqq.* in utramque partem depinxerit, in universum verò miram ejusdem naturam ex præposterâ ipsius nominis significatione *Viri graves* ostenderint noscendam, quæ cum infimo in Aula servo, *omnium* nempe *Ministro*, is enim est *Ministrissimus*, revera competebar, quodam veluti mysterio, post Principem *primum* debebat nobis signare; eo tamen valet, ut videamus idoneam esse simpliciter positam *Ministri* vocem, quæ locum generis heic possit sustinere. Habet quidem *Ecclesia* quoque *Ministros*, sed cum additamento *Verbi Divini*, cujus appellationis analogia satis clara est, quod hi tractent *DEI* arcana, suæque negotiationis mandatum inde derivent, nam rationem quam Gallicus quidam scriptor adduxit, commentum redolere, jam notavit *Feltman. de tit. honor. s. 32. §. 1. 2.*

IV. Cæterum in propositâ descriptione notanter *nomine publico* missum diximus, siquidem unicè ex ratione mittendi formalem legati differentiam, censeo esse desumendam. datâ verò operâ abstinui vocabulis *summa potestatis* aut *soverinitatis*, ut & *Aulæ* vel *Principis Extranei*, quæ alii terminos hujus juris proprios solent con-

stitueret. Siquidem publico usu & consuetudine, potissima civilium rerum magistra, edocemur, illos quoque optimo jure legatos invicem mittere Principes & Status, qui accuratè loquendo nec summa pollent potestate, nec Extraneorum titulo possunt compelli, dispiciendum itaque fuerat de tali formula, quæ utrinque commodè applicari posset, nam & qui à Principe Superiorem non recognoscentemittuntur legati, utique publico nomine mittuntur, & Princeps vel aula extranea, æquè *alia* est, ac illæ, quæ *communi* aliquo *Imperio* comprehenduntur, inter se tamen diversæ sunt, uti apud Germaniæ nostræ Status se res habet. Præterea quoque satis hinc discriminantur, qui à *Subditis* vel Provinciarum *Communitatibus* interdum adlegantur *Deputati*, quorum Committentes, etsi inferiorum respectu quoddammodo personæ publicæ dici possint, tamen ad superiores si considerentur, privati sunt, non minus ac subditi singuli, quod eleganter *Grotio* observatum est *de J. B. & P. l. 4, 6.* adeoque nec mittendi facultatem *publicam* habent, nec qui ab eis delegantur. *publico nomine* missi censi possunt: præter hunc ex natura *ὑπαλληλισμῦ* exitum potestatis defectum, nec ad *alium* Principem vel Aulam possunt delegare, quoniam hæc dictio qualitatem habet repetitivam, & implicativam similium, sicut infinitis Doctorum testimoniis confirmat *Illustris Strauchius* noster, *Lexic. Part. Jur. voc. alius* adeoque in præsentiquoque formula, necessarium ad *mittentis* aulam,

lam, tanquam terminum suum à quo importat respectum, qualem municipales istas communitates habere nemo dixerit. Nonnulli præter publicum nomen, etiam solennitatem missionis, ad generalem legati conceptum solent allegare, quod mihi minus philosophicum videtur, cum litera credentiales ac tabule mandati, quas ad solennitates referunt isti, omnino nihil aliud sint, quam publici nominis indicia, magnificentia vero sumptuum, vestium splendor, pompa comitatus, & hujus generis alia, non in omnibus legatis deprehenduntur vel requiruntur etiam, adeoque nec in definitionem, quæ, secundum Logicorum regulas, definito suo debet æquari, constringenda sunt.

V. Potius ista tria, publicè, publico nomine, & publicâ indutum personâ mitti, sollicitius distinguamus. videbitur aliquibus inanis hæc subtilitas, sed quantum inter sit in vita civili penitus ea perspexisse progressus ostendet. partem hujus differentię nos docuit *Albericus Gentilis l. Legat. 2.* qui, ut legatus quis sit, requiri tradit ut non modo publicè, sed publico etiam nomine & publicâ indutus personâ missus sit, ubi primum à sequentibus rectè secernitur, sed nec posteriora, ut quidem existimavit *Albericus*, eadem sunt, quod ex dicendis clarum fiet. Publicè mitti dicuntur, qui à personis quidem publicis delegantur, sed sine caractere ministri publici. Quod variis contingit casibus, interdum enim ob causas subditorum suorum apud aliam Rem publicam perorandas,

randas, *Procuratores* mittunt Imperantes, quos
 censu Ministrorum publicorum non comprehen-
 di harum rerum peritissimus scriptor, *Autor des
 memoires touchant les Ambassadeurs* p. 60. ob-
 servavit. quandoque circa actus Regis, non re-
 gios, sed *privatos*, ut *Grotii d. 7. B. & P. II, 14, 1.*
 distinctionem huc applicemus, allegantur *nunciis*.
 Actus Principis *privatos* dico, qui non ut à Prin-
 cipe, sed ut à quovis alio, adeoque ex facultate
 naturali, omnibus hominibus communi, proce-
 dunt, uti sunt contrahere & similes. vel etiam
 qui super publicis rebus nuntiandis mittuntur
*pracones, cursores expressi, nunciis celeres, Buccina-
 tores Tympanorū pulsatores*, etsi forte protectione
 juris gentium fruuntur, ut *Strauchius Exot. XII,*
2. & nominatus ille Gallicus scriptor alibi docuit,
 Ministros tamen publicos nemo dixerit. Sub
 hanc estimationem veniunt quoq; , quos ex con-
 suetudine praesentis aevi *Agentes* appellamus, &
 in univsum omnes illi, qui à Principe dimittun-
 tur, nullas vero *litteras credentiales*, sed solum
recommendantitias aut similes ferunt. *Publico* au-
 tem nomine missum esse, plus importat, cum præ-
 ter publicam missionem, misso quoque potesta-
 tem quandam dignitatemque illustrem, impri-
 mat, quæ apud externos, eos præsertim, ad quos
 mittitur, publicos eidem, utut diversi generis
 conciliet honores. Et tales sunt non solum *pri-
 mi ordinis, Legati*, quos *Ambassadores* vocant,
 sed & *secundi ordinis, Ablegati, Envoyes, Resi-
 dentes*; nisi quod soli ex his *Ambassadores*, in-
 super

super mittentis personam repræsentent, eoque respectu etiam publicâ induti personæ censeantur qualis fuit C. Popillius ille Legatus, de quo Cicerone *Philippica octavâ* dixit, *Senatus faciem secum attulerat, auctoritatem Reipublicæ*, ut adeo converti quidem non possint, quod Albericus putavit, sed differant eo sensu, ut quilibet Legatus publicâ personâ indutus, publico nomine missus, non vicissim, quilibet nomine publico missus, etiam publicâ personâ indutus dici queat.

CAPUT. II.

*Quænam sint ex hodierno curialis
styli usu, legatorum genera.*

- I. Legati ratione potestatis quomodo dividantur.
- II. Plenipotentiaris nomen non honoris sed potestatis esse.
- III. An conclusis plenipotentiariorum obligentur Domini etiam ante Ratificationem.
- IV. Partitio in primi & secundi Ordinis Legatos exponitur.
- V. Et qua in Imperio nostro obtinet, in Primarios & Secundarios.
- VI. Alia divisio Legat. in Extraordinarios & Ordinarios.
- VII. Perezis sententia examinatur.
- IIIX. An peculiarem Legatorum speciem constituat Deputatorum Extraordinariorum qualitas.
- IX. Ut & Ambasciatorum Deputatorum.

X. Red

- X. Residentes qui, & quam eorum origo.
 XI. Richardi Zouchi opinio refutatur.
 XII. Et Alberici Gentilis.
 XIII. Vera sententia Auctores recensentur.
 XIV. An aequè ac alii Legati jure gentium recipiendi sint.
 XV. In ejus, qui plenum habet jus Legationis, electione consistere, primi an secundi Ordinis Legatum mittere velit.
 XVI. Ut & unumne an plures, & hos quidem eodem Characterè insignitos, an qualitate distincta.

I. QUoniam vero vix explicari commodè aut intelligi quoque jam dissertata possunt, nisi vis appellationum evolvatur, quas circa Legatorum genera præsens seculum, si non penitus introduxit, subtilius saltem elimatas constituit in solennem observantiam de his quoque videbimus. Interea si cui vulgares placent partitiones, ei non tantum *Besoldiana Dissertatio de Legat. c. 2. §. 1.* sed & promiscui forte Politicorum libelli satisfacient. Hodie vero Legati æstimantur, vel potestate muneris intrinsecâ, vel externo dignitatis honore. Illa pro diversâ mandatorum qualitate, est vel plena, ubi non solum deliberandi jus super negotiis propositis Legato competit, sed & concludendi libera potestas, eidem conceditur, ita ut obligari se velle iis, quæ legatus egerit, fiduciæ literis dominus promittat. uti absoluta *Drasi* mandata fere circumscriptis *Tacitus*.

titus. I. Ann. 24, 1. solenni elogio Plenipotentiarium vocant, & *mandatum* ejus cum libera: cujus formula passim videri potest. Vel *restricta*, qualem habent Ministri, sub *spe rati* missi, quique, ut hodie loquimur, *ad referendum* ea quæ proponuntur, coguntur accipere hos *Formularios* dicant.

II. Hinc duo veluti consecutaria resultant. Primum, *Plenipotentiaris nomen non honoris sed potestatis esse*, hoc est, non præcise denotare Legatum *primi ordinis*, qui pleno fruatur Legationis honore, quod adeo verum est, ut & quibuscunque *Deputatis* vel *Commissariis*, qui in aula domini propria, atque ita, ubi ne quidem legatorum qualitate possunt censeri, ad tractandum, cum Exterorum Legatis, eodem missis, nuncupantur, iste titulus, in literis potestatis tenorem exhibentibus, attribuat, prout multa in hanc rem occurrent exempla, si quis vel saltim *pacta Gallie, Ministerio Cardinalis Mazarini* iubeat, aut aliorum *Traetatuum Tabulas*, quales *Henricus Breuverus* collegit, evolvere instituerit. In *Germania* certe res expedita est, quis enim diceret, legatos quos ad Comitiam dimittunt Status Imperii, semper *primi Ordinis* esse, cum nec hanc distinctionem olim agnitam, certè vix usurpatam apud nos nunquam fuisse, constet, & tamen *litere Imperatorie*, quibus ad Comitiam invitantur illi, solennem formulam hinc ab antiquo receptam, ubique ostendant, *ut si Status comparere ipsi non possint, Consiliarios suos ac Legatos mittant, mit vollmachtigem/ungemessenem/ genugsam*

genugsamen Gewalt / ohne alles hinter sich brütgen / qui possint super propositis necessitatibus , Katschlagen / Handeln und Schliessen. Apud Exteros eodem modo se rem habere, quotidianis exemplis edocemur: sic in *Instrumento Fœderis inter Reges, Sueciæ & Magnæ Britannia A. 1661: Londini conclusi*, Sueciæ Rex dicit, *se fœderis mutui pangendic causa in Angliam misisse, non modo nuper Legatum Extraordinarium, sed etiam antehâc Alegationum Extraordinarium Plenipotentiarios suos, & in progressu semper observatur distinctio ista.* Iterum quem haud ita pridem in *Poloniam* misit *Deputatum*, *Rex Dania*, is qualitate *Plenipotentiarii* vestiebatur, cui tamen exiguum honorem habitum esse, *Galicus de legatis scriptor pag. 537.* observavit. Quibus satis confirmatur, quod nupero quoque de *Suprematu Principum Germania Commentario. c. 6.* indicatum est, *etiam secundi ordinis Ministrum tractandi concludendique mandatum liberrimum habere posse.* Equidem id concedi potest, plerumque Legatos, qui cum absoluto mandato, ad exteros præsertim, mittuntur, plenum habere characterem; unde illorum simul opinio corrigi debet, qui *Plenipotentiarium Legato Characterem habentem contradistingunt*: sed in universalem perpetuamque observantiam non transit, ut inseparabili nexu isthæc invicem cohærent.

IIb. Alterum est, *conclusis ejusmodi Ministrorum firmiter obligari Dominos etiam antequam ratihabitio eorum accesserit*, notum enim est, solere signatis

signatis etiam utrinque per plenipotentiarios Tabulis, quibus transacti articuli comprehenduntur, Dominorum *Ratificationem*, ut loquuntur exquirere, priusquam plene finiantur tractatus, ubi quotidiani usus est ista disputatio, si arcana mandata, quæ *Instructionem* dicimus, excessisse Legatum, Principales causentur, an conventis rumpendis id valeat? dicemus suo loco sententiam. heic indicasse sufficit, cum *jure gentium* Princeps non minus obligetur ratihabere in quod vi *literarum potestatis* Minister illius consentit, quam privatus quisque *jure civili* tenetur probare, quod mandatarius hujus, vi *mandati procuratoris*, contraxit, *æstimatione juris* negotium universum censei confirmatum, etiam antequam superveniat formalis *ratificatio*, quæ utique nihil aliud est, quam solennitas curialis, consuetudine seculi, in quoscunque humane perfidie casus providi, demùm introducta. *Conf. Aut. des memoires des Ambassad. p. 582.*

IV. Externo autem honore distinguuntur in *Majores & Minores*, vel si cum publico stylo loquendum, in *primi & secundi ordinis* Legatos; Illi dicuntur alias *Legati in specie* tales, latinius *Oratores*, cujus appellationis amplitudinem usus coarctavit, notante *Alberico Gentile* 1. *Legat.* 2. vtilgð *Ambassadors*, de cujus vocabuli originatione, præter *Stranchium*, *Exoter. VII, 4.* & *Freherum ad P. de Andlo* consulendus est *¶. Horvel. §. 1. Tract. de Legat.* Anglice scripto, quem in latinum convertit *¶. Harmarus, Oxoniensis. add. Besold. de Legat.*

Legat. c. 2. §. 11. Describuntur, quod sint *Legati* *Charactere representatio apud alium Principem* *pollentes.* Characterem representatio vocant jus fruendi iisdem honoribus, quibus exciperetur Dominus si præsens esset: atque in eo consistit, ut quis domini sui loco habeatur, quousque excelsa mittentis dignitas, & consuetudinis publicæ ratio, Domino ministrum succedere patitur. quod per partes suo loco ostendetur. *secundi ordinis* Legati, quos propriè *Alegatos*, interdum quoque *Prolegatos*, *Legatos minus solemnes*, communius *Envoyes* appellant, ab Ambassadors non juris potestate, sed *specie dignitatis* differunt, *quatenus representatio caractere destituti, super præcedentia & aliis ceremoniis, representationi connexis, non tenentur tantâ industriâ contendere*, quos propterea magis idoneos censent ad expedienda negotia, ubi sine strepitu peraguntur ista, sumtibus parcitur, Legantisque undique conservatur dignitas, sicut etiam inter *Eurematica*, ponunt Publici Juris Interpretes, hujus generis missionem, si quando ratione loci controversiam alicui moveri metus est: sane *Regem Gallie propter emulationem & competentiam cum Hispano, Oratorem in Aula Casarea nullum habere*, pridem notavit *Descriptor Status Regiminis Ferdinandi II. c. 10.* sed quos mittit, *Ministri, Envoyé* aut *Residentis* qualitate vestiuntur, neque etiam gratum fore Cæsari, si quis primi Ordinis Legatus mitteretur, inde colligit *Aut. des Memoires touchant les Ambass. p. 94.* Quod cum *Gremovillius*.

lim, per complures annos in Aula Viennensi Regis Galliarum. *Residens*, A. 1671. novas credentiales literas acciperet, quibus postea *Extraordinarii Ambasiatoris* nomen atque jura præcipua sibi affereret, significatum Imperatoris nomine ei fuent, se pro *Ambasiatore ipsæm non esse agnoscendum, quia pretenderet ab Hispano præcedentiam, quam heic semper obtinuisseet.* Video tamen in publicis scripturis, ab ipso Imperatore Gremovillium, *Legati Extraordinarii & Residentis* titulo fuisse appellatum, uti vel *Decretum Casareum d. 18. Septembr. A. 1673.* *Eidem exhibitum*, quod extat *Diar. Europ. part. XXIX. p. 13. 16.* satis restatur. Certam esse apud *Exteros* hanc distinctionum dubio caret, testanturq; tot publica specimen, ita expressè in *litteris Regis Suecia d. 23. Octobr. A. 1659. ad Deputat. Francofurt.* scriptis exhibentur, quando se misisse dicit, Rex, primo *ablegatum*, deinde *litteris*, & denique *solenni ad Electores Principes ac Status egisse Legatione ap. Londorp. Cont. p. 8. l. 8. c. 468.* An in *Imperio* quoque eadem sit recepta, disputant nos infra expediemus. Soli fere *Turca* eam non agnoscunt, qui omnes, *primi æque ac secundi ordinis Legatos*, imo & *Agentes*, communi nomine *Elchi* appellant, æqualesque illis in receptione ac tractationibus cæteris exhibent honores, quod diligenter annotavit, illustravitque exemplis *Aut. des memoires p. 108. seqq.* De *Russis* aliqui dubitant, sed eodem modo distinguunt, & *Ambasiatores* quidem *Posta*, *Envoye* vero *postalic* dicunt.

V. Solennis alias est in Imperio nostro, Legatorum in *Primarios & Secundarias*, vel *Adjunctos* partitio, quæ in eo consistit, quod ille solus dominum representet, suffragium ejus nomine ferat, legationisque in universum onera, & splendorem quoque sustineat: Hic vero non nisi consilia & operâ primum adjuvet, eoque absente eidem substituat. Quod in Comitibus, universalibus æque ac particularibus, dudum recepta fuerit ista differentia, expeditum est. Sed an etiam in missionibus ad externos locum habeat? nuper querebatur. Fere in Germania tantum conventibus auditam esse, *Cesarinus Fürstenerius de Jur. supr. Princip. c. 36.* & ante eum, autor Gallici libelli, pro Sereniss. Brandenburgico Electore, sub titulo *Demonement de la question &c.* editi §. 8. p. 44. annotavit. Dari unum atque alterum casum ubi Principibus Legatos suos etiam extra Imperium missos ita discriminare placuerit, præfactè negandum non puto, cum & ipsos Imperatores, nominatim Ferdinandum II. fecisse idem in Legatione quam A. 1619. ad Reges Danicæ atque Angliæ destinaverat, ex *Actis* constet, ita enim *Judicii Aulici Prasæ, Comes Hohenzolleranus*, cum super hâc missione cum *Goldasto, Consiliario Schaumburgico*, ageret: *Daß der Herz Graff zu Schaumburg / als ein Fürst des Reichs / sey zu solcher Ambassaden vorgeschlagen / und der Herz Graff zu Oldenburg / als ein unmittelbarer Graff des Reichs / pro Adjuncto zugeordnet worden / apud Londorpium Act. Publ. Tom. I. lib. 3. o. 86. 711. & in*

Legatio-

Legatione, pro Livonia à Moschis vexata, ad magnum Moscoviæ Ducem, in Comitibus Ratisbonensibus A. 1576. communi Imperatoris Statuumque nomine decreta, dispositum reperitur, ut *Princeps* aliquis ad suscipiendum Legationis onus eligeretur, cui *adjunderentur* tres vel quatuor aliæ personæ, quibus jura Imperii & Status rerum publicus satis constaret, vid. *R. J. d. A. 1576. §. Es sollen auch.* 108. sicut etiam quandoque Principum uni atque alteri ob certas rationes permittitur, ut legationi, Imperii nomine dimissæ, ex suis aliquem, qui proprias speciatim observet utilitates, *adjuvant.* cujus rei specimen præbent Westphalici circuli Status in legatione duplici ad Belgas & Hispanos ab Imperio, sub finem superioris seculi decreta. vid. *R. J. d. A. 1603. §. und zum Fall* 34. Hæc & similia tamen exempla, eo valere non possunt, ut exteris, quoscunque à Germaniæ Principibus missos Legatos, pro suo arbitrio separandi jus tribuant, sicut efficaciter utique contra Gallos, laudati antea scriptores, illud allegarunt, penes Imperii Status omnino esse, quales ceremoniarum formulas inter se observare, & quoties iterum mutare illas velint, si quoque iisdem plures æquali prærogativa Legatos mittere placuerit, in ejus, ad quem mittuntur, potestate, neutiquam esse, primum à cæteris discernere.

VI. Sed expedienda est, quam cepimus proponere, differentia, *Legatorum* ab *Ablegatis*. Utrique potro vel *Extraordinarii* sunt, qui ceteris

*caerei causa mittantur ac plerumque brevi negotium
 consiciunt. vel Ordinarii, quibus nec brevius tem-
 pus praefixum, nec determinata causa commissa est.*
 Solent nimirum pro indole negotiorum isthæc
 attendi, vel prout etiam Princeps in eum, quem
 mittere decrevit, est animatus, cum Extraordina-
 rio majores sumtus, quo unico fere ab Ordinario
 differt, constitui, eaque soleant indulgeri, unde
 insignis legationi splendor conciliari possit. Ordina-
 rii vero graviores labores debeant sustinere.
 Unde novum non est, ut vergente ad exitum ne-
 gotio, Ordinario, qui rem universam gessit, Ex-
 traordinarius superveniat, quo majori cum pom-
 pa ea quæ conclusa sunt, executioni mandentur.
 Cæterum nuper demum hæc vocabula ceperunt
 Legatis, apponi, adeo, ut *A. 1652. demum pri-
 mum in Aula Regis Gallie visum esse Extraordina-
 rium Envoye, Marchionē Justiniani à Rep. Genuensi
 missum, testetur Aut. des memoires. p. 541. sed sine
 ulla dignitatis cujusque suæ alteratione id con-
 tigit, prout ejusdem scriptoris indicio condiscimus,
 Magistros Ceremoniarum & legatorum Introdu-
 ctos nescire mediam inter Ambasiatorem & Re-
 sidentem, qualitatem, cum Envoye nihil aliud sit,
 quam Residens Extraordinarius, & Extraordina-
 rii adjectio, nullam de prerogativam.*

VII. Unde patet, quid de *Perezii ad tit. C. de
 Legat. n. 1. & qui eum sequuntur, sententia, quâ
 Ordinarios ab Extraordinariis dignitatis specie dif-
 ferre, & hos digniores illis esse, volunt, judican-
 dum sit; cujus erroris causa inde promanare
 mihi*

mihi videtur, quod ejusmodi scriptores *Ordina-*
rium Legatum in univcrsum eum denotare arbi-
 trantur, quem hodie *Residentem* appellamus, *Extra-*
ordinarium vero, *primi ordinis* Legatum vel
Ambassiadorem, quod oppido falsum esse, ante
 dicta arguunt. Speciem quidem præbet illa ob-
 servatio, quod *Extraordinarius Ordinatio ejus-*
dem domini præferatur, idque publici moris esse
 tradat *Aut. des memoires. pag. 540.* sed dubiam,
 quod inde suboriri posset expedivit satis *Cesarinus*
Furstenberius libelli sui cap. 6. id inde provenire, as-
 ,,serens, quod *usu receptum sit, ut ex duobus ejus-*
 ,,dem *Domini Ministris cætera paribus, ille præ-*
 ,,feratur qui novissimus venit, quod idem *Galli-*
 ,,*cus scriptor* quoque notavit, p. 545. unde mirum
 ,, non fuit *Extraordinarios* plerumque prælatos,
 ,, quod denique in jus abiit, præsertim cum *Ex-*
 ,, *traordinarii* plerumque & majoris soleant esse
 ,, dignitatis homines, & absolvendis magni mo-
 ,, menti negotiis vel obeundis publicis honoribus
 ,, destinati, ac vel ideo plus splendoris ostentare
 ,, possint, quod exiguo tempore fere cursum ab-
 ,, solvunt. Sed et si Legatus *Extraordinarius*
 ejusdem domini *Ordinatio* præfertur, non ideo
 diversa constituitur dignitatis species, nisi quis ab
 Ordinis prærogativa ad specificam rei diversita-
 tem velit argumentari, quod putidum foret,
 cum & inter legatos ejusdem potestatis dignita-
 tisque, nihilominus loci ordo sit, cujus ratione
 alter alterum præcedit vel sequitur. Clariora
 hæc fiunt, si quis attendat, *Ambassiadorem Ordini-*

*varium domini majoris, Ordinario minoris, nunquam cedere, quod necessum foret, si hujus generis Minister ab illo dignitatis specie distingueretur. Addam exempla. Solere in publicis congressibus, Legatos Regis Angliæ, Galliarum Regis, & Reipublicæ Genuensis, Brandenburgici Electoris Legatis cedere, dubio caret, si utrinque ejusdem qualitatis titulo mittantur, quod si vero Angliæ Rex aut Resp. Genuensis, *Ambassadorem*, etiam *Ordinarium*, Galliarum Rex vel Brandenburgicus Elector *Ablegatum*, ponamus *Extraordinarium*, mittat, ille huic præfertur, quia specie dignitatis præcedit, & communi gentium consuetudine receptum est, ut *absque dominorum intuitu, primi gradus legatus legato secundi gradus semper præferatur*, ob characterem representativum, quâ ille vestitus est; hic vero destituitur; sed nusquam observabimus, *Extraordinarium Ambassadorem Anglicanum, Ordinario Gallico, vel Extraordinarium Ablegatum Genuensem, Ordinario Brandenburgico præponi*, quin manifeste contrariam deprehendimus præxin, *illius quidem in tractatibus pacis Sueco-Danica, Roschildia A. 1658. inita, ubi Mediatorum partes, Coronæ, Francicæ & Anglicanæ sustinuerunt, & quos Illa eodem miserat, Ordinario Ambassadorem, Alterius Legatis Extraordinariis, ubique, in ipsis Tabulis quoque anteponebantur: Hujus autem specimen in Aula Regis Gallie, observatum, quâ Reip. Genuensis Envoyé Extraordinaire, A. 1652. eodem dimissus, Ordinario, sive**

Resi-

Residenti Brandeburgico cedere cogebatur, consignavit *Aut. des memoires. p. 541.* indicio satis luculento, eadem dignitatis specie utrosque fuisse exornatos.

IX. Sed nondum substitit curiosa quorundam subtilitas, in appellandis variis legatorum generibus, nam & titulum *Deputati Extraordinarii*prehendimus, quam *Fœderati Belgii Ordines* sibi peculiarem habent, sui que *Conventus* membri illum subinde imponunt, si quando ad exteros dimittere tales decreverunt. Ratione appellationis, & quod inde resultat, ceremoniarum terminos, nec Ipsi satis definiverunt: differre ab *Ambassadoribus Extraordinariis*, non negant, & apparet quoque luculenter ex *art. 6. Instructio- nis, quatuor* eorum apud *Daniæ Regem A. 1659. Extraordinariis Deputatis*, data, quam *Londorp. Contin. part. 8. l. 8. c. 371.* exhibet: proximè tamen ad illos accedere, tradunt, eo que honores, *Ambassadoribus* debitos, his quoque præterdunt, quod tamen ab extraneis *Aulis*, quantum mihi constat, nondum potuerunt impetrare, isto argumento, quod novus sit hic titulus, nec intelligatur, quid aliud, quam *Deputatum simplicem*, significet, cuius character ab *Ambassiatoris* qualitate toto genere differat, utut *Batavi*, quo objectam sibi rei novitatem amolirentur, plura exempla, quibus apud *Septentrionis Reges, Electorem Brandeburgicum, Neoburgicum Ducem*, aliosque hujus generis missionibus fuerint defuncti, allegare non desierint, sicut ex concerta-

tionibus istis, quæ cum Exteris ideo illis inter-
cesserunt, & ab *Autore Gallico des memoires. pag.*
531. seqq. sunt consignatæ, amplius videri potest,
cujus *judicium* utique verum est, non esse in u-
nius Principis aut Status potestate, in Commer-
cio legationum introducere novum Characteris
genus, ad quod etiam aliæ aulæ obligentur. Vo-
luerunt quidem Hanseaticæ Civitates suis quoq;
ablegatis istam appellationē attribui, sed & am-
plius, quam simplices Deputati non sunt habiti,
nisi quod Fœderati Belgii Ordines A. 1656. d. 11.
Febr. Decretum vel *resolutionem*, uti vocant, pe-
culiarem super illorum honoribus adornarint.

IX. Eandem fere æstimationem subit *Ambas-*
siatorum Deputatorum nomen, quod in *Gallia*,
ejusdem Hansæ Teutonice Ablegatis primum dari
cepit, quando circa libertatem navigationis tra-
ctatus cum *Henrico IV.* Rege inierunt. Si di-
cendum quod mihi videtur, existimo, adjectio-
nem vocis *Deputés* habere se instar particulæ di-
minuentis, quæ amplitudinem præcedentis titu-
li, intuitu compendii forte alicujus, concessi, ite-
rum aufert & ad arctiores limites constringit,
ut solent in aulis hæc totâ die fieri. Equidem in
splendidissima missione, quam A. 1654. magnis
sumtibus eodem destinaverunt, fœderis hujus
reliquiæ, simpliciter *Ambasiatorum* titulus præ-
tendebatur, sed vix auditi & fere non irriti sunt
à Gallis, instigante potissimum *Comite de Servient*,
qui cum Hanseaticis in pacificatione Westpha-
lica habebat litem: tandem, non sine sumtibus,
obtinere

obtinebant, ut Comes de Brienne in Tractatum tabulis, quæ Diar. Europ. part. XXXVI. p. 291. seqq. exhibentur, priscam formulam *Ambassadors Deputés* retineret. Conf. *Ant. des memoires. pag. 82.* qui tamen in eo fallit, quod existimat, in *litteris fidei* eis *Ablegatorum* nomen fuisse datum, nam *Legatos* ibidem, in *recredencialibus* v. Regis, *Legatos & Deputatos* esse appellatos, exempli aap. *Londorp. Cont. p. 7. l. 7. c. 69. & Diar. Europ. d. l. pag. 308.* ostendunt.

X Pergendum est ad *Legationes asiduas*, quibus qui funguntur, *Legatos Statarios, perpetuos*, minus accuratè *Ordinarios*, ut diximus, solenni vero curiarum stylo *Residentes* appellant, quod jubeantur etiam ultra expeditionem præsentis negotii consistere quousque litteris revocentur, & uti redeundi tempus est incertum, ita quoque indefinita sunt negotia, quibus opera eorum absolvitur: potissimum vero in eo consistit, ut apud exteros Domini sui rationes quovis modo promoveant. Dicere antea cepimus *Residentem* nihil aliud esse, quam *Ablegatum Ordinarium, Envoye Ordinaire* & ab *Extraordinario*, non nisi Ordinis prærogativa differre, quod expressâ declaratione Galliarum Rex A. 1663. confirmavit, ubi *suis ablegatis, Envoyés*, in universum, *eodem planè, qui Residentibus solent, honores, nec majores exhiberi, prætendit.* Alias non modo de *Origine*, sed & *jure recipiendi*, varia est disputatio; de quâ videndum erit:

X. Circa *Originem* harum legationum, illi
 B 5 quidem

quidem oppido falluntur, si quid judico, qui cum *Richardo Zoucheo*, antiquissimum hoc institutum esse, inde probare volunt, quod in historiis priscis aliqua occurrunt exempla legatorum, qui diutius quam communiter alias solebant, Regum Aulis adhæserint, uti Legatos Athenienses duos annos apud Demetrium substitisse, *Plutarchus*, Leonem quoque cum Timagora quadriennium in legatione fuisse, *Demosthenes* consignaverit, siquidem id præter intentionem, non solum mittentium, sed & Ministrorum culpam, hodie num sæpe contingere solet, ut fastidiosâ cunctatione sui muneris eventum expectent: Neque ex mora præcisè formalis discrepantia Residentis & Ambassiatoris Extraordinarii petenda est, cum & hos aliquando diutius manere, quam Residentes, soleant, vel exemplo *Comitis d' Estrade*, per sex annos in Belgio Gallici Ambassiatoris Extraordinarii munere functi condiscimus: sed voluntas potissimum, & destinatum in hoc mittentis, adde & recipientis consilium inspicere debet, neque ex eventu dijudicanda sunt, quæ ex intentione agentium suam recipiunt æstimationem. Nihil quoque attinet, quod Veteres miserint, qui diu apud Aulam aliam, excipiendis ejusdem consiliis, morarentur, ut de *Carthaginensibus* notatur apud *Frontin. l. 1. c. 2.* quis enim isthanc artem Residentis adeo propriam existimabit, ut non etiam Ambassiatorem tandem callere, persuasissimus sit?

XII. Majorem speciem ostentat illorum opinio, qui à *Legationibus provinciatis, gentium-*
que

que federatarum, quales Romæ sepe manserint, morem hunc ad nos pervenisse, tradunt, auctum scilicet instituti pontificum Romæ quos, cum Legatos suos habere ubique voluerint, imitato esse ceteros Principes, inquam conjecturam Philippum Sydenham se induxisse dicit *Albericus Gentilis*. 1. Legat. 20. sedan certis rationibus nitatur valde dubito, primo enim provincialium Legatorum diversissima est ratio, quibus præter nomen cum nostris nihil commune, ut putidum videatur, ab illorum instituti aliquid eximii, quod ad explicationem Originis Legationis assiduæ pertineret, velle conferre: Deinde repugnant penitus mores Romanorum, qui, præcludendæ omni cunctationi, Februarium mensem audiendis ejusmodi Legationibus expediendisque constituerunt, quo toto, nec Senatus haberi nec aliud quicquam publicè agi poterat, nisi perfectis aut rejectis legationibus, uti notatum à *Cicerone* 1. Fam. Epist. 4. quantum tanta fuit sollicitudo, ut transalpinis aliisque remotioribus legationibus, ne frustra haberentur, si aut maturius tardiusve Romam venissent, certum præfiniverint tempus, Magistratibus insuper majoribus injunxerint, ne legati è longinquo venientes, ductarentur diutius, sed absoluti quantoocius dimitterentur, quæ omnia præter alios, prolixius exposuit *Carol. Paschal. Legat. c. 40.* Neque etiam video, quomodo federatarum gentium legati, si qui diutius fuerint Romæ commorati, magis ad exemplum assiduorum, quam ceterorum possint allegari, nisi hanc irremittentiam

intentio.

intentionem fuisse constet, ut diminutioni quodam caractere insigniti, hæcenus subsisterent, donec revocarentur, quæ difficulter probabitur. Denique Pontificiorum Nunciorum origo, quia ex universali ista, in quæcunque Imperia ac Regna prætensâ potestate, repetenda est, aliis sane Principibus imitandi rationes præbere non potuit, & sicut hi Nuncii, si quis ad genium præsentis ævi velit conferre, secularium Principum Ambassadoribus æquantur, quod ostendit *Autor. de Memoires. p. 90. seqq.* ita ex præscis Romanorum legibus, non nisi legatum Cæsaris, qui cum jurisdictione in provinciam mittebatur, iisdem comparari, patientur. Vid. *Jo. Montaigny de autorit. & præminent. magni Concil. & Parliament. n. 3.* Quicquid demum affertur, ad commune nomen forte pertinere poterit, sed nos de solenni loquimur, prout eodem capite, ipse Albericus distinguit, cujus origines tam alte repetendas non esse, persuasissimus sum: deseruit quoq; ipse Gentilis suam conjecturam alibi, & non nisi nunc nuper cognitæ esse has legationes, expresse scripsit *Advoc. Hispan. l. 1. c. 18.*

XIII. Quam novissimam sententiam, ceu veteriorem, secutus est *Grotius de J. B. & P. II, 18, 3. Paschalinus, Legat. c. 77. Pufendorsius. Diss. de stat. hom. nat. §. 20. Wolff. Forstnerus. Diss. de Legat. sub Bæclero habita §. 3. & 61. Besoldus de Legat. cap. 2. Gryphiander Diss. de Legat. & alii plures.* Determinatum tempus nominavit *Autor des memoires pag. 428. parum ultra ducentos annos esse, ex quo ceperit*

ceperit isthæc consuetudo, & *Marſel. l. 2. diff. 11;* *Ferdinandum illum Sagacem, Regem Caſtalia,* exiſtimat primum tales miſiſſe, quem cæteri fuerint ſecuti. Quo conſilio vero id factum, diverſimode judicant inter ſe. *Bona occasione contigiſſe exiſtimat Gentilis,* & qui ſecus ſentiant, *turpiter facere.* Exadverſum *infelicis hæjus ætatis infelicè partum, ex peſtilente matrice ortum,* quiq; ejuſmodi legatione obeunt, *ſpeculatores, aliena perſidia auctores* vocat, & declamatione ad pompam compoſita invehitur in illos *Pafchalius,* cujus diſciplinam *Forſtnerus* ſequitur; ſed iſta omnia ad abuſum pertinent, abuſus vero non tollit uſum, nec vitis hominum rei innoxie debent imputari. Moderatius eſt *Erudiſſimi Pyſendorſis* iudicium, quod huc apponere non pigrabimur. *Hæc profeſſa velut curioſitas aliorum deſtinata expiſcandi,* inquit, *nihil iam injuria aut offenſa judicatur habere,* poſtquam cultiores populi mutuo iſtam conſenſu receperunt, eamque adeo veniam dant petuntque viciffim, & quatenus ea inter media noſtra conſervationis adhibetur, eo ipſo quoque naturaliter licita habebitur, neque enim alicui injuria fit, ſi qua ipſe in alterius fraudem machinatur, ab hoc ſolenter eludantur, quod ſi antem ea occasione quid eliminetur, quod in damnum civitatis redundat, garrulitas aut prodiſio Miniſtrorum vindicanda fuerit, per quos iſta arcana emanarunt.

XIV. Ex quibus etiam de jure recipiendi hæc legationes conſtare poterit. de quo itidem controvertunt. Conſidenter ſatis hæc legationes
Optimo

optimo jure rejici posse, Grotius, & quidem absque
 nullâ omnino causâ, Albericus Gentilis de Legat. l.
 4. § II, 12. dixerunt, ob rationem peremptoriam,
 quod his sublatis, gentium nihilo deteriora fiant
 commercia, adeoque nulla heic appareat neces-
 sitas, ex qua tamen jura gentium esse dicantur.
 Sed huic argumento luculenter satisfecit Ziegler-
 us ad Grot. Comment. pag. 413. nos nihil addimus:
 Herm. Kirchenerus de leg. I, 2, 21. postq. Residentes
 ex classe Legatorum propria deturbasset, receptio-
 nem eorum, non ex jure Gentium, sed ex pacto par-
 tium singulari dependere, inde probare conatur,
 quod jure legationis fieri nequeat, ut quispiam dis-
 tans in alterius provincia desideat, ob rescriptum
 Imp. in l. 4. C. de Commerc. quæ opinio infra, ubi
 professam huic textui destinavimus evolutio-
 nem, qualis sit, videri potest: Alii distinguunt,
 ut secundum rigorem juris gent. Princeps non
 quidem teneatur admittere aut retinere &
 prudentia tamen regulas suadere: ad quos ac-
 cedere videtur Zevcotius Observ. ad Flor. II, 6.
 pag. 282. nec hoc rem expedit, cum utique de jure
 sermo sit, quod extra Consilii questionē est. Respi-
 ciendū ergo ad exempla, & judicia Imperantium, ut
 Consensus gentium eliciatur, ex quo jus gentium
 unice æstimationem suam consequitur. Exempla
 tot habeo, ut supervacuum sit nominatim ista
 adducere, siquidem omnes fere Magnatum au-
 larum Residentes invicem continent. quales Ferdin-
 II. Imper. tempore Vienna habuerit, peculiari Ca-
 pite consignavit Descriptio Status Ferd. II. Ad ju-
 dia

dicia refero, inter alia, *declarationem* illam *Regis Gallie A. 1663.* factam, cujus supra feci mentionem. tum quoque *Decretum*, velut vocant, *Resolutionem Statuū Hollandiæ Westfrisiæq; A. 1651.* publicatam, quam sæpe laudatus *Gallicus de Legatis* scriptor, principio libelli sui consignavit, in quibus Residentium admissio, inviolabilitas, cæterique honores, non minus ac Ambassiatorum, juris Gentium sanctionibus adscribuntur, quas *barbara quoque nationes* agnoscant. Ut non dubitem asserere, harum quoque legationum missionem admissionemque in vim juris Gentium hodie evaluisse, adeoque debere etiam huc applicari, quod de legatis in univertum *Grotius* tradidit, *de J. B. & P. II, 18, 3.* *non omnes admitti præcipit jus Gentium, sed vetat sine causa rejici.* Posset quidem in alteram partem adduci *Exemplum Henrici VII. Angliæ Regis*, qui nullam passus est in suo Regno perpetuam legationem; Sed deseruerunt disciplinam ejus successores, nec minus Angliæ, quam cætera Regna, Principatus ac Respublicæ, hodie eandem admittit, juris Gentium prætextu; id quidem concedi potest, initio cum introduci cepit ista consuetudo, liberiolem fuisse Regum ac Principum facultatem deliberationemque super isthac admissione, & valuerat forte tum supra nominata distinctio inter obligationem juris & prudentiæ regulam, sed postquam paulatim mutuis factis comprobarunt Illi, & Residentes in consortium cæterorum Legatorum admiserunt, iisdemque applicarunt juris Gen-

tium

tium privilegia , paulo arctius visi sunt sese adstrinxisse invicem, donec fere vim juris consequeretur & quod primū beneficii ac nudæ voluntatis fuerat, converteretur postea in mutuas præstationes. si quis vero *Judicium Nobilitatis Polonica* vellet oponere, in Comitii Regni A. 1668. magno conatu prætendentis , ut & præsentes legati citius expediantur, & in futurū quoq; expressa *Constitutione* caveatur, ne diutius in Aula Polonica quisquam resideat, sed negotiis brevi tempore perfectis recedat, ei respondebo, firmari isto magis nostram sententiam, cum constet acerrime contradixisse Regem Regnique Senatores, nulla alia ratione motos, quam quod *contra Jus Gentium*, & amicitiae leges tenderet. uti prolixius videri potest, ex dilceptatione, quæ *Diar. Europ. part. XIX. p. 83. seqq. & p. 178. 179. 180. 181.* exhibetur. ut taceam in speciem à nobilitate id fuisse petitum, quo prætextus suppeditaretur, Legatum Gallicum, res novas molientem, facilius Regno prohibendi, neque universalem scribi legem voluisse, sed eo solum valituram, ubi Rex novus eligeretur, at in electio quovis Imperio bene constituto id solenne est, uti in Imperio quoque nostro, electionis tempore, per A. B. sanctionem exesse jubentur Exterorum legati.

XV. Antequam hinc abeamus, duo notanda sunt. Primum, quod in ejus, qui plenum habet jus legationis, electione consistat, primi an secundi Ordinis legatum mittere velit; id, cum Germaniæ Principibus nuper controversia hoc nomine à Gallis moveretur, *Federati Belgii Ordini*

res Resolutione, quam vocant, d. 31. Octobr. A. 1676. edita, comprobarunt, ejus tenorem per *Excerpta, Commentarii sui quarto capite* exhibet *Furstenbergius*, pertinet sanè hæc quæstio ad consultationem de legatione dimittenda, & non tam ex regulis juridicis, quam prudentiæ fundamentis dijudicanda est, prout personarum, temporum, negotiorumve rationes hujus aut alterius generis Ministrum postulare arbitrabuntur Imperantes. *conf. Ans. des memoires. p. 90.* Neq; interest, an unquam quis primi Ordinis legatū miserit, vel non, siquidem Majestatis, vel ut jam loqui amant, suprematus jura, inter quæ utique legationum jus est, Principi aut Reipublicæ competunt, etiam ubi non usurpantur, neque intermissum exercitium facultatem ipsam tollere potest, non magis quam si quis privatus alteri, vicino, facultatem in suo ædificandi permittere nolit, ideo, quod antea nunquam ibi ædificaverit ipse vel antecessoresejus, ut solent Scriptores talia cū rebus, quas in jure nostro *mera facultatis* appellamus, conferre, cum ejusmodi missiones æq; sint actus publico jure indifferentes, quibus factis omisissive nemo sibi jure præjudicat, nec jure acquirit, nisi ab alio prohibitio intercesserit, à quâ initium sumit præscriptio, si alter cum patientia acq;uerit, sicut vero tali casu inter privatos, facultas ista naturalis ita constringitur, ut alteri servitus vel similia jus quoddam acquiratur, ita negari nequit, publico jure, hæc tenus aliquem libertati civili centeri renuntiasse, quousque ab altero prohibitus jus
C
suum

suum exercere, non contradixit. Vid. *Interpretos juris nostri ad l. 18. §. ult. ff. quem. serv. am. & Gros. de f. B. & P. II, 4, 15.* loquor de jure pleno, hoc est, αὐτοκράτορικῶν, proprio, independente: secus est si ex privilegio quodam, adeoque *beneficiario jure*, licet suo modo perpetuo, legationum jus quis fuerit consecutus. Quod eo pertinet: solent quandoque quæ juribus summæ potestatis continentur, inferioribus communicari, uti circa leglslatorium jus, cujus vi soluta legibus positivis Majestas, alios ab iisdem solverit, exempla refert *Arnold. Clapmar. de Arcan. Rerump. l. 1. c. 12.* Circa jus judiciorum, in facultate non appellandi, simile quid observavit *H. Gros. de f. B. P. II, 4, 13.* eodem modo legatos mittendi jus, vel expressâ quadam, vel tacitâ etiam summæ potestatis concessione, alteri potest indulgeri, notante quoque *Jacobo van der Graef. in repetitione L. non dubito. c. 27. n. 6.* quæ ratione effectuum quorundam, utrosque Legatos fere æquiparare videtur, cum tamen quoad vim *juris* differentia maneat satis magna, quæ in eo potissimum sese exserit, quod, qui virtute summi Imperii, adeoque pleno jure, istam facultatem habet, cum omnibus aliis connexis solennitatibus eam possit exercere, nec ceremoniæ, quales tempus subinde inducit, novæ, quibusque alii invicem Magnates utuntur, eidem possint denegari, nec teneatur producere possessorios actus, multo minus amittat hoc jus solo non usu, quæ omnia secus fere se habent, apud illos, qui privilegio quodâ ac jure de-

penden-

pendenti ejusmodi facultatem sunt consecuti, hi enim extra concessionis terminos, quales, si expressa eadem fuerit, ex tabulis, sin tacita, possessione atque exercitio non interrupto, conspiciuntur, nihil sibi possunt attribuere, & ubi quid amplius prætendunt, probationibus opus est, vel nova acquisitione, iterum, quæ concessa antea fuerunt, non utendo amittuntur, ob perpetuam juris rationem, quâ *privilegium datum ad aliquid faciendum non utendo amitti*, tradunt *Doctores juris, tam civilis ad l. nundinis. i. ff. de nundin. quam Canonici. ad cap. accedentibus. 15. X. de privileg. nisi non simpliciter, sed cum mera liberaque quodocunque faciendi potestate concessum sit, cui nunquam præscribi, iidem per modum limitationis observant. conf. Fichard. Vol. 2. Conf. si. n. 2. quæ omnia probationum oneri sunt supposita.*

XVI. Deinde, qui pleno jure legatos mittere potest, in ejus quoque arbitrio ponitur, unumne an plures, & hos quidem eodem charactere insignitos, an qualitate distinctâ, mittere velit, quod ex iisdem regulis, antecedenti §. nominatis, explicari debet. Solent nimirum Principes ad legationes, ut vocant, officiosas, præter unum raro adhibere, sed ubi negotii cujusdam gravioris causa missio facienda, plerumque plures solent conjung. Exempla passim prostant, & vel ex *Westphalica pacificationis congressu* instrui potest hæc observatio, ubi ex parte *Imperatoris, Osnaburgis & Monasterii, quinque: Regum, vero Gallia,*

Tres, & Suecia, duo fuerunt legati, ut ex *Tabulis Pacis* apparet. Iterum à *Rege Hispania*, qui cum fœderati Belgii Ordinibus pacem inirent, tres, ab his vero, *Otto* mittebantur, quorum nomina *Instrumentum pacificationis*, quod inter *pacta Gallia, Historia Mazariniana* subnexa, exhibetur pag. 552. seqq. continet. Quales in nupero *Coloniensi* Conventu reparandæ pacis ergo adfuerint, *Aut. des memoires* p. 437. annotavit. In præsentî vero *Noviomagensi*, videmus *Mediatorum* quidem nomine, *Pontificium Nuncium*, de *Bevilaga*, & *Regis Anglia Ambassiatorem*, *Jenkins*. Belligerantiû vero partium plures Legatos, hinc, *Imperatoris*: *Baronem de Goes Episcopum Gurccensem, Comitem de Kinsky, & Straatmannum*: *Regum, Hispania*: *Marchionem de Balbazos, Petrum de Ronquillo & de Christin. Danie*: *Antonium Oldenburgicum Comitem, de Hoëg & Pettekorn. Fœderati Belgii Ordinum*: *Beverningium, d' Odyck & de Haeren*. Inde vero, *Regis, Gallia*: *Mareschalum d' Estrades, Colbertum & Comitem d' Avanx. Suecia*: *Comitem d' Oxenstirna & Olivencranzium*, primi ordinis caractere quosque insignitos. Effectus autem hujus rei in eo consistit, ut, qui eodem caractere & potestate pari mittuntur, ab aliis quoque eodem modo tractati debeant, neque separare eos invicem aut discriminare honoribus liceat, qui æquali jure pro indiviso gaudent & Collegæ censentur, siquidem in his, mittentium voluntas aliis, quoad solemnitates istiusmodi receptas, mensuram præbet. Quæ omnia

omnia quomodo ad legationes Statuum Imperii nostri debeant allegari, in re præfenti dicetur.

CAPUT. III.

De his, qui Legati esse videntur nec tamen sunt.

- I. Referuntur quadam analoga Legatorum genera.
- II. Inter quæ Buccinatores Tympanorumque pulsatores.
- III. Agentes quorum à Residentibus differentia exponitur.
- IV. Advocati, & Consules Mercatorum.
- V. Pro Reges.
- VI. Deputati;
- VII. Commissarii: quorum diversa exponitur significatio.
- III. Assessores Camera Spirensis, quo sensu Legati Statuum dicantur.

I. **Q**Uæ hætenus diximus, ad Legatos proprios tales pertinent, dantur vero alia officiorum genera, quæ cum illis appellationis potestatis veritate, quandam habent similitudinem, quâ minus cautos aliquando seduci videas, ut non satis invicem discernere isthæc possint, qualia si recensemus, clariora forte inde reddentur, quæ de natura veri legati fuimus commentati. super institutis Veterum, Romanorum præsertim, hæc differere, intempestivum fuerit, neque enim exi-

mie in rem præsentem possunt allegari, quæ *Annales & libri quoque juris civilis de Legato Pro-Consulis, Cesarisque* prodiderunt, qui Magistratibus similem obtinuerunt fiduciarium operam, ut *Cesar de B. C. II, 17.* loquitur. plures quoque alios, apud Romanos Legatorum nomine minus propriè nuncupatos esse, indicio *Alberici Gentilis de Legat. I, 1.* poterit condisci, propius huc pertinerent *Legati*, quos subinde in provincias, ad *justitias faciendas*, ut scribit *Regino Prumiensis ad Annum. 798.* Carolino seculo & sequenti mittebant Imperatores, *Missorum* nomine alias appellati; de quorum officio *Capitularia Cæsarea, & ex iis, Lehmannus Chr. Spir. l. 2. c. 10.* tradiderunt; *add. §. 7.* nam nobis ad recentiora diverrendum est.

II. Solere hodie per *Buccinatores, Tympanorumque pulsatores* fere expediri, quæ olim *Fecialium* fuerunt officii, in vulgus notum est, nam & ad indicendum bellum, ad res repetendas, aut jubendum alicunde aliquem decedere, ad postulandum deditioem, ad omnia deniq; belli commercia promiscuè adhibentur; quamvis vero juris gentium protectione non minus ac *Legati* ipsi comprehendantur, eorumque violatio eadem penitus severitate vindicari consueyerit, quod egregiè docet *Aut. des memoires. pag. 604. seqq* in censuram tamen legatorum eos nemo habebit, quo *Feciales Veterum* pertinuisse, *Dionysius Halicarnassæus, Plutarchus, Nonius, alii,* dubitare nos non sinunt.

III. Simile

III. Simile iudicium ferri debet de *Agentibus* hodiernis. Videtur quidem eorum usus antiquioris esse originis, cum jam Francorum Imperio memorentur, sicut vel illo ex S. Dionysii scriniis desumpto diplomate constat: *Præceptū Dagoberti R. de fugitivis. Dagobertus R. Francorum, Vir illustre, omnibus Episcopis, Abatibus, Comitibus, Centenariis, Vicariis & cæteris Agentibus nostris*, verum *Agentes* hos nihil aliud quàm ministros domesticos & officiales regios subditis præfectos designasse, eruditâ observatione ostendit *H. Bignon. ad formul. Marculf. I, 11.* neq; alius putò generis fuerunt, seculo inde quarto, in curiis Romanorum Imp. noti, *Agentes in rebus*, de quibus Codice, non solum Theodosiano, sed & Justiniano, peculares tituli extant. Ex consuetudine præsentis ævi hoc nomine appellantur, qui apud alium Statum aut Rempublicam res Domini sui agunt, & quoniam *credentialibus* nullis, sed solis *recommendaritiis* instruuntur literis, neque regulariter cum Principe aut Republica, apud quam degunt, negotii quicquam habent, sed cum privatis fere, aut Magistratibus, super rebus privatis, in universum talia eorum esse solent officia, quæ quotidiana opera à quovis facile possunt præstari, inter *Ministros. publico nomine* missos, non connumerantur; quare ut plurimum *Mercatores*, aliquando etiam minoris sortis homines, ut notum est, eodem solent destinari. Existimant aliqui, inter Residentem & Agentem nullam esse differentiam, nisi quod illam appellationem accipiant,

cipient, quos majorum gentium Imperantes, hanc
 vero, quos minores Status mittunt. quam sen-
 tentiam sequi videtur *Ericus Mauritijs. Diss. de*
jud. Aul. §. 11. sed nec hoc alii admittunt, qui & à
 Regibus mitti, dicunt, quos Agentes appellent. *H.*
Kirchn. de leg. 1, 2, 22. & Jac. Houvel. de legat. §. 1. p.
283. expresse inter *Status Ministros publicos* eos
 referunt. Alii aliter. Nimirum recinent, illi anti-
 quorem disciplinam, & loquuntur de Agentibus
 qualiter fuerint habiti, antequam ministerium
Residentium esset introductum, quo tempore
 utique formalis isthac differentia nondum obti-
 nebat. eam esse *Houvelii* mentem appositum in-
 dicat exemplum. *mittitur*, inquit, *Agens*, ubi ar-
 ta suspicio est, *legatum non honoratum iri pro suo*
merito, ac proinde *Reges Gallis nuperis annis nullum*
ad Imperatoris Aulam mittunt legatos, nisi Agentes
quos vocant, ideo, quod etiamnum hodie *Gallus &*
Hispanus de precedentia colluctantur. At vero sa-
 tis constat, non *Agentes* nudos, sed *Envoyés* aut
Residentes eodem mitti. Quos vero in prioribus
 ex Veteri Stylo æquiparasse videbatur ille, mox
 accuratius recentiorem consuetudinem secutus
 distinguit, quando ante aliquot annos novum quæ-
 dam *Status Ministrum* institutum dicit, *Residen-*
tem appellatum, cui Agens cedat, ut ille legato. De-
 prehendimus ita electione auctorum, non ex-
 acte discerni *Agentes à Residentibus*, hoc inter mi-
 nistros publicos referente, altero excludente
 eosdem: existimo vero, *Agentes simpliciter sales*,
 ex hodierno curia Stylo, non esse *publicos Status Mi-*
nistros,

nistros, idque pro *regula* hactenus tenendum esse, ut interim *exceptioni* locus quandoque dari possit, ubi nimirum prægnantes ob rationes, Agentis titulo quis mittitur, graviora tamen negotia, quam alias solent Agentibus, eidem committuntur, majorque potestas: si liceret, conferrem tales nunciis Pontificiis, cum potestate legati à latere missis, eo modo, quod, sicuti inter *nuntium & legatum à latere* Romana aula nihilominus perpetuam retinet differentiam, etiam si quandoque in certo subjecto utriusque qualitates quædam veluti confundantur, ita Agentes non illico in classem Ministrorum publicorum evebantur, quamvis uni atque alteri interdum prærogativæ aliquæ, horum Statui annexæ, indulgeantur peculiariter communicenturq;, extraordinarii ejusmodi casus non possunt imputari in regulam perpetuam. novimus clanculum sæpe & in secreto agitari Magnarum potestatum negotia, prout nominatim ex *Hotomanno* discimus, Reginam Angliæ & Germaniæ Principes habuisse olim Venetiis *les Agents secrets*, ideo, quod ob religionis discrimen Senatus videri noluit amicitiam cum illis arctam contraxisse, & plerumque sub commercii schemate secreta Status negotia fuisse occulta: certe non poterant isti fidem publicam allegare, nec juris gentium protectionem palam sibi asserere, qui in secreto latitare cupiebant, quis tamen hoc impedire dixerit, quo minus in universum Agentibus eandem attribuamus, eosque licet non *publico nomine*, nihilominus *publicè* dicamus mitti.

IV. Pertinent quoque huc *Advocasi*, quales, apud exteram curiam suorum subditorum causis perorandis, sæpe mittunt Principes. hi quia non habent publicam functionem, non possunt in numero esse eorum, quos jus Gentium sub nomine legati comprehendit. Insignem eorum speciem constituunt, quos *Consules Mercatorum*, vel simpliciter *Consules* appellant, mittunturque ibi præsertim, quos inter frequens commerciorum consuetudo est; eorum munus proprium in eo consistit, ut mercatoribus assistant, eosque in contestandis excipiendisve litibus, aliis etiam causis, tueantur; hinc necesse est, ut præter linguam, instituta quoque illius regionis, ubi commorantur, exactè calleant. Tales Hispani, Galli, Angli, Veneti, Genuenses, Batavi, plures habent, iisque amplissimum assignare solent salarium: exempla vid. apud *Hovvel. de legat. §. 1. p. 284.* aliquando *pactis* quoque super eorum potestate convenitur, uti de suo in Lusitania Consule placuit *Fœderati Belgii Ordinibus. vid. art. 9. Instrum. pacis cum Lusitaniz Rege A. 1661. conclusæ, quod Diar. Europ. part. VII p. 250.* exhibetur. Soleretamen quandoq; contingere, ut qui legatus est, munere quoque Consulis simul defungatur, exemplo *Legationis Veneta*, in aula *Constantinopolitana*, discimus, quæ sub *Bailis* nomine *Consulem* insuper & *judicem* agit, inter suæ non solum nationis, sed & alios, Mercatores, qui sub signo *S. Marci* navigationes Indicas commerciorum causa exercent. Atqui hi similitudinem quandam habent cum Residentibus. V.

V. Ad Ambassiatores vero accedunt aliquatenus *Vicarii Regis*, Proreges, quos vulgo *Statthalter* appellant. siquidem & hi caractere representatio sunt vestiti, sed hoc differunt, quod Ambassiatores ad externos mittantur, Proreges vero subditis sui Domini præficiantur, atque in super Magistratum numero debeant censer.

VI. *Deputatorum* nomen generalissimum ferre est. vulgo creditur id relativum esse Commissarii, ita, ut ad superiores qui mittuntur, Deputati, ad inferiores, Commissarii, ad æquales vero, Legati appellentur. sed perpetuum hoc non esse, experientiâ docemur. Olim Deputati vocati sunt omnes illi, qui ad conventum aliquem aut Congressum publicum fuerunt destinati, absque distinctione mittentium, unde Legatos Regios Gallos, Anglosque, quoties cum aliis unum inter se corpus formabant, Deputatorum nomen facile admisisse, ex actis sæculi antiquioris patere potest. Secundum usum præsentem ita possumus partiri, ut dicamus, Deputatos aliquando esse Ministros publicos, aliquando non esse. Non sunt, qui à subditis ad suum deputantur Principem, quales olim *Provinciales Legati*, qui præter nomen cum legatis veris nihil habuerunt commune, hodie *Syndici* municipiorum. Sunt vero, qui ex Corpore vel unius vel plurium rerum publicarum designantur, ad commune aliquod tractandum negotium, vel inter se domi, vel cum exteris, foras. Posterioris generis Deputati, quin propriè legatorum munia sustineant, negari

negari nequit, quamvis usu seculi frequentius Deputatorum titulus iisdem attribuatur, insuper tamen addi quandoque videas discriminantem à mere subditorum missionibus voculam. uti Hanseaticarum Civitatum ablegatos, *Ambassadeurs Deputés in Gallia*, *Deputatos Extraordinarios* apud *Batavos* appellari, notum est, & hos quoque suis quibusdam legatis id nominis asserere, diximus. Prioris generis Deputatos, ab iis qui unam Remp. constituunt, ad communem Imperii conventum dimissos, quippiam potius *Magistratus*, aut si mavis *Senatori*, quam *legato* simile habere, & ab hoc non gradu, sed genere ac natura muneris differre, prolixè suscepit ostendere, qui nuper de *suprematu Princip. Germ.* prodit scriptor, cap. 46. repetiturque eadem philosophia in *Colloquio Gallico* inde composito. p. 36. interim tamen, eos legatis tam suæ quam extraneæ Reip. dignitatis prærogativa ideo non cedere, simul tradunt, sicut enim legati nostri repræsentant Rempubl. apud Exteros, ita Deputatos tales repræsentare eam, imo quoddammodo facere aut constituere domi: posse præterea aliquem in eodem loco & Deputatum esse ad Comitia, & legatum ad exteros, *Idem* docuit; ego quidem tam irreverens non ero, ut Eruditissimi Viri disciplinam executiam, posse tamen aliquem in applicatione ad nostrum Imperium super quibusdam dubitare, suis locis notabitur. Quid restat Deputationes in Imperio nostro alibi quaerendum est.

VII. Diversa itidem est appellatio *Commissarii*, quam si quis scire sigillatim expetat, ex *Carol. Molinæ in Consuet. Paris. §. 6. gl. 6. verb. rendra Conte. & Rutger. Ruland. de Commiss. l. 1. c. 2.* condiscere poterit. Propriè, ad delegatæ jurisdictionis, vel suæ immediatè exercitium, qui constituntur, eo nomine solent vocari. sub Imperatoribus Francicis *Missi* dicebantur, quorum auctoritas atque officium Capitulis Ludovici pii potissimum describitur. Vid. *Lehm. Chr. Spir. l. 2. c. 10. Conring. Diss. de Jud. Reip. Germ. §. 37.* Hodie quidem ad eam significationem id nominis determinavit usus, ut Ministris quoque, qui ad publica Status negotia peragenda destinantur, eis præsertim, applicetur, qui in aula domestica exterorum legatis conjunguntur, quibuscum super utilitatibus mutuis tractent. Apud nos noti sunt *Commissarii Imperatoris ad justitia* æque ac *Status* negotia, de quibus nuper peculiaris extat *Dissertatio Lynckeri. κατ' ἐξοχὴν* sic appellantur, quos ad *Comitia* mittit, quibus quandoque *Con-Commissarios* adjungi, constat. Consuevisse Batavos sub hoc titulo ad externos dimittere legatos, observavit *Aut. des memoires. p. 608.* sed existimat, non teneri Principem pro publico habere Ministros, qui sibi inusitatam ejusmodi circumponat appellationem. Novimus in hunc quoque sensum *Delegatos*, & qui à primis Delegatis quandoque constitui solent, *Subdelegatos*.

IX. Nescio annon in hunc quoque censum, ex instituto rerum Germanicarum, referre debeam

beam *Assessores Camera Spirensis*, siquidem & illi passim dicuntur *legati vel Ablegati Statuum*, atque ibi *repraesentare* suos principales. *Cammerg. Ordn. de A. 1555. part. 1. tit. 8.* Daß die Beyfizer von der Kaysertl. Majestät auch Churfürsten/ Fürsten/ und Ständen/ des H. Römischen Reichs an solche hohe Justizien verordnet / und an ihrer Statt sitzen. Reperio quoque, provocare illos ad *Jura Legatorum*, protectionemque ac privilegia horum sibi applicare. Ita cum, ab Hispanico milite A. 1633. Civitate occupata, durius haberentur *Assessores Evangelici*, conquesti sunt super violato *jure Legatorum*, in literis an die aufschreibende Fürsten Fränckischen Kreises: daß solches viel Nachdenckens verursache/ weil es in Ansehung Ew. Fürstl. Gn. und anderer Evangelischen Chur. Fürsten- und Ständen / als deren Person und Stellen wir vertreten/ und dero wegen / *jure Legatorum*, in gebührendem respect gehalten / keines wegs aber / also enormiter, und ohn alle Schuld beleidiget werden solle/ zugefügt werde. ap. *Londorp. Act. publ. part. 4. p. 340.* Idem fere repetierunt in *Memoriali, Comit. Ratisbonens. A. 1653. d. 28. Febr.* per Deputatum suum exhibitio: Daß sie mit solchen Kriegs-Pressuren / als *perpetui Imperii Romani Legati*, & *summa justitia unice dedicati sacerdotes*, so wohl nach Anweisung gemeiner Rechte/ als des H. R. Reichs Verfassung / und *special exemption* billichst verschonet werden sollen / ap. Eundem *Londorp.*

Cont.

Cont. p. VI. l. 5. c. 17. Utrumque comprehendunt etiam *litera passus*, Eminentissimo cuidam Assessorum, nuper cum Familia Spiram profecturo, tradita, quas inspicere mihi licuit, his fere verbis: Ob wir zwar nicht zweiffeln wollen / es werde jeder männiglich gedachten *** da er dieses löblichen *** Kreiffes / und insonderheit / unsern und Unsers Fürstl. Gesamt-Hausses wegen / an besagtem hohem Reichs Berichte hinfüro sitzen / und daselbsten repräsentiren wird / aller Freysicher- und Willfährigkeit / gleich des Kreiffes anderweit verschickten *Legatis*, überall würcklich genossen lassett. Aliqui tamen scriptores, etiam qui jura Statuum mire excolere connituntur, nominationem Assessorum, parvi momenti rem existimant, cum *Assessor omni prioris domini nexu absolvatur* & *præterea nominatus licet à Camera probari aut rejici possit.* Quid ergo? an representare potest eum, cujus nexu penitus quis absolutus censetur? dicendumne, solvi quidem Assessorem à juramento, quo unice adstringebatur domino presentanti antea, per *Ord. Camer. p. 1. tit. 57. c. fin.* sed juramentum præstare universo corpori, quo & præsentans comprehenderetur. Quo pertinet ea *Limnai* annotatio de *J. P. IX, 2, 77. Camera Assessores etiamsi ab hoc vel illo Statu presentati fuerint, non, postquam constituti in officio sunt, hunc vel illum Statum in specie repræsentant, sed unius corporis conjuncta membra sunt, ad omnes univ. summi, Imperatorem & Statum, hoc est, totum Imperium repræsentant, quod disertè quo-*

quoque traditur *R. f. de A. 1654. §.* Damit aber 165. subtilius vero exponitur *Strauchio Diss. Jur. Publ. XIII, §.* quatenus nimirum Camera, jurisdictionem, non mandatam, sed propriam per representationem ipsius Imperii, sub schemate individuorum, Collegium hoc integrantium, exerceat. Unde facile apparere potest originationis ratio, quare Legatorum nomine censeantur illi. insuper v. in conjecturam aliam me induxit *Conringius Diss. de Iud. Reip. Germ. §. 92.* ubi instituto Rotvvilensi judicio, Missorum regionum priscam autoritatem quadamtenus huc translata dici posse, asserit, sicut ex *Vadiano* expresse quoque docet *Mauritius diss. de judic. Rotvwill. cap. 2. §. 3.* annon ex analogia rationum, de Camera quid simile liceret pronuntiare? præsertim si quis historiam causasque instituti hujus judicii vellet conferre, omnino tentari posse arbitror nam & ille ipse Sancti Gallensis Consul, *Joachimus Vadianus* quem inter *Alemannicarum rerum scriptores Tertio Tomo*, primum exhibet *Melchior Haiminsfeldius Goldastus*, loco eodem, cujus partem adduxit *Mauritius*, disertè Missorum quoque illorum vestigia in *Spirensi* Judicio extare scribit, iis verbis: *sed & Imperiale illud, quod Camera vocant, inde retentum est, quod & ipsum presidem habet Comitem aliquem insigniorem, qui vel Cesaris vel Imperatoris, vicem administrat. Quin & publico hodie sumtu, ut olim ea jurisdictio peragitur, appellationibus Ordinum Imperii præterea decretis mandatisque Imperatoriis exequendis præcipuè institutum.*

Titulum. Suffecerit autem in præsentī annotasse, minus propriè heic titulum Legati usurpari, neq; enim ex solâ repræsentatione vim illius æstimandam esse, supra notatum est, exemplo proregum. Quid quod legatū à Magistratu, qualis utique Camera est, toto genere differre volunt.

CAPUT. IV.

Quid Status Imperii nomine hic significetur.

- I. *Quinam Status Imperii dicantur.*
- II. *Aliorum appellationes latiores.*
- III. *Quorundam falsa extantur.*
- IV. *Circa definitionem Status diversa Autorum opiniones referuntur.*
- V. *Conciliatio inter eos tentatur.*
- VI. *Vera sententia exponitur.*
- VII. *An essentia Status in actu suffragandi an potentia consistat, discrepant Doctores.*
- VIII. *Explicatur auctoris sententia super hisce.*
- IX. *Autoritateque publicarum legum confirmatur.*
- X. *Additur cautela.*
- XI. *Quomodo distinguantur Status ratione Collegiorum.*
- XII. *Quomodo ratione dignitatis, non solum Electores & Principes à cæteris.*
- XIII. *Sed & ipsi inter se Principes.*
- XIV. *Quid de nupera Casarini Fursteneris partitione habendam sit.*

I. **P**ostquam in descriptionem Legatorum, eorumque varia genera inquisivimus, de subiecto quoque hujus juris nostri dispiciendum est, quale diximus *Status Imperii*, quo nomine, quosnam intelligamus specialius indicari debet, solet enim pluribus illud attribui, nec solum *Immediatis*, sed & *mediatis* seu *provincialibus*, sicut ex publicis monumentis declarat *Autor Consilii* quod *Lehmannus exhibet*, *Reichs Handel* l. 3. c. 53. ut rationem non habuerit *Limnanus* adversus *Carpozovium*, istam distinctionem infringendi, quam, cum *Instr. Pac. Osnabrug. art. 16. §. 14.* & novissimo *Recess. Imp. de A. 1654. §. 180.* iterum exprimeretur, agnoscere denuo, se coactum fuisse, ipse profitetur. *T. 2. Add. 1, 7, 101.* De prioris generis Statibus unice nobis sermo erit. Quos variis passim nominibus, aliquando satis quoque incommodis vocare solent. *Status* appellatio, etsi recentioris sit notæ, publicis tamen Constitutionibus auctoritatem accepit authenticam, præ illa, quæ aliqui affectatione antiquitatis *Ordines*, aut cum superiorum seculorum scriptoribus, *Primasum*, *Procerum*, *Primorum regni* titulo, eosdem malunt indicare.

II. Nimis lata est membrorum *Immediatorum* vel *Immediate subiectorum* vocula, quam cum Statibus recurrere, male putavit *Dan. Otto. Jur. publ. §. 17.* eam enim illos quoque comprehendi qui non sunt Status, dubitare nos non sinunt *R. §. de A. 1564. §. 29.* & plures alii textus à *Speidelio specul. p. 1049.* allegati: peculiari quoq; *Capite, Reinkin-*

gim,

yns, l. i. cl. 5. c. 10. integræ vero Disputatione Schwa-
 zius, P. 1. d. IX. Imperio immediate subjectos, Sta-
 tum tamen Imperii non representantes, recen-
 runt. Quod de ista quoque periphrasi, nostri &
 S. Imperii Fideles, sicut & vocabulo Reichs-
 Verwandte / quæ ut C. G. Dig. Worms. An.
 1521. art. 30. & 31. §. 11. æquipollere Statui quidam
 sibi persuadent, dixerim, hoc enim appellationis
 mediatis etiam competere certū est, & illud cuilibet
 quoq; privato ab Imperatore ipso tribui, sex-
 tenta privilegiorū instrumenta testantur. Ausim
 fere idē asserere, de solenni isto Civium Imperii ti-
 tulo, ut eodem adæquatè Status nostros signari,
 ex Eruditissimis multi existimaverint, in quam
 rem vel *Contingiana de Germanici Imperii Civibus*
dissertatio testis esse potest, nam alij ex adver-
 sum, ne quidem secundum prudentiæ civilis re-
 gulas commodè explicari posse, illam inter sub-
 ditos & Cives distinctionem, sibi & aliis persuade-
 re sustinent, quos non insectandos censeat *Baclerius*
Instit. Pol. I, 6. quamvis *Pacificus à Lapide disc. 7.*
§. 3. isthanc opinionem, ut erroneam rejicere, eo-
 que nomine in *Monzambanum* stricuras edere,
 officio suo condignum fuerit arbitratus, ut ne a-
 lias cum indocto & imperito vulgo, quod metue-
 bat ille, loqui cogeret, quam *superstitionem*,
videx dissertatio Puffendorffii de Rep. irregul. §. 3.
 eidem valdè exprobravit. Quicquid vero de his
 sit, quæ penitus alibi considerabimus, omnino
 videntur sollicitius de cive Aristotelico, passim in
 libellis politicorum dissertata, in praxi & applica-

catione ad Imperium nostrum, magnopere usum non habere, atque hâc ratione motum fuisse *Illustrem Bæclerum* memini, quare hoc de *Civibus Imperii* argumentum, cum *Notitiam S. R.* 27 adornaret, contraxerit in arctum; leges quoque publicæ isthoc significatum respiciunt, non tantum Veteris Status Romani, quo omnes qui fuerunt in Orbe Romano, ex Constitutione Imperatoris Antonini. *Caracallæ Cives Romanos esse effectos*, constat ex *l. 17. ff. de Stat. hom.* sed præsentis quoque nostri Imperii, cujus pragmaticæ Constitutiones Civium nomen semper respectu Civitatis alicujus aut urbis accipiunt, uti in aurea Bulla passim videmus, quod & de Germanico, *Bürger / Recessus Imperii* atque exordia omnium Constitutionum, Edictorumq; luculenter restantur. Viderunt ista incommoda plurimi alterius sententiæ autores, sed cum pristinam disciplinâ desertuisse omnino noluerunt, temperamenti tamen prospexerunt, unde quadam appositione, *Cives Imperantes*, cum *Lampadio p. 3. c. 2. Cives actu potestatis politicae compotes*, cum *Paurmeistero. l. 2. c. 1. §. 16. Cives Imperii Immediatos* cum *Reinkingio. l. 1. c. 4. §. 1. n. 2.* multi appellare nunc assolent, quibus sicut præfractè repugnare nolumus, ita nobis puto hæreseos crimen nemo impegit, si ab illorum placitis modeste discedendi rationem habere existimaverimus.

III. Oppido autem *falsa est Consiliariorum* appellatio, quam Statibus imponere, eosque cum cæteris Imperatorum Consiliariis aulicis conferre
non

non est veritus *Dan. Otto Jur. publ. c. 13. pr.* confusione, ut judicat *Bœclerus Animadv. Otton. pag. 95.* intolerabili; magna utique audacia est & prævaricatio adversus jura publica, participationem imperii, Statuum, legibus fundamentalibus præscriptam, ac in hunc diem tot repetitionibus confirmationibusque roboratam, quâ dudum *Consortes Imperii, Gail. 1. Obs. 21, 9. partes Principales* und *mitinteressenten an dem Statu und Forma Regiminis, Ant. der Grundy. p. 1. c. 1.* fuerunt habiti, in nudam suadendi auctoritatem reformare: à quorum instituto nescio an longe absint, qui *Eosdem Reichs, Râthe* nominant, ut ut enim aliqui hoc idem esse volunt ac *Reichs, Stände* / sicut nominatim asseritur apud *Arummanum V. 1. Jur. Publ. disc. 33. ch. 7. Otton. Jur. publ. c. 13. Carpzov. de L. Reg. c. 5. §. 11 n. 28.* istam explanationem publicus tamen curiæ stylus non admittit, quem id vocabuli de *nudis Consiliariis* ab Imperatore & Statibus ad deliberandas publicas Imperii utilitates, constitutis, accipere, velex *R. I. de A. 15 12. §. 5.* manifestè apparet. & si quando communionem summæ potestatis involvit, non tamen de singulis Statibus, sed Collegiis Eorum solenni formula prædicatur. Quamvis non præfractè negaverim, posse commodam recipere interpretationem, si quis *Senatores* appellet, non uti in quibusdam Regnis habentur, aut quales à *Badino de Rep. III, 1.* describuntur, sed eo significatu, quo in Rep. Aristocratica, ex qua Imperium nostrum aliquid participare cer-

tum est, *Optimates* dicuntur, sicut olim in Rep. Rom. eo tempore quo Aristocratia valuit sive prævaluit, quoties de mixtura sermo est, pars Aristocratica semper Senatorum titulo indicari solet Romanis Scriptoribus. nolim vero ultra definitos terminos commune vocabulum explicari.

IV. Quid autem rei sit Status, & in quo formalis ejus ratio constitui debeat, mire discrepant Dd. Artificiofam definitionē nondum esse traditam, *Bœclerus* observavit. *Not. S. R. 7. p. 73.* Plerique ex requisitis, maximam partem accidentalibus, quæ pro essentialibus venditant, descriptionem compingunt, talis sex ponit *Knipschild. de Civ. Imp. jur. & priv. 1. 1. 19.* quatuor, *Reinking. l. 1. cl. 4. c. 1. n. 3.* & *Besold. de jurisd. Imp. R. q. 8.* Tria, ex *Gaiho 1. Obs. 2. 1. 2. Matth. Stephan. de jurisd. l. 2. p. 1. c. 4. n. 27* Duo, *Schuz. C. I. P. V. 1. D. 6. th. 2. lit. e. Myler. de Princ. & Stat. Imp. p. 1. c. n. n. 1. 2. Spreng. Jurispr. Publ. p. 541. Ant. Comitiolog. Ratisbon. part 3. S. 37.* quorum opiniones partim conduxit examinavitque *Ericus Mauritus Diss. de Matric. S. 14. seqq.* Qui unicam essentialē notam constituunt, alii qui sunt, sed & illi diversi. *Limnao* enim sola *matricula inscriptio* id præstat. *de l. P. 1. 7. 91.* quam sententiam suam, cum infringereur à *Carpzovio L. Reg. c. 3. s. 12. n. 38.* & *Schuzio V. 1. D. 6. th. 2. lit. e.* amplius tuendam suscepit *Addit. T. 2. pag. 122.* Alii vero existimant si quis exquisitè loqui velit, formam essentialē Statuum unice constitui debere, *in communione imperii, hoc est, in sessione*

sessione & jure suffragii ferendi in Comitibus, quæ sententia novissima, sicut solidioribus rationibus connititur, ita auctores habet eminentissimos, Paurmeisterum *de jurisd. Imp. R. l. 1. c. 8. §. 3.* 4. Carpovium *de L. Reg. c. 3. §. 2. n. 42. c. 5. §. 11. n. 29. quest. 2. n. 11. (seqq. ad Diss. Fendal. V. Arumæum de Comit. c. 4. pr. Strauchium Instit. Jur. Publ. l. 1. tit. 13. n. 3. Mauritium alleg. diff. §. 19. Conringium diff. de Civib. Imper. Germ. §. 6. Ludolph. Hugonem de Stat. Region. Germ. c. 4. §. 12. Speidel. Ad. dit. ad Specul. p. 1049. Autorem der Grundv. part. 1. c. 5. p. 37. §. 42. imo & alios ex illis, qui plura, vel aliud quid, si verba ipsorum spectes, desiderare videntur, hûc non difficulter descendere observavit *Mauritius.**

V. Unde conciliatio forte diversarum istarum sententiarum posset tentari, si diceretur, multum interesse, an quis sollicitus sit de definitione propriè dictâ, essentiali, à priori, quæ judicium politicum contineat, de qualitate ac conditione Statuum Imperii in Rep. ferendum, an vero de tali loquatur descriptione, unde fundamenta probationum juridicarum, in contentione forensi, adversus Fiscalem vel eximentem alium Statum, aut quemcunque, status controversiam sibi facientem, desumi possint, quæ duo supra nominati Autores videntur confundere, uti nuper quoque *Ulricus Obrechtus, Doctor meus,* observavit in *animadversionibus Monzambanianis* ad c. 2. §. 1. p. 19. Gailius certe qui veluti fundus est, ex quo cæterorum definitiones spiritum traxerunt,

runt, obiter saltem quosnam Status Imperii *vocare* soleamus, edicit, neque inquit amplius, quam quoad instituto ejus sufficere arbitratur, ex professo enim de causis exemptionum agens, quid probare debeat, qui in isto iudicio velit obtinere, ex conceptis articulis libelli, qualem heic consueverit formare fisci procurator, ostendit; exinde postea alii definitionem cuderunt, additis vel demtis prout cuique videbatur commodum. Reinkingium non tam de *definitione*, quam *probatione Status* loqui, contextus operis docet, postquam enim priora duo Statuum requisita exposuisset, *haec*, inquit, *potissima sunt qualitates, quae etiam sufficiunt ad probandam quasi possessionem Status Imperii, quas si quis probaverit, intentionem fundatam eum habere putarem, etiamsi probare non posset caetera.* Idem fuisse institutum *Limnei, Myleri*, aliorumque, lectori cuius facile apparebit, nec enim singula valet excolere. Verum ut aliquis probet se Statum esse, plura potest inducere argumenta, non a priori semper, sed ut plurimum ab effectibus, rebusque talibus desumpta, quae in oculos incurrunt, uti constat ex probationibus *Speidelianis, voc. Reichs.* Et non nisi quod illarum aliquae ita sint comparatae, ut Immediatae quoque nobilitati, mediatisque Civitatibus accomodari possint: definitio vero omnis si locum suum tueri velit, non nisi formalem primumque rei conceptum debet continere.

VI. Quem heic si *rem ipsam* consideremus, poni debere existimamus, in *rebus politicis*

NOITONIG

novitas, in cōmunionē summæ potestatis, eoque
 respectu, Status, cum *Lampadio de Rep. R. G. p. 3.*
¶. 3. §. 1. non incommode describi, quod sint *sin-*
gularum Territoriorum domini, qui una cum Cæsa-
re imperandi potestatem habent. Sed si modum
 cōmunicationis, & rationem imperandi velis
 includere, optime dixeris, quod in *sessura & in*
ris suffragii ferendi in Comitibus participatione con-
sistat, heic enim jura summæ potestatis exerceri,
 præter *R. 7. de A. 1548. §. 56.* clarius distinctiusque
 ex formula *Instrumenti Pacis Casareo-Succicæ art.*
II. §. 2. condiscimus, quâ in vim perpetuæ vali-
 turæ legis sancitum est, ut *gaudeant Status Impe-*
rii sine contradictione jure suffragii in omnibus de-
liberationibus, super negotiis Imperii, præsertim ubi
Leges ferenda, vel interpretanda, bellum decernen-
dum, tributa indicenda, delectus aut hospitaciones
militum instituenda, nova munimenta, intra Sta-
rum ditiones, extruenda, nomine publico, vetera
ve firmanda presidis, nec non ubi pax aut fœdera
facienda, aliave ejusmodi negotia peragenda fue-
rint, nihil horum aut quicquam simile fiat, nisi de
Comitibus liberoque omnium Imperii Statuum suff-
ragio & consensu. Latius vero patet hæc locutio
 ac vulgo putatur, quippe quæ se diffundit in om-
 nes partes summæ potestatis ac Imperii, cum
 Statibus communicati, ut eadem operâ, quâ
 Statibus, pro forma essentiali, tribuitur jus suf-
 fragii in Comitibus, tota utique definiatur condi-
 tio, secundum quam & per quam sunt Status.
 eoque etiam defendi posse *Lampadium* arbitror
 D s quando

quando de *R.R.G. p. 3. c. 3. §. 5.* ex hoc porro suffragii iure Statuum Superioritatem derivandam esse, tradit, nisi quod probabile sibi non fieri, solo iure illa potestatem istam contineri, saltem, admitti ius illud in partem eximiam istius potestatis, summus Vir, *Hermannus Conringius* annotaverit. Cæterum quo minus suffragandi hæc facultas, in modum *Consilii*, vel *assensus* etiam *minus principalis*, aut *conditionis sine qua non*, possit explicari, appellatione *voti decisivi. eod. art. §. 4. Instr. Pac.* provisum est, quo *positivam efficacitatem*, ex *mixtura* juris Imperatorii in *Republ. Imperii Germanici*, utrinque coortam denotari, satis putò constabit.

VII. Illud magis disputationi obnoxium est, an illa suffragii participatio *actualis* esse debeat, ut quis verè ac propriè inter Status censeatur, an verò suffragandi sufficiat *ius ac potentia*: *Lampadius*, *definitionem in potentia accipi, par esse*, existimat, quod & *Limnao* videtur *Add. T. 2. ad. 1, 7, 91. pag. 122.* ius suffragii *veram Status qualitatem* appellanti. *Schuzius*, utut *V. I. D. 8. th. 3. lit. c.* paulò aliter sentire possit existimari, tamen *V. I. D. 6. th. 2. lit. e.* adeoque proprio loco priorì accedit opinioni. Ex adversum *Paurmeisterus*, *communicatione actuali sive ἐνεργεια participationis suffragiorum propriè statum definiri* contendit, quod etiam *Carpovius* statuit, possetque aliquis non immerito suspicari, hanc sententiam praxi Imperii convenientiorem esse, quod & *Ant. der Grundveste* / in rebus comitialibus valde exercitatus scriptor, dixerit:

dixerit : Daß einzig und allein die hergebrachte Vertretung einer gewissen Stell und Ablegung des freyen Suffragii, bey denen Reichs Berathschlagungen / einen Reichs-Stand machen könne. idque postea adeo extendit *Comringius*, ut diserte tradat, eum qui fruatur suffragii dicendi facultate sive jure sive injuria, reapse esse in Statuum sive Ordinum censu, sicut econtra qui illa caret sive jure sive injuria, non sit actu civis. quos ita sequitur *Mauritius*, ut *Pantmeistero* & *Carpzovio*, Status nomen ad justam sessionem & votum referendum, quam illis qui ad factum etiam injustum pertinere perhibent, malis assentiri. Cujus disputationis usus ille est, ut super Statu eorum, qui vel inter Imperii proceres allekti, nullam adhuc in Comitibus sessionem revera obtinuerunt, quales hoc seculo Principes noviter creatos plures vidimus; vel aliquando ab exercitio suffragandi suspenduntur, prout ante pacificationem Westphalicam Administratoribus Archi-Episcopatum, Episcopatumque, ac Prælatibus, Augustanæ Confessionis, contigit, idoneum possimus ferre judicium.

IIX. Si licet tyroni heic quoque palam sententiam profiteri, omnino *suffragium* illud, quo Status in esse Status constituuntur, *actum* importare dixerim, non quidem præcisè *secundum*, qui usu & exercitio solo æstimatur, sed *primum* potentissimum, hoc est, *jus actuale*, quod minus propriè *potentia* nomine insignitur: neque enim illis assentior philosophis, qui potentiam cum a-

ctu

Etu primo confundere, aut pro æquipollentibus
 ista habere consueverunt; nam licet aliquando
materialiter ac in exemplis concurrere possint,
formaliter tamen & *in se* toto genere diversa sem-
 per manent; Certè non puto quenquam asser-
 turum, Regem dormientem, vel deliberandis
 gerendisque rebus aliquantisper interesse nolen-
 tem, *potentiâ* Regem esse, quod & de quolibet
 Regii sanguinis Principe in Successorio Regno
 dici potest, exercitium interea vel *actum secun-*
dum deficere, quilibet concedit, utpote quem
 ab Imperio summo, salvâ huius naturâ, separari
 posse, *Grotius, l. B. P. 1, 3, 24. Hobbes. de Civ. XIII, 1,*
 & politicorum quis non, tradidit: dari itaq; inter
 hæc duo mediû aliquod necesse est, unde forma
 & essentia, quæ à re nunquam abesse potest, di-
 judicetur. quod *ius actuale* sive *actum primum*
 hæctenus vocabimus, hoc est, facultatem, vel qua-
 litatem moralem perfectam, quæ summum Im-
 perium in hac persona actuet, animetque, sicut a-
 lias quoque anima actus dici solet Aristoteli, ejus-
 que a seclis, etiam citra respectum operationum,
 & *Grotium* eodem modo his terminis usum esse,
 apparet ex illis verbis, *I. B. & P. 1, 1, 4. qualitas au-*
tem moralis perfecta facultas nobis dicitur, minus
perfecta aptitudo, quibus respondent in naturalibus,
illi quidem actus, huic autem potentia. Quæ omnia
 ad rem præsentem ita transferenda sunt, ut di-
 camus, *quatuor fere gradibus* æstimari posse Sta-
 tus Imperii: aliqui sunt *potentiâ remotâ* Status,
 qui meritis in Republicam illustribus, & requi-
 sitis

fici ad sustinendam tantam dignitatem idoneis,
 publica que formulâ *R. 7 de A. 1654. §. 197. & Ca-*
pitul. Leopold. art. 44. perscriptis, conspicui, ha-
 bent quidem verum *ius petendi*, juxta alios, ut
 in numerum Statuum cooptentur, sed *ad ipsam*
dignitatem, jus proprium non habent, ut egregie
 hos duos respectus fecernit *Grot. 7. B. P. II, 17, 3,*
 at solum *aptitudinem*, quæ in Imperatore, ut con-
 ferat istam, nullam producit obligationem. Alij
potentiâ proxima, ut Principes ultrageniti, ap-
 panagiati remotiorisque lineæ, vivente Principe
 imperante, qui Status est; posset quis, illustran-
 di animo, horum jus, appellare, *ius ad rem*, per-
 fectum quidem, cujus tamen ulterior operatio
 ac effectus ex certa conditione aut tempore su-
 spendatur, quale scilicet jus est in his, quæ ex
 stipulatione conditionata debentur, aut si mavis
 in legatis quorum dies cessit, non venit. habent
 enim utique verum jus ad dignitatem status, ex
 investitura primi acquirentis sibi quæsitum, ita ut
 hoc ipsum jus in posteros, ex primo acquirente
 venientes, necessario transeat, sed ampliorum ef-
 fectuum ratione, vel impediatur aliquando, vel
 ordine saltim certo sese exserat, prout nimirum
 Eorum quis aut propius attingit, aut remotius
 abest ab ultimo illius dignitatis possessore, à cu-
 jus possessione, tanquam conditione aut die su-
 spenditur, donec ipso actu in jus reale queat
 transire, quod fit, moriente Principe Regente,
 ubi isthæc potentia, in actum Status, ut ita lo-
 quar, immediate & nullo interveniente alio actu,
 ipsa

ipsâ successione traducitur. Uttrique Illi *impro-*
priè tantû & ἐν κλάσει Status appellantur, quam-
 vis eo discrimine, ut posteriores de proprietate
 rer plus participant, quam priores. Unde facile
 patebit, quinam tertio, *actû primo* Status sint, qui
 nempe ad sessionem & votum in Comitibus, vel
 decreto Casareo expresso, vel legitimâ succes-
 sione, ipso jure, sunt admissi, præciso tamen ex-
 ercizio & negatione ejus, hoc est, ut illud neque
 includatur, neque excludatur, ideoque conjun-
 gi cum illo & sejungi ab eodem possit. His æque
propriè & exquisitè, Statuum nomen definitio-
 nemque etiam ante realem usurpationem com-
 petere, ausim dicere, atque *istis*, qui sæpius suf-
 fragia haud interrupto exercitio tulerunt, &
 quod *quartum gradum* efficit, statûs qualitatem
 in *actû secundo* obtinent: posteriorum horum jus,
 ut cœptam similitudinem absolvamus, possumus
 comparate cum *jure in re*, quod Jcti nostri vo-
 cant, ut *actus primus* sit veluti *dominium*, ad cu-
 jus analogiam de Imperio subinde solent disser-
 tare, consideratum saltim ratione suæ formæ, *pra-*
cisis effectibus; *actus vero secundus*, ad modum
 domini *pleni* intelligatur, *conjunctis* nimirum
effectibus, qui in disponendi libertate, usu quoti-
 dianio, alienatione, oppigneratione, vindicatione
 & similibus consistunt. Ex quibus omnibus lu-
 culenter apparet, Effectum potius esse quam for-
 mam Status Imperii, exercitium suffragandi, pos-
 se vero effectum, salvâ rei natura, à causa sepa-
 rari, multis juris nostri exemplis edocemur, &
 posita

positâ causâ non statim poni effectum, universalis quoque philosophia, in regulis suis pridem constituit, in rebus etiam moralibus valituris.

IX. Ne quis frustra hæc à nobis differi, existimet, publicarum legum auctoritatem præscribam, primo, insignem reperio locum. *N. A. in Speyr / de A. 1570. §. Nach dem anch. 163.* in quo Maximilianus Imperator de iis loquitur, qui sessionem in Comitibus nullam adhuc obtinuerunt, actu scilicet secundo, quod satis innuit substrata materia, præcedentiarum enim controversiæ non nisi in sessionis exercitio & actuali congressu possunt oriri, & vero nihilominus simpliciter eos *Status* vocat, *Reichs-Stände*. Regerunt quidem, *hos ἐκ κλάτης ὡς ἄνθρωποι, τῆς δυνάμειν* & *ratione, dici Status*, adeoque rectè loquendo non esse actu civis, sed potentiâ tantum. Verum, ne dicam cum *Limnao, Addit. T. 2. p. 117.* hanc distinguendi conciliandique rationem facilem quidem esse, sed publicis Imperii documentis innixam nondum observari, videtur enim hæctenus seipsum postea correxisse: certè comprehendere non possum, quare à propria vocabuli significatione recedendum sit, nullâ urgente necessitate, quin imo videtur contradictionem involvere ista conciliatio, quod enim potentiâ est, illud absolutè loquendo non est, siquidem potentiâ esse importat negationem actus, idemque est ac actu non esse, posse autem esse, at Imperator illos absolutè vocat *Status* a simplicius ergo textum accipiendum censeo de iis, qui per decretum Cæsareum ad votum sessionem-

fionemque admissi, ideoque revera Status facti
 sunt, illam vero naturaliter nondum occupa-
 runt: Quod clarius apparet ex *R. J. Ratisb. de. A*
1641. §. Und demnach. 97. cujus verba apponere
 non pigrabimus. Demnach wir die Hochgebohr-
 ne Fürere und des H. Reichs Fürsten / und Liebe
 Getreue / Ertel Friederich von Hohenzollern /
 Johann Antoni Herzogen zu Crumau und Für-
 sten zu Eggenberg / und Wenzeln / Fürsten und
 Regirern des Haub Löbtowig / zur Session und
 Stimm im Reichs Fürsten Rath admittirt
 und zugelassen / Churst Fürsten und Stände
 auch in diese unsere Admission gewilliget / und es
 einig und allein an würcklicher introduction,
 dazu man auß gewissen Ursachen dishnahl nicht
 gelangen können / ermangelt / als erklären wir uns
 daß obermelte Fürsten sampt und sonders / wie an-
 dere Fürsten und Stände des Reichs / bey künff-
 tigem Reichs Tag zur Session und Stimm
 würcklich gelassen werden sollen. Unde diserte
 constat, quosdam, qui nondum occuparunt ses-
 sionem *realiter*, würcklich / nec dixerunt senten-
 tiam, imo propter intermissam adhuc solennem
 introductionem, neque poterant, absolute ta-
 men *admissos dici ad sessionem & votum in Comitibus*,
 ratione nimirum actus primi, at vero quicumque
 huc admissus est, ille *proprie*, adeoque non tan-
 tum *potentiâ*, sed *actu* status est, hoc enim *jus suff-*
ragiorum actuale usque adeo verorum statuum es-
 se proprius dicunt, ut *essentiam eorum unica con-*
stituat.

bimus, multam nobis infra lucem allatura sunt.

XI. Cæterum distinguuntur Status potissimum *ratione Collegiorum*, in *Electores*, *Principes*, sub quibus heic *Comites* ac *Barones* continentur; & *Civitates*, cujus partitionis initia Doctores passim exhibent. An sub istis quoque *Immediata Nobilitas* comprehendatur, lis est, equidē libello quodam Moguntiz, A. 1626. eā inscriptione edito, *Bericht und Antwort der Politischen-Frage / ob des H. Reichs Freyer Ohnmittelbahrer Adel ein Stand des H. R. Reichs sey. p. 8. 15. seqq.* id asseritur: veritas rei dependet ab ea quæstione præjudiciali, *an sint Status*, in qua mire discrepant auctores. *aliqui* enim hodie quidem non esse, olim tamen fuisse, *alii* hodiernum esse: *cæteri* nec hodie esse, nec olim fuisse Status, asserunt, qualia sententiarum divortia inde mihi provenisse videntur, quod in consignandis Nobilium originibus, Veteres non fuerunt satis curiosi, fatentibus ipsis, qui nunc eorundem jura mire excolere laborant, unde non poterant non sequioribus seculis multæ passim oriri dubitationes. professam discussionem à nobis nemo expectabit puto, in quam rem, præter laudatos in *Notitia Imperii Bœcleriana l. 10. c. 2.* scriptores, *Strauchius Exot. 4, 22. Schutz. V. 1. D. 9. th. 9. lit. e. f. Conring. de Comit. Imp. Germ. §. 18. Carpzov. de L. Reg. c. 3. f. 12. n. 17.* aliiq; operam suam pridem intenderunt. Ex principiis autem à nobis adductis id consequitur, ut, si velint obtinere Nobiles, jus sessoræ ac suffragii ferendi in Comitibus actuale, debeant probare,

bare, quod quidē difficultate non carebit. Interim non negamus dari *Corpora Nobilium*, quæ revera inter Status censeantur, quod de *Ganerbiatu Fridbergensi* omnino dicendū est, ut ut in Comitibus dudum non comparuerint, id enim in modum privilegii explicant, suumque jus actuale satis eo conservari arbitrantur, quod ad *Conventus publicos* inter alios Status Imperatoris literis vocari non desierint, sicut ad præsentia Comitibus à Cæs. Majestate formula solenni invitatos quoque novimus. Sub *Civitatibus Imperialibus*, comprehendi etiam *Hanseaticas*, quas vocant, *Recessus Imperii* testantur, quamvis earum umbra tantum hodie supersit. Originem, incrementa, statumque præsentem hujus fœderis memorabili in his opere consulit Jo. Angelius à *Werdenhagen*, unde fundamenta poterunt desumi, componendis quæ heic agitantur scriptorum disputationibus.

XII. Vidimus aliquando etiam *ratione dignitatis* voluisse introduci partitionem Statuum, in *Superiores*, quo nomine *Electores ac Principes, & Inferiores*, quo cæteri intelligebantur: equidem nunquam hi repugnarunt, quo minus nomine *der höhern Collegien* illi signarentur, sed appellatio *der höhern Stånd* vel ipsam propter novitatem, fuerat suspecta, videbaturque invidiosâ interpretatione juris Comitialis inæqualitatem importare, quam nullus admitteret, postquam *Westphalicæ pacificationis* lege in eandem hætenus conditionem omnes concesserant. ex actis tamen Superiorum Comitiorum constat, periisse postea istas suspiciones, & faciliores fuisse non solū

Civitates, quæ ipsæ, passim in scriptis suis circa simultaneam re & correlationem adornatis, quælia *Aut. der Grundv. p. 2. c. 6.* exhibet, promiscuè usurparunt istas formulas, ut *Electores* ac *Principes* conjunctim, mox die höhere *Collegia*, mox die höhere *Ständ*; interdum solos *Electores*, die höchste *Ständ* / appellarent. vid. *Monita Colleg. Civit. ad Capit. Ferd. IV.* apud Londorp. *Cont. part. VI. l. 5. c. 91.* Sed nec *Comites* repugnarunt, nisi quod quandam veluti apologiam, pro cætera sua auctoritate insuper multâ occasione ediderunt, quo pertinent, quæ in *Monitis der Ober-Rheinischen Grafen und Städte / in puncto presentationis* differuntur ap. Londorp. *Contin. p. VII. l. 6. cap. 469.* Obwohlen ein bekantlicher Unterscheid zwischen unterschiedlichen *Ständen / quoad dignitatem & prerogativam*, sich erhaltet / so kan doch auch / daß die Niedrigen den Höhern / *quoad jura Statuum communia*, per *Instrum. Pacis* exequirt und gleich gemacht worden seyn / Niemand in Abrede stehen. Similia reperuntur in *Memoriali ablegati Comitum Wetterav. ad Convent. Deput. Francof. de 10. Mart. A. 1656. exhibito*, quod idem Londorpius *Actis* suis inseruit *Cont. p. VII. l. 7. c. 80.* & in eandem quoque sententiam *Statuum æqualitatem* nuper exposuit *Eruditissimus Rhetius* *diff. de Statu Germ. circa subdit. c. 2. §. VII. n. 75.* & ante eum *Klock. de Contrib. c. 5. n. 71.* præsertim vero hujus partitionis usum in materia præsentis conspiciamus, quanta enim prærogativa, ratione legationum, *Electo-ribus & Principibus præ cæteris* competat *Statibus*, progressus docebit. XIII.

XIII. Imo inter ipsos Principes tam arcta non est paritas, ut non in *domos*, Principales *veteres*, quâ appellatione, ex majoribus prisca consuetudine istam dignitatem, & hæreditario jure inde dudum in se derivantes; ac *recentiores*, quâ nuper demum ob sua merita à Cæsare eo evectæ *familix*, signantur, se dispescuerint. vulgo *Alte und Neue Häuser*/ nam sicut in universum antiquior nobilitas, saltim opinione hominum, majoris censetur esse dignitatis, quam quæ noviter in aliquem est collata, ita heic quoque Principes, in tanto suo fastigio, simile quid observari, æquum judicant; cujus rei ille quidem effectus est, ut in defendendâ antiqua Principum Status conditionisque prærogativâ, præsertim vero in concertationibus cum Collegio Electorali, non soleant noviter creati tam acriter pugnare ac Veteres Principes, hi quoque in ceremoniarum formulis, cæteroque externi honoris cultu, præcipui quid sibi postulent, & quæ sunt alia hujus observationis; sicut vel ex ipso legationis jure constat, cujus ratione quomodo in Comitibus A. 1641, ut etiam Legatis Veterum Principum, novi ipsi cederent, petitum fuerit, suo loco dicetur.

XIV. An eodem modo defendi, publicisque Imperi nostri legibus conciliari possit, illa, quam *potentia* viriumque intuitu, nuper *Casarinus Furberius* composuit, Statuum distinctio, in *Principes Majores vel armipotentes*, ac *Minores Dynastas*, hoc sensu, ut in eorum numero habeantur, Electorum ac Principum illi soli, qui *majus ter-*

ritorium habent, & præter libertatem ac in se pote-
 statem, vires, non tantum domi subditos manu mi-
 litari regendi, sed & qui exercitum extra fines du-
 cere, & armis, fœderibus, legationibus ac ceteris
 juris gentium functionibus, aliquid momenti ad re-
 rum Europe generalium summam conferre possunt:
 uno verbo qui jure suprematus gaudent, quâ vo-
 cula denotentur, qui exteris souverains aut poten-
 tatis soleant appellari, quorumq; nunquam ma-
 gnus nimis numerus fuerit, inter minores autem
 referantur Civitates, Comites, Principes tales,
 qui quidem suum territorium, confesso jure, mili-
 tari manu obtinent, & subditos presenti potestate
 continere in officio possunt, adeoque superioritatem
 territorialem, quam in hoc consistere ille putat,
 habent, non vero suprematum, cum non possint
 adversus externos copias educere, nec aliquod ad
 summam rerum Europe, armis fœderibusque con-
 ferre, quique belli ac pacis socii nunquam, ali-
 quando tantum appendices censeantur, & ut illi in-
 super cum Regibus quodam fraternitatis jure con-
 tincantur, & longo licet potentie intervallo, gradu
 tamen potius quam specie dignitatis distinguantur,
 in his vero omnia secus se habeant. an, inquam,
 hæc partitio locum suum tueatur, rigidiorumque
 Statuum censuram utrinque sustineat, alii vide-
 rint, nostra enim privatorum judicia eo assur-
 gere, ex instituto præsertim disciplinæ extra par-
 tes positæ, non debent. Ausim tamen asserere,
 non sine grandi difficultate iri expeditum, quan-
 tæ ad hoc, ut quis momentum ad publicum
 Euro-

Europæ statum censeatur conferre, vires requirantur, & cuiam, hujus vel illius facultates arbitrandi, jus competat, nam & *M. Crassus* in privati *negabat* divitem esse *qui suis fructibus exercitum alere non posset*; cumque Principum & Magnatum quoque familiæ suas habeant revolutiones, qui nunc suprematu pollent, mox rebus paulum attritis, in aliam potestatis speciem recident, quod pauci dixerint, postquam ex amplitudine regionum viriumque, discrimen summi imperii aut summo minoris petendum non esse, etiam vulgares politicorum libelli pridem nos docuerunt: saltem displicere patriæ amantibus civibus credo, si quis in libellos quoque referre omnem velit Statuum discrepantiam, quæ se in æctu Reip. aliquando nimium, sed nunquam sine bonorum luctu, prodit. nisi malis dicere *dicendi* scriptoris considerandam esse, & licere utique dicere in disceptatione partium publica, quæ sibi profutura, suoque proposito convenientia existimabuntur.

CAPUT. V.

An & quid juris Statibus competat circa Legationes nomine Imperii mittendas.

- I. *Quotuplex sit hoc Statuum jus circa legationes.*
- II. *An & quatenus Status participant de jure mittendi legatos totius Imperii nomine.*

III. Fundamentum huius participationis indicatur.

IV. Specialius exponuntur negotia, ubi solus Imperator legatos mittere potest.

V. Et ubi Status concurrunt; qualia potissimum sunt negotia quae ad belli

V I. Pacis

VII. Foederumque eius pertinent.

VIII. Exempla in hanc rem producantur.

IX. In quibus communi Statuum auspicio res geri, probatur.

X. In his tamen circa modum missionis Imperatori prerogativam competere.

XI. Per partes ostenditur.

XII. Saepe Caesar solus mittit legatos, qui negotientur de rebus totius Imperii: Exempla adducuntur.

XIII. Omniumque illustrissimum, in pacificatione Westphalica: quod specialius exponitur.

XIV. Idem in hodierna Noviomagensi pacis tractatione fieri debere decretum: ex publicis monumentis ostenditur.

XV. Sicut est practicum ita fuit postea.

XVI. Solent legati Caesarei his casibus praemii loco ab Imperio quid petere.

I. **V**Eniamus in rem propius: potest Statuum jus circa legationes duplici modo tractari, primo respectu totius Imperii, deinde, ratione Territoriorum singulorum, de posteriori consideratione praeripimus erimus solliciti, ut prior tamen non fuerit penitus seponenda. In universum vero duabus absolvitur partibus, quarum prima
missio-

missionem Legatorum nostrorum, cætera *receptionem* aliorum comprehendit.

II. Cuinam nomine Imperii legatos mittendi facultas competat, scriptores inter se non conveniunt. *Soli Imperatori in solidum* transcribit *Hermannus Kirchner. de legat. 1, 3, 19. & Funckiana Dissertatio de legat. §. 5.* quam volumine secundo *Exercitationum Juris publici à se editarum Frischius* exhibet. eoque *Stamler. de Reserv. §. 12. n. 1.* inter reservata Cæsarea nominat. *Lampadius de Rep. R. G. p. 3. c. 20. n. 1.* in eadem fere sententia est, nisi quod dubium aliquod relinquat postea. Ex adve so penitus procedit *Hippolubus à Lapide de Rat. Stat. Imp. Germ. p. 1. c. 14. s. 2.* Imperatori sine interveniente Ordinum consensu illam in omnibus casibus denegans. Temperamentum utrisque adhibendum, tum ne nihil, tum ne omnia soli Cæsari credantur publicis legibus permessa, dicendumque, si *de re ipsa* loquamur, jus hoc ex *indole negotiorum* cum exteris tractandorum æstimandum esse, prout enim mittuntur, vel de re in *solius Cæsaris potestate* constituta, vel ad *Comitia* pertinente, etiam vel soli Cæsari, vel dividuo cum Ordinibus jure, communiter, ista facultas competere videtur; nam naturalis ratio id flagitat, ut, penes quem non est facultas negotiorum tractandorum in universum, is neque facultatem legatos, de rebus ad summam rerum pertinentibus, mittendi, solus habeat, cum legationum jus non possit aut debeat scorsim considerari, sed ex materia, per Legatos

E s y tractanda.

tractanda. Quod heic ex formula partitionis jurium Majestaticorum, qualiter in Imperio se nunc habet, specialius condisci debet. Quin enim antiquioribus seculis, solius Cæsaris arbitrio, ut omnia summæ potestatis jura, ita hoc quoque, revera competierit, dubitare nos non sinit habitus Reipublicæ, tum temporis omnino Monarchicus: postquam vero Regia Imperatorum potestas paulatim limitibus se quibusdam continere cepit, dubitationes quoque oriebantur, ut fieri solet dum magnus ille orbis Reip. sui minatur conversionem, ac ex forma in formam transit, quibus vel prudentium sententiæ distrahebantur, priscamne juris formulam, ex ipsâ institutione & disciplina civitatis ordinariâ descendente, an postea temporum variatione atq; ἐν τῷ συμβεβηκότ & subnatam, respicerent potius, aut appellarent, quousque Statibus ac Ordinibus Imperiî in regiminis societatem receptis, expressa legum pragmaticarum sanctione, in mixtum genus concesserat publicus rerum Status, unde postea & titulus Reipublicæ & habitus certus conciliabatur, quo tandem prætextas verborum formulas à jurium potestate, exteriorem administrationis civilis modum, à vera Civitatis disciplina, speciem à re denique discernere, actionumque in universum publicarum fontes definire ac processiones, quisque valeret. Cujus rei initia à variis variè signantur, sicut solennes istiusmodi epochas recenset *Bœcler. Not. S. R. I. l. 1. c. 4. q. 6.* quas quidem specialius heic & per partes explicare nihil attinet

attinet, illud nobis suffecerit annotasse, propiora Status, qui nunc cernitur, fundamenta, *Maximilianum I.* Imperatorem constituisse, totius vero operis structuram *Westphalica Pacis sanctionem* absolvisse, artic. IIX. confirmasseque tanto provisu, *ne de Statu Imperii politico posthâc controversia suboriri* possint, præsertim, si uti par est, speciales Comitiorum insecutorum definitiones, in supplementum addere non desinamus.

III, Huc ergo oculi sunt convertendi, si cui in mixta Imperii nostri disciplina, communia Imperatoris Statuumque jura cognoscere animus esset, adhibitâ in super ratione illa concludendi pragmatica, aliquoties *Lampadio*, & nominatim p. 3 c. 16. §. 1. p. 3. c. 13. §. 5. sollicitè tradita, quâ omnia imperandi jura *Cæsarea Majestatis propria existimari debent, in quorum communione Ordines, per superiores leges, Capitulationes, Recessus, aliasque Constitutiones Imperii, non disertè concesserunt,* quæ & *Paurmeisteri* philosophia esse videtur l. 2. de *jurisd. Imp. R. c. 4. n. 7. 16. 20.* in applicatione tamen difficultates non desunt, uti illustri specimine ostendit *scriptor ominosa rer. ser. part. I. n. 67.* qualesque etiam, quod præsens legationum jus attinet, non obicure se exerunt: nam nec *Westphalicæ pacis*, nec alius uspiam Constitutionis Imperialis lege, *disertè nominatimque communicatum cum Statibus legitur: Quid ergo? anne dicemus, non quidem concepta verborum formula, uti reliqua, sed vere tamen ac re ipsa exprimi, Statibusque comunicari hoc jus majestatis,*

dura

dum super rebus belli pacisque, super fœderibus, aliisque negotiis, cum Exteris, Imperii nomine, agendis, statuendi facultas iisdem tribuitur, quæ omnia non nisi legationibus soleant expediri, nam concessio jure aliquo, concessum quoque censetur, sine quo illud exerceri nequit. *argumento l. cui jurisdictione. 2. ff. de jurisd. & in moralibus, qui dat finem, dat ea quæ ad finem perducunt. Grot. de J. B. P. II, 14, 11. III, 1, 2. ut taceam, sub generaliiori formula istâ, aliorum ejusmodi negotiorum, vel similium jurium, quâ usi sunt Status paciscentes Instr pac. art. VIII. §. gaudeant. 2. comòdè satis hoc nostrum contineri, periculum enim, quod Reservatis Imperatoriis, extensivâ hâc interpretatione, conciri, aliqui metuunt, vanum est, & nuper quoque Doctissimo Ittero, Amico nostro, dispulsum *diatr. de Gradib. Acad. c. 6. §. 3.* si quis ad indolentem, interiorumque genium jurium ibidem communicatorum, animum intendat, hæc inter, atque Reservata, qualia hodiè vocant, Imperatoris, grandem utique reperiet *dissimilitudinem*, cum potissimum ad universam Imperii administrationem illa & quidem directo ac immediatè pertineant, hæc fere ad partem duntaxat referantur, statumque concernant ut plurimum singulorum, quale jus privilegiorum concedendorum, & similia, sicut alibi ostendetur prolixè.*

IV. Specialius autem præter ea, quæ vulgo sunt nota, in negotiis, Cæsaris dispositioni relictis, refero quoque, curam quietis publicæ, inter
 Status

Status in partes discessuros, conservandæ, cujus illustre specimen, seculum superius, ex religionis diffidio coortum, exhibuit; eoque pertinere existimo, quas petendi concilii generalis gratia, quo in communionem fidei reducerentur Ordines, ad Pontificem, & postea Regem quoque Galliarum, missit legationes solus, & recepit, Carolus V. Imperator, de quibus *R. 7. Ratisb. de A. 1532 art. 1. Concilium* betreffend. §. 2. traditur. Eandem æstimationem subit legatio, quam vocant, *officiosa*, ferè in universum, quin enim ad gratulandum extero Principi, super parta victoria, aut recens nato Regni successore, vel de sponsa sibi pacta, ad dolendum publicas adversitates, ad indicendum susceptum regimen, atq; ejus generis reliqua peragenda, legatos, totius Imperii autoritate, dimittere possit solus Cæsar, pauci forte ambigunt: ita cum ad imperium eveheretur *Ferdinandus II. A. 1619.* legationem hujus indicii ergo ad Reges *Daniae* atque *Angliae* decrevit solus, Ambassiatore constituto, *Ernesto* Principe ac Comite *Holfatiæ & Schaumburgi*, cujus *mandati* literas, *Instructionemque* refert *Londorp. Act. Publ. T. 1. l. 3. c. 84. 85. p. 709.* quamvis, ob rationes ac impedimenta, à *Goldasto*, *Ernesti* Consiliario, in literis ad Præsidentem *Judicii Aulici*, Comitem *Hohenzolleranum*, ideo scriptis, adducta, quæ *ibidem p. 711.* exhibentur, suscepta denique vel expedita non fuerit.

V. Ex adverso legatio omnis *negotiosa* (utamur hæctenus vulgari termino) non nisi accedente

dente Statuum consensu potest definiti, testaturque satis experientia in Comitibus isthæc fieri. legatio vero ad negotiũ, vel ad pacis est vel ad belli. ad quod utrumque indifferenter se habent *fœdera*; his enim comprehenditur omne genus operũ, quæ specialius numeravit *Pollux. IV, 141*. Et quidem in casibus ex *belli jure* profluentibus, vel pertinentibus eodem, comũni Imperatoris Statuumque auspicio, *regulariter* opus esse, non solum *Tabule Pacis art. VIII. §. gaudeant. 2.* aperte testantur, sed Capitulationes, quas habemus, à primâ ad ultimam profus consentiunt: vid. *Capit. Carol. V. art. 11. Ferdinandi I. art. 10. Maximiliani II. art. 7. Rudolphi II. art. 10. Matthia. art. 11. Ferdinandi II. art. 9. Ferdinandi III. art. 11. Ferdinandi IV. art. 11. Leopoldi art. 13.* in *subitis* vero & casibus *extraordinariis*, hæc *Cæsari & Electoribus solis* istam tribuunt facultatem, ut in *Conventu Monasteriensi & Osnabrugensi*, à cæteris Statibus controversia super hoc quoque capite mota sit, ac per pacificationem istam in casu etiam *extraordinario* hanc prærogativam Electoribus ademptam dicat *Magnificus Strauchius* noster *Exot. Diss. IV, 19.* imo antea pridem ipsos Electores communem hæc reliquorum Ordinum causam agnovisse, suspicari quis posset ex iis, quæ à *Limneo Comment. ad Capit. Carol. V. d. art. voc. zum wenigsten. p. m 188.* proferuntur: sane pacificationis tempore inter argumenta id referebatur, quæ in Capitulationem perpetuam deberent inseri, sicut etiam in *Erinnerungen ad Capitulationem.*

tion. perpetuam concipiendam, quæ Diarii Europ. part. XI. p. 88. seqq. extant, reliqui Ordines æque ita subitis admitti, postea quoque in monitis ad Capitulationem Ferdinandi IV. apud Londorp. Contin. part. VI. l. 5. c. 90. & denuo, Leopoldi I. qualium exemplum Sprengerus Jurispr. publ. l. 1. c. 28. habet, & Autor der Grundveste in opusculum suum contulit part. 3. c. 3. p. 208. seqq. hanc clausulam apponi voluerunt, Electores tamen ea, uti eventus docuit, parum attenderunt, quando in formula Capitulationis, Electoralis Collegii solius adhucdum mentio facta est. an autem per literas protestationis Moguntino Directorio d. 8. August. 1658. cœterorum Statuum nomine, exhibitas, quas Idem Aut. der Grundv. p. 256. recenset, effectum sit, ut pro lege publicâ haberi non possit Capitulatio, in quantum ab istis monitis discrepat? cætero alia quæstio est, in quâ magna quædam & ardua latent: equidem Illustri Conringio, annot. ad Lampad. part. 3. c. 2. §. 25. p. 136. manifestum esse videtur, operosas illas Capitulatorias leges, in quas à Caroli V. ævo omnes Casares sunt adacti, vitio fuisse factas, nisi ordines tacito saltem consensu omnes illas approbassent; qui consensus quoniam hodie defierit, imo quia Instrumento pacis, quod appellatur, & in legem est publicam receptum, Capitulationis perpetua latio sit mandata, hinc patere, jam impofterum ejusmodi quales hæctenus aliquamdiu invaluerunt Capitulationes, omni auctoritate destitui, & solam Capitulationem perpetuam legis illam vim obtinere posse. idem fecerunt in additione.

tion. ad annotat. Lampad. p. 269. inculcavit: ex ad-
 verso cum F. Et res inter opera, iure principii &
 loco eximii sibi competentia debitaq; referant, quod
 soli habeant aliquid separatim iuris nomothetici, id
 est, possint legem pragmaticam condere, sive Capitula-
 tionem, non Electum tantum Imperatorem, sed o-
 mnes Status ligaturam, sicut ex scripto inedito Boi-
 neburgiano retulit Bœclerus Notit. S. R. 7. lib. VI.
 c. 2. n. 10. rationesque quibus istam facultatem si-
 bi asserunt, Ominoster ser. part. 1 n. 6. conduxit,
 Vir doctus & prudens & rerum imprimis Germa-
 nicarum admodum peritus, Baltasar Venator,
 qui existimatur autor esse istarum relationum:
 satis apparet, non defuturam esse disputandi
 materiem. Ut nos extra partes constituti, in lite
 publicâ, indecisâ, sententiam dicamus non roga-
 tam, civilis obsequii regulæ vix patientur: præser-
 tim cum & hæc ex illis sit quæstionibus, quæ re-
 verentius & prudentius tractantur ostendendo
 auctoritates & rationum fontes, quam senten-
 tiam interponendo, ut Magni Bœcleri, Doctoris
 nostri etiam post fata venerandi, verba Diss. Polit.
 XX. p. 490. huc accomodemus.

VI. Quod autem de belli, idem de pacis facien-
 da iure dictum esto: sicut enim pactiones inire
 quæ bellum finiant, naturaliter eorum est, quo-
 rum est bellum, uti Grotiana edocemur disciplina,
 de J. B. P. III, 20, 2. ita in Imperio, necessario quo-
 que contextu secum invicem cohærent. Quare
 si de regula quæritur, non est dubium, quin jus
 faciendæ pacis, hoc effectum, ut omnes obliget, sit
 penes

penes Imperatorem & Ordines, sed dubium aliquis posset movere; quod interdum illis quoque bellis, quæ nomine Imperii videntur gesta, Imperator, irrequiritis ordinibus, pacem faciat, sicut vel novissimo Turcico bello contigit, in quam rem solus quoque Imperator legationem ad Portam Ottomannicam adornavit, cujus acta, *Diarii Europæi part. XII. XIII. & XV.* sparsim exhibentur: *historiam* vero *Taffernerus*, *Jesuita* itineris Comes, stylo satis profluente recensuit. Ad quod respondemus: mirum non esse, si Imperatoris, in negotio principaliter ad se spectante, potiores sint partes, gestum enim est illud bellum principaliter ratione ditionum Cæsareanarum, & nominatim pro Hungaria, in consequentiam demum veniebant Imperii utilitates: gestum est unius ductu & auspiciis Imperatoris, tanquam Hungariæ Regis, accessoriaræ partes fuerunt Statuum, ob latas suppetias, tam limitatas conditionatasque, quod ex *Relationibus Comissarialibus Venatoris part. I. n. 15. 16.* veluti compendio discimus, ut cum *Eodem* modestissimus quisque judicet, hâc ipsâ necessitate fuisse impulsam Cæsarem, ne pateretur tempora dilabi, *maluisseque, ne in hisce angustiis positus inops succumberet, descendere cum hostibus in armistitium, apparenter victoriosum, quam cum amicis in strictum & durum obligationis vinculum.* quæ omnia examen juris, multorum quidem iudicio, sustinent, si verò in quæstionem *consilii* res devolvatur, fortè tutius fuerit, si Imperator etiam his casibus, pacem fa-

F

ciat

ciat cum consensu aut saltim ratihabitione Imperii Ordinum, sine quâ alias nec satis stabilis illa, nec Imperium quoquo modo obligatura censeri potest.

VII. Circa *fœdera* hodie quidem eodem modo serres habet. Olim & jam tempore Maximiliani I. fœdera cum exteris non nisi de *Commissali Statuum consensu* iurari poterant, sicut expressè sancitum legitur *Handhabung des Friedens zu Wormbs. A. 1495. tit. Die Königl. Maje. soll kein Krieg anfahren / auch kein Eintzung oder Bündnis annehmen.* Sed postea, cum Capitulationes scribi ceperunt, ad *Casarem & Electores solos* ea res transferebatur, extra omnem limitationem, quod ostendunt *Capitul. Carol. V. art. 6. Maximil. II. artic. 4. Rudolph. II. art. 6. Matthie art. 6. Ferdin. II. art. 6.* quæ eandem penitus retinent formulam, idque *pragmatici roboris* à multis existimari, *Bœclerus Not. S. R. l. lib. 4. c. 1. p. 59.* annotat. sane *Limnaus Comm. ad Capit. p. 159.* mutationem jâris publici heic agnoscit, atque *hunc notabilem casum* existimat, quo *Electorum potentiam crevisse, cæterorum veto Statuum decrevisse, doceamur.* Adjectum quidem aliquid reperitur *Capit. Ferdinandi III. art. 7.* sed id ad modum obtinendi consensus Electoralis pertinet, qui in Collegiali Conventu, non separatim aut per literas fieri debeat, nisi in casu subito: cæterorum Ordinum ratio nondum habebatur, quod demum *pacificacione Westphalicâ* factum est, cujus *Tabula* sanciverunt denuo, ut Imperii nomine,

thine, *fœdera non nisi de Comitiali liberoque do-*
minium Imperii Statuum suffragio & consensu fieri
possent. & sic reditum esse ad id, quod olim obser-
vatum fuit, idem dixit Livianus ad Capitul.
p. 825. Unde in hunc sensum illæcæ instrue-
bantur Capitulationes, Ferdinandi IV. art. 7. &
Leopoldi art. 10. cum hæc tamen limitatione, ut
si publica salus ac utilitas majorem celeritatem re-
quireret, Electorum consensus sufficeret: contra-
dixerunt quidem cæteri Ordines in Monito, Ele-
ctorum Collegio, cum conciperetur, exhibitis,
ne ullum à regula casum vellent excipi, sed
etiam hujus postulati fatum fuit, ac illius, quod
in casu belli jus antea observavimus.

IX. Quæ autem prolixius super hisce disse-
 ramus, eo pertinere puta, ut si, Imperii nomi-
 ne, in ejusmodi negotiis, ad Exteros mittenda fu-
 erit legatio, non nisi communi Imperatoris Sta-
 tutoque autoritate fieri poterit: quod, sicut
legibus fundamentalibus, quibus Status Imperii
publicus continetur, omnino conveniens esse,
antea dicta satis docent, ita prævis, Reique pu-
blicæ usum nihil hinc discrepare, amplius osten-
dendum erit. Ut vero exempla omnia, qualia
Annalibus, rerumque præsertim Germanicarum
historiâ, multa reperiuntur consignata, huc, veluti
in locum communem transferamus, prolixum
nimis foret, & supervacua diligentia opus: sus-
fecerit considerasse textus Reecessuum Imperia-
lium authenticos, super legationibus ejusmodi
decretis, qui & majorem habent probandi au-
 torita-

toritatem, & id, quod intendimus, luculenter evincunt. De redintegrandis finibus Imperii, recuperandisq; provinciis avulsis, deliberandi statuendique cura, cum ad omnes Imperii Ordines pertineat, sicut ostendit *Boetius Not. S. R. I. l. 2. s. 4. p. 25.* & ex eo quoque apparet, quod bellici juris partem constituere videatur, sine quo, tanquam medio necessario & adaequato, hoc negotium non potest expediri, idcirco quoties legationes in hanc rem ad externos mittendæ, non nisi Imperatoris & Imperii totius auctoritate poterunt adornari. Specimen habemus *Neben-abschied zu Augsp. de A. 1559. s. als wir. i. seq.* ubi ad *Reges Gallie* legatio, ad repetendos *Episcopatus, Metensem, Tullensem, Verdunensem* aliaque, ab *Henrico*, Rege antecessore, occupata, decernitur, in *Unserm (Imperatoris) und Gemeiner des H. Reichs Stände Rahmen.* Aliud, *R. A. zu Regensp. de A. 1594. s. Daranff dann 43. seqq.* ubi eodem jure, & in eadem causa, duplex ad *Belgas & Hispanos* legatio adornabatur, petita, redderent loca Germanici soli, durante bello haecenus invicem gesto, occupata, & damna per militem illata: dicitq; Imperator, fieri hanc missionem, *mit Unserer und des Reichs Authorität:* cumque *Batavi*, variis prætextibus, de quibus præter *Famianum Stradam* videri potest *Hug. Grotius Annal. Belg. l. 6. p. 283. l. 8. p. 380. l. 9. p. 387. Edit. Amstel. in fol.* audire eandem noluerant, & sequentium Comitiorum decretis, in primis *R. A. zu Regensp. de A. 1598. s. Und ob wir wol. 27.*

R. A. in Regensp. de A. 1603. §. Als wir den 28. feqq. ut continuarentur ejusmodi legationes, statutum fuerat, solennis semper eadem formula retinebatur. Eodem pertinet legatio ad Moschum, auß Käthlichem Bedencken und Bewilligung gemeiner Stände / in Comitiiis Ratisbonensibus, decreta, vid. R. A. de A. 1576. §. Undt dte- weil. 107. quæ pro Livonia à Moschis vexata ageretur, & in casu denegatæ petitionis, auxilia, Livoniæ ferenda; significaret: quod & ipsum sine belli- jure fieri non poterat, ideoque consensum Ordinum requirere videbatur: iterum cum præsentibus Comitiiis A. 1664. occasione Turcici belli, rerum bellicarum cura ageretur, legati supplicias impetraturi, ad omnes Reip. Christianæ Status communi Imperii nomine destinabantur, sicut ex actis patere potest.

IX. Horum sane auspiciis in his & simili- bus casibus rem geri, non solum ex præscripto ti- tulo, quo *Imperatoris & totius Imperii* legati esse dicantur, satis manifestum est; sed & insuper probari inde potest, quod *sumtus legationis* pen- dere iidem Ordines soleant teneanturque. vid. Nebenabsch. in Augsp. de A. 1559. §. Was aber die Underhaltung. 3. 4. R. A. de A. 1576. §. Damit; dann. 109. R. A. de A. 1603. §. So viel aber. 32. Cujus rei ratio omnino pragmatica heic additur, Weilen solche Legation dem N. Reich und dessen Ständen zu gutem / auch aus derselbigen Gut- achten geschicht. præstationis vero tanta est ne- cessitas, ut solutio *morosæ* Statibus aliquando sub

pœna dupli inungi consueverit, de quo R. A. de A. 1598. §. Diereil aber. 28. adversus eosdē quoque in Camera Imperiali Fiscales processus decernantur, ut dict. Nebenabsch. in Augsp. de A. 1559. §. Were es aber sach. 5. & 14. expresse dispositum reperitur. Denique cum non alii renuncianda, quam illi ipsi, à quo accepta est, legatio, quod præter alios notavit *Carolus Paschal. legat. 6. 85.* vel ex hoc colligimus argumento, quantas Statuum heic partes sint, his enim, & consequenter, toti Imperio renuntiationem relationemque faciendam esse R. I. de A. 1603. §. Und diereil. 35. edocemur: siue autem ab omnibus Ordinibus, in generalibus Comitibus, hoc jus exerceatur, siue per *Deputatos*, quod aliquando fieri ex R. I. de A. 1594. §. 143. & R. I. de A. 1603. §. 30. constat perinde est, totius enim rei auspiciis ad universos nihilominus pertinere, per se notum est.

X. Quæ omnia, si rem ipsam, habitumque huius juris intueamur, prorsus expedita sunt. circa modum vero exercendi, aliqua occurrunt, quæ specialem merentur annotationem. Notum est ex politica Rerumpublicarum historia, plerumque cum Status Rcipublicæ vertitur, solere expressa imperandi formula, quædam vel retineri revera, aut saltem per adornata simulacra politica palam ostentari, quæ tamen in cognitione Rcip, accurata interiorque non debeant prætermitti: & videmus hoc quidem frequentius, ubi à pluribus ad unum summa rerum devolvitur: illud verò, ubi unus in communionem regiminis

giminis plures suscipit. Utriusque consilii specimen Romani Imperii revolutiones exhibent. Cum sub Republica libera, ex Aristocrazia & democratia ita mixta, ut modo hæc, modo illa pars prævaleret, assidua factionum certamina, per tumultus denique & bella civilia, diu voluta revolutaque, libertatem extinxissent, à *Julio Cesare*, aut saltem *Augusto* Monarchia, si vim juris respicias, plenissima absolutissimaque fuit introducta, qui tamen ac sequentium aliqui *Cæsarium*, quoad exteriorem administrationis figuram, apud senatum populumque variis delinimentis, atque involucriis, antiqui Status faciem simulant solerter prætexebantque, sicut istas artes, per indicem quasi, *Tacitus*, principio *Annalium*, prolixiori vero commemoratione, *Dio Cassius* libro *quingagesimo secundo*, & sequentibus recensuerunt. inter quas fuerat etiã schema unius alteriusque Majestatici juris cum Senatu comunicati; *Augustus* certe, permisit tribus *urvis consularibus*, ut *legatos Regum populorumque*, mancamus enim in his, de quibus loquimur, terminis, qui ad se venirent, ipsi singuli audirent, separatim, usque responderent, nisi forte quadam acciderent, in quibus suo & Senatus decreto opus esset, quod eodem *Dione* autore l. 55. discimus, & sub *Tiberio*, cetera quoque non nisi per Magistratus & jure ordinario acta, tanta *Coss.* auctoritate, ut *Legati ex Africa* adiorini eos querentes, *trabi se à Cesare ad quem missi forent*. *Sueton.* in vita *Emper.* 31. annotavit. quid ergo? legationum jus illis temporibus penes

solos Imperatores revera fuisse in solidum, dubio-
 penitus caret, nec tamen constitutionem illius
 plenè describeris, nisi mentionem simul feceris
 Aristocratiae hujus simulacri. Ex adverso, post-
 quam Diocletianus & deinceps alii, depositâ Prin-
 cipatus specie, formam quoque Regni extero-
 rem assumere, exercueretque jure non interrup-
 to, donec Romanos titulos in Germaniam in-
 tulit illud, Germanicorumque nomine cense-
 ceperunt, qui præerant Imperatores, quod *Ca-*
roli primitim & postea *Ottom*, Magni temporibus
 contigisse, notius est, quam ut debeat notari, hu-
 jus quoque facultatis in decursu variæ erant habi-
 tudines: quando enim ab Ordinibus adstringi ce-
 pit liberior antea Cæsarum potestas, de jure quoque
 legationum paulatim aliquid delibatum est. & qui-
 dem sub Carolo IV. tribus fere abhinc seculis,
 potestas Electorum aucta, mox cæterorum Prin-
 cipum æmula studia, non fuerunt passa, ut solius
 arbitrio Imperatoris ea res relinqueretur in po-
 sterum, donec vera mutatio, publicâ quoque le-
 gum sanctione nuper exprimeretur, uti antea
 fuit expositum, & in universum, quæ Regni sim-
 plicis formam habebat Respublica, convertere-
 tur in mixtum ex Regno & Aristocratia formu-
 lam; cujus tamen contemperatio tam æqualiter
 nec facta est, nec fieri forte poterat, ut non ex
 pristino imperii habitu, saltem circa *modam exer-*
cendi jura regnatoria; aliqua inde à prima remis-
 sione remansissent vestigia: quod jam dicere cepi-
 mus, & illustrari amplius potest ex *historia con-*
ceptionis

ceptionis articuli VIII. Instrumenti Pacis, ex quo, tanquam proprio fonte, hujus rei indoles cognoscenda est: Cum enim ipsi Status, & pro Statibus, Coronæ paciscentes, urgerent, ut omnia & singula, quæ ad Rempublicam pertinent, negotia, non nisi Comitali Ordinum consensu fierent; consensit tandem Imperator, vel, nomine Ejus, Legati Plenipotentiarum in Responsionibus d. 6. Octobr. 1645. datis, superadditâ hâc limitatione; *salvis tamen iis quæ ad Imperatorem & Collegium Electorale solum pertinent, & salvis eorundem juribus & præeminentiis, omniaque intelligendo, juxta morem ab antiquo in Imperio receptum.* Petierunt Sueci in Replica d. 7. Jan. 1646. exhibita, specialio rem designationem hujus moris antiqui, utque nominatim exponeretur, an à Tiberii tempore, aut quali demum, repeti deberet; ad quod Cesareani in Duplica suâ d. 1. Maj. ejusd. anni facta, responderunt, his verbis: Die in responsione Casarea ad art. 5. gesetzte Wort / *juxta morem ab antiquo receptum*, verstehen sich auff den modernum Impetii Statum & ejusdem fundamentales leges, consuetudines & observantias, und nicht / wie tempore antiquorum & primorum Romanorum Imperatorum gewesen / haben aber darum hinzu-gesetz werden müssen / weilien genugsam bekant / daß im Reich etliche Sachen seyen / so Ihrer Kânsersl. Majestät Ebur. Fürsten und Ständen zugleich zu expediren gebühren und obliegen / aber in solchen expeditionen / *in modo*

F 5

agendi,

agendi, vel Sacen / ab antiquo, und durch
 Herkommen observirt werden / so nullo jure scri-
 pto begriffen ; Quemadmodum *Aelis* suis hoc
 inseruit *Londarpinus Cont. part. V. l. 2. c. 119. & 120.*
 Quæ omnia ad præsens quoque legationum jus
 eximiè allegari possunt debentque. Commu-
 ne illud esse factum cum Statibus, prolixè ha-
 stenus ostendimus : Quod *modum* vero missio-
 nis attinet, etiam illis casibus, qui totius Impe-
 riî auspicio geruntur, ex veteri statu, quandam
prærogativam Cæsari competere, certum est,
 quicquid etiam glossarum obducat *Hippalithus*,
 quarum vanitatem detexerunt *Bæcleriana Anim-*
adversiones. p. 147. seqq. & seorsim nunc quoque
 ostendemus.

XI. Nimirum plures sunt partes, ex quibus
 hoc jus componitur, quarum omnium non ea-
 dem est ratio. prima quidem, *mandatorum* dan-
 dorum, de rebus publice tractandis, quibus au-
 ctorentur ipsi Legati, non nisi ad totum pertinet
 Imperium. *Instructiones* verò etiam si consensu
 Statuum concipiuntur, autoritate tamen solius
 Cæsaris aliquando *expediuntur.* exemplum
Nebenabsch. zu Augsp. de A. 1559. §. Vnd haben. 2.
litera quoque *credenciales* solum Cæsaris nomen
 nonnunquam præferre, *idem textus* ostendit, ibi:
Mit Unserer Credenz: non additur, und gemei-
 ner *Reichs-Stand* / quod tamen in aliis fieri so-
 let. Conficiuntur interdum istæ, non in *Cancell-*
laria Imperii, quam Moguntinus Elector, tan-
 quam Archi-Cancellarius Imperialis, habet, sed
 Cæsaris

Cæsaris. In der Reichs Hoff. Canselen. vid. R. A. zu Regensp. de A. 1576. §. Bnd dieweil. 107. Electio quoque vel *designatio subiecti*, cui totum legationis munus concedatur, Cæsaris voluntati relinquatur. *dist. Nebenabsch. §. cia.* Iterum in *titulis* differentia extat, ut Legat. ampliozem, respectu Cæsaris, minorem Statuum intuitu, formantur; cujus rei specimen R. A. zu Regensp. de A. 1603. §. So haben. 29. observamus, quando Cæsar vocat, *Unsere sonderbare Abgesandten / wie auch die zu geordnete ansehnliche Deputirte / von den Reichs. Ständen*: nisi malis ad diversos casus applicare istas appellationes, de quibus mox dicemus: video enim in §. Bnd zum fall. 34. *dist. Retoff.* eodem elegio censei, *Unsere und des Reichs Gesandten.*

XII. Denique vel inde Cæsaris prerogativa satis apparet, quod *sepe solus mittat legatos, qui negotientur de rebus totius Imperii*, quod nulli Statuum, forte nec universis, absq; Cæsaris consensu, licet. extant autem in eam rem innumera fere exempla, ex quibus aliqua notabimus: A. 1600. ad foederati Belgii Ordines, promovenda pacis ergo cum Hispania, missa legatio à Cæsare solo, quæ tamen in tractationibus, semper etiam nominabat Electores, Principes, & Status, ut ex *Actis* constat, quorum partem exhibet *Londorp. Contin. l. 2 c. 7. 8. p. 225* idem postea aliquoties factum esse, præteritoria *Græci* supra nominata; R. l. de A. 1603. §. Als wird dann. 28. testatur. In Comitibus Spirensibus A. 1526. cum Rex Hungariae auxilia

auxiliis peteret ab Imperio, adversus Turcas, ad Eundem legatos, qui super his agerent, misit solus Cæsar, vid. R. 7. ejusd. anni §. Unde dicitur, 14. iterum in pacificatione cum Turcis. de quo R. 7. Exfurt. de A. 1567. §. Ferner im andern. 55. & notavit Bæclerus Nat. S. R. 7. L. XIX. c. 1. p. 202. in deliberationibus de auxiliis Turcis sæpe agitis per Comitatus superioris seculari, Cæsarem obtulisse, mittere se vellet legatos ad Exteros, & misisse, qui negotiabantur pro toto Imperio, missu tamen Cæsaris. Cujus rei exempla R. 1. Ratisb. de A. 1594 § 6. 7. R. 1. de A. 1598. §. 26. atque textus passim suppeditant.

XIII. Omnium vero illustrissimum est, quod in Pacificatione Westphalica vidimus, ideoque curatius expendi meretur, nam in Comitibus A. 1641. acriter disceptabatur, an non præter legationem Cæsaris, separatim Deputatio nomine Imperii ad pacis tractatus esset mittenda? de quo quidem in Senatu Principum, sessione d. 17. 27. Jan. habita, deliberari cepit. Quidam defectum mandati prætenderunt. Alii, Deputationem mittendam, Alii, Imperatori negotium relinquendum, censuerunt. Sicut ex votis apparet, quæ collegit Londorp. Cont. part. V. l. 1. p. 384. seqq. notabile est Burgundicum. Quod quando præter legatos Cæsaris etiam Deputati alii à Statibus mitterentur, videretur Caput à membris, esse separatum & discrepans, quod de iure esse nequeat, repetitum quoque posterioribus consultationibus. Sed cum conceperetur Recessus Imperii, observatum est à Directorio

Storio Principum, quod Collegium Electorale
 mittere decreverit Deputationem, nulla Princi-
 pum factâ mentione: petiitq; itaque fuerat, ut
 horum æque atque illorum heig haberetur ratio,
 & in præfenti negotio, utriusque Collegii auspi-
 cius res susciperetur. Sed quondam deorant diffi-
 cultates: Neque enim inter ipsos Principes vi-
 debatur expectatum esse, an consenserit Principum
 Senatus in Deputationem nomine Imperii mit-
 tendam, nec ne? huiusmodi in sessione d. 27.
 Septembr. 7. Octobr. habita, diversimodè *suf-
 fragia* ferebantur. *Altenburgense*: Der general
Tractaten hath wår befundt: daß in diesem löbli-
 chen Fürsten-Rath / über die *Question* an / all-
 bereite ein *Conclusum* gemacht / und hätte man
 allein *de modo & subjectis* angestanden. Ex *adver-
 so Burgundicum*: multos quidem Principum id
 petisse, ut mitterentur *Deputati*, sed non fuisse
decisum hoc negotium. Quid ergo? ante *consilia-
 tio* peti poterit ex voto *Salisburgensi*: Wegen der
Deputation zu denen *General-Friedens-Tractaten*
 wußte man den, deshalbem gemachten *Schluss* /
 daß der Fürsten-Rath auch *concurriren* sol-
 te / und hielte man dafür / daß es noch *billich* da-
 hen sein bewenden haben / und darum / daß man
 wegen etlicher *Gründe* ermanaleter *Instruction*,
 damahls nicht zur *re- und correlation* schreiten
 können / von solchem *Concluso* nicht ab-tuschen.
 Ergo in Collegio Principum majora quidem *eo*
collimabant, sed *commune conclusum*, cum Ele-
 ctoribus, per *Re- & correlationem*, *more con-
 fuerit*,

fucto, factum non est; quæ & forte causa esse poterat, quare sibi solis Deputationis mittendæ auspiciū sumserint Electores, Principibus prætermiſſis. de quo cum hi quererentur, ab Electoribus non solum, sed & Cæsateis Commissariis, pro expediente habebatur, ut in hanc fere formulam *Recessus Imperii*, Principum faceret mentionem: *Das denen Fürsten des Reichs / so viel denen beliebet / frey stehen / die Ihrigen zu solchen Tractaten abzuschicken / und die Kaysert. Dero Commissarii, auch schuldig seyn solten / mit ihnen so wohl in publicis, als wegen der particular interesse zu communiciren. de quo denus in Senatu Principum deliberatum est, an in hac declaratione acquiescendum, an alia formula præstendenda esset?* variis iterum votis, quæ *Londorpij d. l. p. 719.* exhibuit. potiora tamen, æqualem hanc esse debere Principum prærogativam, volebant. Sicut sollicitè id inculcabat *Salisburgensis*: *Das man in Sachen / das allgemeine Anliegen betreffend / gebührende Gleichheit zuhalten / und nicht den auſwertigen Eronen / zu diesen Gedanken anlaß zu geben / als ob den Chur-Fürsten in der gleichen Handlungẽ / der Vorzug vor den Fürsten gebühret. quæ prolixius urgebat *Altenburgensis*, adderet rationem pragmaticam *Hassiaco*. Weilen der Fürsten-Ständen / das Jus Pacificationis nicht weniger als den Chur-Fürsten Competire / wolte sich gebühren die Fürst. Stände von solchen Tractaten nicht auszuschließen. & in hanc sententiam *Concludatur*: Weilen die künfftige Friede*

denn

dens. Tractaten die Gränd ins gemein concer-
 nireten/ als solte die Deputation nicht allein von
 denen Chur-Fürsten/ sondern auch denen Für-
 sten fürgenommen/ und sie also in Gleichheit ge-
 halten werden. *quæ ideo prolixius adducere pla-
 vuit, ut videamus, quam diversa heic vigeant stu-
 dia, q̄talia quidem specialius signare invidiosum
 esset. Quis totus Consultationum denique fuerit
 effectus, ex formula Recessus d. A. 1641. §. Wit
 haben. 11. cognoscendum. Liberum nimirum re-
 linquebatur Electoribus, aut communi Deputatio-
 ne aut per legatos seorsim comparere, quod poste-
 rius singulis quoque principibus concedebatur, cum
 quibus Cæsarei Commissarii, tum in publicis, tum suis
 privatis negotiis tenerentur conferre. & sane ma-
 luisse Coronas, ut omnium Principum Statuum-
 que nomine legati mitterentur, ex variis literis
 Claudii Memmi, Legati Gallici ad istos pro-
 miscuè, & nominatim Civitatem Augustanam,
 legatosque Electorum & Principum in Con-
 ventu Deputationis Francofurtensi: *Suecorum*
 quoque, ad Conventum circuli Franconici, scri-
 ptis; & ex ipsa etiam prima propositione, *Gallorum*
 quidem, d. 10. Decembr. *Suecorum* vero d. 27. No-
 vembr. Anni 1644. Cæsareanis exhibita, quâ, ut
 Status ad comparandum urgerent, petierant,
 satis manifestum est, sicut illa monumenta repe-
 riuntur apud *Londorp Cons. part. V. l. 2. c. 78. seqq.*
 & c. 92. 93. sed eventus docuit, interversum fuisse
 Deputationis mittendæ consilium, *solum Cæ-
 sarem tractasse, cum Gallis Suecisque, concur-*
rissè*

riffe Status ita, ut à præsentibus, (super omnibus materiis pacis, cum pleno jure suffragii deliberaretur, in tribus Collegiis, & sententiæ, in solenne placitum Imperii redactæ, Cæsar. Maj. Plenipotentiaariis exhiberentur, secundum cujus tenorem illi agerent concluderentque; & quod contra hunc morem fiebat, inter *Inconvenientia*, atque exinde orta *gravamina* tum referebatur, quibus *protestando* contravenerunt Status. vid. *Protestation-Schrift* der zu Münster subsistirenden Gesandten an die zu Dßsnabrück. d. 14. August, Anni 1648. apud *Londorp. Cont. p. VI. l. 4. c. 51.*

XIV. Eodem fere modo se res habet, in ea, quæ hætenus durabat, *Noviomagensi* pacis tractatione. quamvis enim, cum nuper in Comitibus super hoc puncto deliberaretur, iterum complures Status, præter legationem Imperatoris, *Imperii nomine peculiarem Deputationem mittendam* existimarent, in aula tamen Cæsarea judicabatur, *non esse ex re vel dignitate Imperii, consultius fore, si in ipsis Comitibus pacis negotium ex parte Imperii tractaretur*, promittebatque Imperator, *in loco tractatum sibi eam rem cura futuram, & super singulis partibus cum Statibus, more consueto, communicationem faciendam esse*: quod ex *Cæsarea Commissionis decreto. d. 21. 31. Januar. A. 1676.* dictaturæ exhibito, prolixius condisci debet, cujus exemplum apponere pretium operæ fuerit:

Kaysers.

Käyserl. Commissions - Decret
das Friedens - Werck
 betreffend.

S Er Römisch. Käyserl. Majestät Uns
 ferm allergnädigsten Herrn / ist allerge
 horsamst hinterbracht worden / was ges
 talten von theils Chur - Fürsten und Stän
 den / verlangt werde / daß die zu Nimwegen
 bevorstehende General - Friedens Tractaten
 vermittelst einiger Deputation von Reichs
 wegen gleichsfalls beschicket / und zu dem
 Ende / bey gegenwertiger Reichs - Versam
 lung zu Regenspurg die Nothurfft delibe
 rirt, und überlegt werden möchte. Nun wiss
 sen allerhöchst gedachte Käyserl. Majest.
 sich zwar allergnädigst wohl zu erinnern /
 was in dergleichen Fällen / neben dero bes
 schworne Käys. Wahl Capitulation, das
 Instrum. Pac. art. 8. §. gaudeant, mit sich
 bringet / wie dann dieselbe Ihres höchsten
 Orths bis anhero nichts unterlassen haben /
 was zu Erlangung eines sichern / beständige
 Universal - Friedens / und Fortschung der
 Tractaten gedenlich seyn könnte / allermassen
 Er. Käyserl. Majest. friedliebendes Ges
 müth sowohl auß dem jenigen / wesse sich die
 G
 selbe

selbe gegen dem / an dero Käyserl. Hoff ge-
 wesenē Königl. Schwedisch. Ministro, dem
 Herrn Grafen von Ochsenstirn / erkläret /
 als auch auß diesem in Abschrift hierbey-
 gehendem / an Jhro Königl. Majest. in En-
 gelland abgegebenem Antwort-Schreiben
 genugsam zu erkennen: all die weilen es aber
 mit berührter Deputation schwer und lang-
 sam dör gehen / und einer si ch gern prä-
 teriren lassen würde / der Punctus Mediationis
 auch noch nicht fest gestellet ist / indem
 annoch ganz ungewiß / ob die Pabstl. Hei-
 ligkeit von dem König in Franckreich pro
 Mediatore angenommen / so dann / wie die
 jüngst zwischen der Cron Spanien und der
 Republicque von Venedig / wegen hinweg-
 geführter Militz entstandene Mißhelligkei-
 ten beygelegt werden möchten / einfolglich
 das Werck annoch vielen difficultäten un-
 derworffen / hiebey auch nicht außser Acht
 zu lassen / weilen dermahlen nicht in locis
 Imperii, sed extra fines ejusdem tractiret
 werden solle / ob nicht verkleinerlich falle / daß
 man von gesamtē Reichs wegen eine förm-
 liche Deputation dahin abschicke / da bevor
 ab nicht unzeitig zubeforgen / gleichwie die
 Cron Franckreich die von einigen Hn. Chur-
 Fürsten

Fürste bey denen Pyrenaisch- und Aethischen Frieden anerbottene Mediation wenig agnoscirt, sondern mit Hindansetzung derer/ den Frieden inter privatos quasi parietes geschlossen/ so dann/ als ob allerhöchstgemeldete Kayserl. Majest. vor einigen Jahren dero Reichs- Hoff- Rath und Cammerern Herrn Grafen von Windischgrätz wegen restitution des Herzogthums Lothringen / eygens zum König in Franckreich abgeordnet/ Se. Königl. Majest. ihm ausdrücklich bedeutet haben/ daß man das Reich in der Mediation nicht einmahl benennen solte / also auch diese selbe die jesho vorhabende Reichs Deputation fast schlecht respectiren dörrften: als werden Chur- Fürsten und Ständen bey der Regensp. Reichs- Versammlung anwesende vortreffliche Rath/ Botschafften und Gesandten / von selbst vernünfftig. zu überlegen wissen/ ob bey jetzt erzehlten und mehr andern Umständen/ dergleichen Abordnung vorzunehmen de re & dignitate Imperii, oder nicht besser sey / die Berathschlagung/ noch zur Zeit zu suspendiren: immittelst wollen mehr ernannte Kayserl. Majest. nicht ermangeln dahin zu coopiren / damit die noch übrige difficultäten gehoben / und die

G 2

Tracta-

Tractaten mit verhoffendem gutem effect angetretten werden möchten / auch bey dessen Erfolg / und wann ferners ichtwas vorkommen sollte / nicht undertassen / sich mit denen Herrn Ständen / dem Herkommen gemäß / weiters zuvernehmen / und im Werck zu bezeugen / wie hoch dieselbe Ihre die Beruhigung des allgemeinen Vatterlands Teutscher Nation angelegen seyn lassen. Welches alles des Höchst-ansehnlichen Kayserl. Herrn Principal-Commissarii Hochfürstl. Gn. Chur-Fürsten und Ständen bey oberwehnter Regensp. Reichs Versammlung gegenwertigen Rätzen / Botschafften / und Gesandten / auß empfangenem gemessenem Special-Befehl ohnangesügte nicht lassen sollen / und verbleiben dabenebens denenselben Frundt. auch Günstig- und Gn. willen zu erweisen / allezeit geneigt und erbietig. Signatum in Sr. Hochfürstl. Gn. Residenz-Schloß / auff Sr. Willibaldsberg zu Eysstätt. den 27. Jan. 1676.

Marquard

(L.S.)

Delibera.

Deliberatum est postea super hoc scripto, in Tribus Collegiis, acriter satis & speciosis urrinque rationibus, donec, recedentibus quibusdã à prima sententia, *per majora* tandẽ, licet non sine contradictione aliorum in utroque Collegio Superiori, eidem post longas ventilationes deferebatur, ut Imperatori res tota eo modo committeretur, quem *placitum Imperii d. 21. 31. Maj. A. 1677.* desuper confectum, specialius exponere debebat, quod integrum huc referre non pigrabimur.

Reichs Gutachten.

Als der Römisch. Käyserl. Majest. Unsers allergnädigsten Herrn zu gegenwertigem Reichs, Tag Bevollmächtigten höchstansehnlichen Principal-Commissarii, des Hochwürdigsten Fürsten und Herrn/ Herrn Marquarden zc. unter datis den 27. Jan. nächstverwichenen: so denn den 6. und 28sten April. instehenden Jahrs/ ertheilten Decretis, die vorwesende Friedens- Handlung zu Nimwegen und deren Beschiedung von Reichs wegen betreffend / hat man an Seiten Chur- Fürsten und Ständen/ mit mehrern gebührend erschen/ wohin sich allershöchstged. Ihr Käyserl. Majest. gegen dieselbe dißfalls erklärt und allergnädigst erbotten haben; allermassen nun in denen dreien

Reichs Collegiis ordentliche deliberation
 darüber gepflogen worden: also hat man
 den Schluß dahin genommen / daß Ihrer
 Käyserl. Majest. gestalten dann hiermit bes-
 cheidet/vor dero/ zu Beförderung des allge-
 meinen Friedens/ contestirten höchstrühm-
 lichsten Eysser/allerunterthänigster Danck
 zu erstatten / mit dem allergehorsamsten Era-
 suchen / dieses so hochnöthig- und heilfame
 Friedens=Werck / zu Beruhigung un Wols-
 farth des H. Römisch. Reichs sich noch fer-
 ner allergnädigst angelegen seyn zu lassen /
 und vermög S. gaudeant, Instr. Pacis, auch
 von selbst allergnädigst. gethanem Era-
 bieten nach / von allem dem jenigen was bey
 vorwesenden Friedens = Tractaten jedes-
 mahls vorkommt / allergnädigst und zeitlic-
 che Communication zu thun / damit von
 Chur = Fürsten und Ständen ins gesampe
 erheischender Nothdurfft nach / allhier zu for-
 derist reifflich darüber deliberirt, und sol-
 chem nach allerhöchstged. Ihrer Käyserl.
 Majest. mit einem allerunterthänigste Guts-
 achten / dem Herkommen gemäß / allges-
 horsamst an Hand gegangen werden mög-
 te. Und trägt man auch zu dero selben das
 allerunterthänigste Vertrauen / Sie geruhy-
 en wer-

en werden / deso Gesandtschaften bey vor-
gemelten Friedens Tractaten allergnädigst
zu committiren / der jenigen Ständen Ges-
sandten / so sich daselbst einfinden möchten /
in deren desiderijs möglichst zu assistiren /
und solche zu gewührigem Effect befördern
zuhelffen. Womit zc. Regenspurg. den zuten
Maji. 1677.

Churfürstl. Mayntz.
Cankelery.

(L.S.)

XV. Atque ita postea *practicatum* esse novimus:
sicut etiam aliqua in hanc rem specimina publicè
jam extant, exhibenturque *Diar. Europ. part.*
XXXVI. p. 69. seqq. p. 396. & in Appendice p. 337.
seqq. Equidem fatendum est, sub *consilij* fere æ-
stimationem hæc omnia venire, ad quod præcise
Ordines allegare velle, importunæ foret discipli-
næ, sicut etiam ex disceptatione Comitiali A.
1641. satis apparet, & nunc quoque in ipso Cæ-
sareæ Commissionis decreto, quæ proferuntur ra-
tiones, adversus ejusmodi Deputationem, sua so-
riæ utique sunt, non juridicæ: difficultas hujus
rei ostenditur, jus non impugnatur: sed tamen
hic modus, rationibus expediendi ejusmodi
negotia, publicâ consuetudine pridem receptis,

magis convenit, quod quantum habeat autoritatis, quæve in consequentiam inde veniant, rerum periti rectius norunt, quam à me quidem, potest explicari, & vidimus hujus observationis effectum satis luculentum nuperæ pacificationis Cæsareo-Gallica Neomagiensis, d. 5. Febr. hujus anni conclusæ, ultimo articulo, quem tamen ad ultiores vires, absque protestatione, devolvi, vix credibile est, ejus rei specimen jam extat.

XVI. Solent quoque eo casu, quo pro Imperio negotiantur, legati Cæsarei, in vicem præstiti laboris atque operæ, præmii loco aliquid, quod *legativi*, in l. 2 §. ult. de legat. l. 18. §. 12. de munerib. aliis, *legaticii* nomine vocari solet, ab Ordinibus petere, sicut eo nomine, legati Plenipotentiarii quos Imperator ad pacificationem Westphalicam dimiserat, confectis ministerio suo communibus quoque Imperii rebus, *memoriale* in secutis Comitibus Ratisb. A. 1654. d. 8. Maj. exhibuerunt, quod *Actis* suis publicis conjunxit Londorp. Cont. part. VII. l. 6. c. 609. unde apparet, in oneribus ponere aulam Cæsaream, quod inter eximia & jure præcipui Imperatori competentia pertinere aliquis posset existimare.

CAPUT. VI.

De Legationibus Statuum Territorialibus: & primum, quo jure aut titulo mittantur,

I. Ordo dicendorum.

II. Origo legationum harum duplex, philosophica & historica.

III.

- III. Ratio hujus distincta tractationis allegatur.
- IV. Quo titulo hoc jus habeant status, sententia Heromontani, Junckeri, Autoris des memoires, Furstenerii, Colloquii Gallici scriptoris, examinatur.
- V. An & quo sensu souverainitas de Principibus Germania dici possit.
- VI. Hermannii Kirchneri & Jo. Wurmseri.
- VII. Item Carpzovii, Myleri, Besoldi, Arumai, Conringii, opiniones recensentur.
- VIII. Paschalis, Besoldus, Zonchenus refutantur.
- IX. Vera sententia hujus rei proponitur ejusque autores indicantur.
- X. Quid Superioritatis Territorialis nomine veniat, diversimode tradunt.
- XI. Verior sententia explicatur.
- XII. Indicatur occasio quâ alii hic errarunt.
- XIII. Qua methodo indoles Superioritatis hujus sit investiganda.
- XIV. An ad jura Territorialia per se, an ex suppositione talia, legationum jus pertineat.
- XV. An ab hac sententia diversi sint, qui hoc legationum jus, ex communicatione jurium majestatis repetunt.
- I. **S**ed ad Legatos Statuum, quos Territoriorum suorum nomine mittunt, digrediamur, potissimum tractationis nostræ argumentum. non defuerunt, qui de facto potius quam jure, hoc respectu, Status sibi legationum jus asserere, optati sunt. Dispiciamus itaque de ipso jure, deinde modis acquirendis & amittendis, & cæteris effectibus,

bus, qui partim in *remediis* pro afferendo hoc jure competentibus, partim in *privilegiis* ipsorum horum legatorum consistunt. Prima pars continet, *facultatem* mittendi, *qualitatem* missorum & *solennitatem* ipsius missionis.

II. *Facultatis* quidem *Originem*, *subjectum* & *latitudinem* potissimum consideremus. De *Origine* loquimur non *legationum* ut sic, de qua ab his, qui professa opera de *legationibus* scripserunt, prolixè satis actum est, sicut nominatim commendari meretur *Alberici Gentilis l. 1. de Legat. c. 20.* adornata disputatio: sed cum relatione ad *Status Imperii*, nostra omnia volumus intelligi. Quoniam vero duplex esse potest hæc *Oratio*, vel *philosophica*, quando secundum causas morales principia alicujus rei examinantur, vel *historica*, in qua ad nudam facti existentiam respicitur, partim quoque ad nostram disciplinam hæc fuerint applicanda, tunc enim res scimus, quando causam ejus novimus.

III. Possent quis suspicari, quare de *Origine philosophica*, hoc est, titulo vel causa rei, à *Status* tanto tempore possessæ, susceperim tractare, cum nemini cogamur titulum possessionis edere, sicut *Arcadius & Honorius, Augusti*, in *l. Cogn. II. C. de petit. hered.* pridem rescripserunt. sed præter rationem antea allegatam, non patiebatur series operis, ut hoc caput relinqueremus intactum, ex cujus solidiore investigatione, universo huic argumento, lux sua, ac illustrioribus tot controversiis, inde profectis, facilior definitio foret accessura.

cessura. Negari autem vix poterit, difficultates hîc subesse non penitus contemnendas, ideo præsertim, quod jus legationis *externo* tantum, non *Civi* comparatum esse, perpetuo hætenus omnium nationum consensu sit judicatû & in totius veluti orbis theatro aliquando Senatus quoq; Romanus censuerit, uti autor est *Livius lib. 6. c. 17.* add. *Grot. de I. B. P. II, 18, 2. Bæcl. annot. ad Vellej. II, 7, 2.* At Status Imperii omnes & singulos, non *fendali* tantum, ratione bonorum suorum, sed & *homagiali* jurejurando, personæ intuitu, Imperatori & Imperio devinctos, eoque nomine in *Civium*, quin & *subditorum* numero, haberi, ex regulis publici nostri juris fere certum est, ac, post alios, *Mylero de Principib. & Statib. Imp. part. 3. c. 93. n. 1. seqq.* prolixè demonstratum. Itaque operam non perdere crediderim eum, qui conciliationem diversi hujus instituti ex ipsa rerum indole repetere, in animum induceret. Quod fiet, si in fontem hujus juris, Statibus competentis, ejusque causas productrices curatius inquiramus.

IV. Ut ut vero ex professo heic nemo, quantum mihi constat, indagaverit, videmus tamen Doctores, quando vel in transitu de hoc Statuum jure agunt, diversos penitus titulos signare. si vera esset illa quorundam Superioris seculi doctorum, opinio, *singulos Germania Principes habere majestatem*, quam iterum peculiari libello obtrudere nobis aliquot abhinc annis conatus est, *Jo. W. Relfendsa, Heromontanus*, res foret expedita, inter jura enim majestatica contineri Legationes, nemo dubitat.

dubitat. Et sane videmus, non solum *Junckeriana* dissertationem de Legat. §. 59. heic idem tradere, quanquam in decursu cæteræ tractationis fluctuet; sed nuper quoque *Autorem des memoires des Ambassadeurs* p. 77. add. 68. & 81. ex hoc principio illud principibus nostris tribuere, quod jus mittendi legatos sit inseparabile à Majestate, adeo ut nemo habeat majestatem, qui non possit legatos mittere, & vice versa, nemo possit mittere legatos, qui non habeat summam potestatem: mirari etiam, quare Gallia aliquando tam popularem quorundam Germaniæ Doctorum errorem, quo summam potestatem, souveraineté, Principum Germaniæ destruerent sint conati, audi veritatem, cum toties cum illis tractaverit, comme de souverain à souverain. Quicquid vero speciose contendat, in rei veritate idem sentit, qui nuper sub titulo *Casarini Fürstenerii de jure suprematus, ac legationis Principum Germaniæ* prodit, scriptor, saltem quoad *Electores & Principes*, uti loquitur, *armipotentes*, in quibus, hoc jus, suprematus, eis competenti, cohæreat: *suprematum*, quem neque *Jurorum*, neque *Politico*rum quenquam hæctenus notat explicasse, vitio seculi, quo, non nisi cum Justiniano aut Aristotele loquantur illi, nec ullum usus hodierni habeant rationem, ipse ita definit, ut quidem illi potestati, quam Galli *la souveraineté* vocant, respondeat, in retea æquæ à Majestate, quam *Cæsari & Regibus*, atque *Superioritate Territoriali*, quam *Civitatibus & Dynastiis minoribus* relinquit, differat, sicut ex præfatione & cætero passim contextu illius operis scilicet

sculi prolixè apparet. Hunc *κατὰ πόδα* sequitur, si non idem est Cælarinus, nescio quis *Autor Colloquii Gallici inter philaretum & Eugenium, super jure mittendi Ambassadors, Electorum & Principum Germania, Noviomagi disceptato*, nuper editi, qui insuper his dissertationibus valde sibi placet, quod *praxi conveniunt, & stylo incursis Magnatum recepto*: verum quoniam *Heremontani* philosophia, certatim hæctenus refutata est, & vel *brevibus animadversionibus*, quæ sub nomine *Hunonis ab Hunenfeld Teutoburgii* extant, quarum verum autorem *Schurzstoischium* esse, certo mihi constat iudicio, solidioribus utique argumentis ostensum, *proprie dictæ majestatis nomine censeri non posse, qualiscunque sit potestas illa in territorium Principi competens, quæ vim atque spiritum suum ita acceptum fert superiori, ut ab eo non modo proficiatur, sed etiam dependeat*, hoc quidem fundamentum, cui & *Aur. des memoires* innitur, facile corruet. *Furstonerius* sicut multa habet satis elegantia, ita multa etiam nova, uti nuper quoque *nonnemo*, in hæc ipsa causa pro Principibus scriptor, agnovit, sed hæc ista non sunt ventilanda, ob rationes omnino graves: si tamen aliquid dicere licet, videtur, non facile comprehendi posse differentiam, quæ inter summam potestatem, quam hodie dicunt majestatem, ac suprematum aut souverainitatem debeat soleatve intercedere. Quod *Colloquii Gallici* scriptor ad *praxim* provocat, & id aliquam habere potest *disputationem, tam facti quam juris ratione.*

ne.

ne. Equidem fatendum est, reperiri loca, si quis sollicitius velit inquirere, ubi de Principibus nostris souverenitas, liceat porro ita loqui, prædicetur; verum universum operis institutum & scribentis quoque intentio ut jungatur necessum est, si exactum super ejusmodi loquendi formulis ferre velimus iudicium, novimus enim hoc seculo in quibusdam aulis fuisse consultatum de instituendis, à communi Imperii corpore separatis Rebus publicis, exemplo Italicorum Principum, & potuit factum esse, ut aliqui in certam juris publici rationem computaverint, quod olim temporis causa, in literas fuerat relatum, aut peculiari instituto in vulgus propositum, quod esset τῷ πρῶτῳ ἀδυνατῆσιν aptare: solent enim autores in his sæpe præsentis rerum statui, sæpe sectæ, argumento, causæ, sæpe etiã, ut sumus homines, affectibus servire, quare non illico hæc & similia, quæ explicari magis, quam præfractè defendi possunt, in exemplum temere rapienda sunt, unde perpetua disciplinæ, in quâ propriè loquendum, regula debeat adornari. speciminis loco aliquid addendum est. Cum nuper Electori Brandenburgico jus mittendi legatos plures, characterè repræsentatio æqualiter vestitos, à Gallis controverteretur, prodiit pro Potentissimo Electore, Gallico sermone libellus, *Denouement de la question. &c.* cujus autor inter cætera, hoc quoque producit argumentum, quod *Serenit. ejus Electoralis Regionis suæ suprema potestate, ses terres souveraines, tam extra, quam intra Imperium teneat.*

idem

idem Autor der Anmerkungen über den Discurs, welchen der Französische Resident Gremoville, in der mit den Kaiserl. Staats-Räthen gehaltenen Conferentz, geführt/ quæ extant *Diar. Europ. part. XXVII. p. 165. §. 35.* daß Ihro Churfl. Durchl. zu Brandenburg allezeit Genossen hab/ der Rechten der *souveraineté: & de Domo quoque Austriaca*: Daß das Hauß Osterreich ein *souverainer* Staat sey. Sed, ut taceam superesse adhuc rationem, quâ, si quis cavillari desinat, in communi loquendi usu, interpretationem commodam isthæc possunt recipere, hæctenus privatæ hæc scriptiões sunt, ab una aut altera parte profectæ, quæ formulam Reip. Statui, publicè valituram, non possunt imponere.

V. Sed forte flagitiosum fuerit, souverainitatem Principum nostrorum amplius in dubium velle vocare, postquam illi ipsi eandem sibi solenni stylo adscribunt: videmus enim, ut exemplum ostendam, *Sereniss. quendam Ducem, in literis, d. 28. Novembr. A. 1662. ad fœderati Belgii Ordines*, quibus super illatâ sibi in suo territorio vi armata conquerebatur, adornatis, quæque *Diaris Europæo, part. IX. p. 536.* insertæ reperiuntur, eodem uti fundamento, daß uns / ita habent verba, als einem freyen und *souverainen* Reichs Fürsten / in unsere undisputirliche Reichs Hoheit und *souverainität* mit bewehrter Hand eintrag gethan worden. Verum nondum me pœnitent prioris sententiæ, neque hæc antea dictis revera adversantur; cum non *simpliciter* souverainitatem

tatem, de quâ nobis hætenus sermo fuit, sed *secundum* quid talem, qualis nempe cum conditione Principis Imperii consistit, Serenissimi Ducis & præsentis utique Status amantissimi Principis, literæ loquantur, omnino enim constitui potest differentia inter hæc duo, *Souverainer Fürst & Souverainer Reichs-Fürst* / in priori formula absolutè posita vox, stat pro significato suo famosiori, proprio, exquisito, quo Princeps, nullum in his terris superiorem agnoscens, denotatur: in posteriori vero, superaddita diminuens particula, *Imperii*, quâ obligatio adversus principium aliquod imperans superius continetur, ad analogum & minus proprium locutionis genus rem deducit. videtur autem hæc loquendi ratio ita posse defendi: cum constet Superioritatem Territorialè gradus recipere, ut in uno territorio plenior sit, in alio minus plena, sicuti *Limnanus l. P. IV, 8, 107.* generaliter, nominatim vero terminos, quibus ea restringatur, pactionibus nempe cum vicinis Statibus, aut suis quoq; subditis initis, *Seckendorffius Deutsch-Fürsten-Staat. p. 2. c. 3. & 4.* notavit: liceret suo modo hætenus eum Principem, cujus Superioritas limitibus hujus generis non coercetur, *liberum* appellare & *Souverenitate* gaudentem, in *comparatione* ad alios, quorum potestas arctiori Capitulatione est definita. Juvat hanc interpretationem *Conringiana* philosophia, cum enim *annotat. ad Lamp. p. 3. c. 3. §. 20. p. 243.* parum abesse ostendisset ille, quin singuli Principes seorsim liberam constituent Rempubl.

publ cum absoluta fere potestate ea omnia agant in quibus cujuslibet liberæ Reip. auctoritas consistit ; in hanc tandem sententiam concludit, *est tamen singulorum Principum dispar multum potentia, quæ proinde quæ major minorve, eo etiam alia atque alia est libera Reip in singulis ratio.* quasi diceret, *absolutiores tantum Principatus æstimari posse pro liberis Rebus publicis, quo nomine censentur, quos hodie souverains appellant.* Possunt hæc, ut dictum, *suo modo* defendi, si enim rigidior rem nancisceretur censorem formula, *Souverainer Reichs - Fürst* / contradictionis in adjecto argueretur, cum eo ipso, quo quis *Princeps Imperii, Imperatori quoque & Imperio subjectus* dicatur, qualis subjectio cum souverainitate aut libertate civili se vix patietur componi. Quare ut verbo denique me expediã, *vera & propria notione loquendi* sumtam souverainitatem Principibus competere, in serio hujus disceptationis iudicio, nemo obtinebit, nisi publicis legibus vim inferre vel earum auctoritatem velit atterere : si quis autem *populariter* loquendi consuetudinem amet, eaque ratione Eandem Principibus attribuat, quatenus quoad externam rerum faciem, qualicunque similitudine Nostri, revera *liberis Principibus* pares sunt, aut dignitate etiam exquantur, is quidem me non habebit adversarium, dummodo intra terminos huic explicationi præfinitos subsistat disciplina, neque hanc qualemcunque *effectus similitudinem*, ad *identitatem juris* denique extendat. Ea vero jam opinio novi nihil

H habet,

habet, cum & moderatiores pridem concesserint, analogam quandam *Majestatem*, *Majestatis imaginem*, *Majestatis emulam potestatem* in Statibus reperiri, & sicuti propterea, quod *Majestatis* titulum sibi in publicis scripturis aliquando ipsi apposuerunt Principes, (nam hoc factum esse exempla qualia accuratissimus *Ctus*, *Jo. Schilterus*, *Consiliarius Saxonicus* diff. de jur. Obsid. c. 2. th. 6. n. 20. & ex aliis *Gastelius* de Stat. publ. Erop. c. 7. n. 44. consignarunt, satis testantur) nemo propriè dictam majestatem iisdem attribuit; ita neque *souverenitas* statim, in sensu philosophico, illis vere competere censenda est, utut aliqui eodem nomine se appellaverint. In universum res tota huc credit, ut, quamdiu non tollatur commune illud vinculum, quo *Imperium nostrum*, tanquam *unius Reip.* spiritu adhuc continetur; uti nuper *peculiari Dissertatione* satis, nisi fallor, est ostensum, in fumum abeant omnes istæ disputationes, quæ pro *Majestate*, pro *supremate*, pro *souverenitate* Principum in vera propriaque rei æstimatione suscipiuntur; in quo *Illustrem Basclerum* habemus consentientem, in *animadversionibus postumis ad Otton.* Jus publ. c. 11. p. 86.

VI. Quod de prima hæc, idem fere de altera sententia eorum, judicium ferendum est, qui ex isto fundamento legationis jus Principibus competere statuunt, quod sint *liberrimi*, *regalia tam majora quam minora usurpent*, plenitudinemque potestatis habeant in suo territorio, sicut Imperator in toto Imperio, *vi cujus non minus emittere legatos*
ad

ad alium principem possint, de negotiis, qua ad principatum proprium spectant, quam quispiam aliorum Regum, de regni rebus. in quorum numero est *Hermannus Kirchnerus de legat.* 1, 3, 11. & 13 & *Jo. Wurmserus Exetc. I. P. IV. q. 4.* Equidē sole-
re quosdam in recensendis Statuum juribus, ubi certum acquisitionis titulum allegare nequeunt *libertatem* prætere, novimus, & à multis in universum Eorundem prærogativas summam *libertatis* nomine describi, vel specimen, quod apud *Limnanm I, P. IV, 8, 1. seqq.* habemus, restatur, an vero commodè satis? id quidem dubium videri posset, ut enim taceam fallam hanc locutione præsupponi hypothesein, *Hippolitho à Lapide de R. S. in Imp. R. G. p. 1. c. 3. s. 2. n. 12.* defensam, ac si olim atque semper summæ potestatis fuerint participes Status, suamque partem Imperatorita eorum debeat indulgentiæ, ut in dubio præsumatur pro Ordinum libertate, contra Imperatoris potestatem. cum tamen contrario profus modo se rem habere, historiæ, quibus publici Status revolutiones atque fata consignantur, luculenter doceant, & supra partim fit ostensum: etiam, si vera esset Hippolithi opinio, ad universum ea pertineret Imperium, quoad territorialia vero jura, minus foret philosophicum, voce libertatis communiter defungi, ubi de partibus hujus libertatis, in proprias appellationes discretis, quæstio est. Vulgare illud axioma, *unumquemque Statum tantum posse in territorio suo, quantum* *Cæsar in universo imperio potest*, cum à multis pe-

nitus rejiciatur, sicut ex *Limnao l. P. IV, 8, 7. Pau-*
meistero de Jurisd. R. l. l. 2. c. 4. n. 70. Lampadio de
Rep. R. G. p. III. c. 3. §. 7. constat: ab aliis mira in-
 terpretationis sollicitudine, cujus specimen *Ludolphus Hugo de Stat. Reg. Germ. c. 4. §. 9. 10. 11.* ex-
 hibet, vix in commodum trahatur sensum, in uni-
 versum tot tantisque expositum sit difficultati-
 bus, uti peculiari dissertatione ostendit *Illustris*
Eybenius, quæ in *Volumine secundo Variarum Iu-*
rispublici Exercitationum à Frischio editarum,
 nona est: vagum nimis atque inconstans, ex quo-
 rundam saltem opinione, fuerit fundamentum,
 cui quis rationem juris tam certi superstrueret.
Regalium quoque nomen minus commode hîc
 adhiberi videtur, propter diversam illam scri-
 ptorum explicationem applicationemque, cujus
 exempla apud *Sixtinum, Bocerum, Besoldum* a-
 liosque qui de *Regalibus* magno numero com-
 mentati sunt, reperiuntur; sive enim in sensu pro-
 prio accipias vocem, quo, seculo inde duodecimo
 absolute posita, denotabat jura fisci, quæ, cum in
 Italia sibi subtrahi vellent, Imperatores, multo
 labore, ac præcipue *Fridericus I.* lata *Constitu-*
tione, de cujus *historia*, videri potissimum debent
Radevicus & Guntherus, quæque partim Feuda-
 libus Consuetudinibus est inserta. *c. un. quæ sint*
regalia II. Feud. 56. sibi asseruerunt: frustra hîc no-
 minatur, ubi non de Imperatoris, sed Statuum
 facultate quæritur: sive *abutamur* ista appella-
 tione, cum illis, qui jura Majestatis, eadem so-
 lent signare, & repetitur opinio, quam supra re-
 futavi-

futavimus. Sive cum aliis idem ac superioritatem Territoriale[m] illo titulo significari dicamus; & metuendum est, ne incidamus in censuram *Bæclerianam Comm. ad Grot. I, 6, 10. p. 228. quâ vage & inconstanter hîc differere scriptores, nunquam autem se expedire, non sine ratione conqueritur Vir Celeberrimus. possunt autem hæc tatis istam sententiam dissuadere, præsertim cum ita loquendi nulla appareat necessitas, utur alias, ne penitus inutilis reddatur tot hæctenus Doctorum recepta de Regalibus disciplina, & heic vulgare illud, loquendum cum vulgo; sentiendum cum Eruditis, obtinere debere, facile largiamur.*

VII. Interim ad alios fontes recurrunt alii. Et quidem à principibus Germaniæ *Consuetudine magis, quam jure, legatos mitti, Carpzovius de L. Reg. Germ. c. 1. §. 13. n. 21. ab antiquo, huc jus singulare eos habere. Mylerus de Princip. & Statib. Imp. p. 1. c. 19. n. 4. tradiderunt. Ex privilegio repetunt Hovvelius Tr. de legat. §. 3. & Besoldus Diff. de Regalib. c. 7. §. 3. et si hujus importunior quid sibi velit formula, non capiam, quando Status affectare hoc jus, & prætere ex privilegio, scribit. Jus secundarium ac subordinatum alii hîc nominant, explicantque diversimode, uti apparet ex iis, quæ apud Arumæum Jur. publ. Vol. 1. discurs. 29. concl. 5. disc. 30. th. 31. Vol. 2. disc. 21. n. 22. Kincknerum loco Hovvelii allegato, Stamlerum de Reservat. §. 50. differuntur: Alii plures causas conjungunt, in quam rem specimen præbet *Conringiana dissertatio de legatis A. 1668. Helmstadii habita.**

cujus cap. 3. §. 4. de Electoribus dicitur, eas specialis Imperatoris totiusque Imperii consensu, concessum ac confirmatum hoc ius sibi habere: de reliquis vero Principibus ac Statibus §. 5. plerosque eorum, præsertim ius superioritatis habentes, vel ex concessione Imperatoris, vel ex præscriptione, vel ex consuetudine rectè legatos mittere posse. Qui quidem tituli plerique ex vero aliquid habent, sed generatioribus sunt, quam ut proximè ac immediatè, rei, de qua quærimus, origo, iisdem possit debeatve adscribi.

VIII. Falsi autem penitus sunt Illi, qui eodem modo Principibus Germaniæ & Civitatibus liberis, jus mittendi legatos, de rebus ad ipsos pertinentibus, attribuunt hodie, quo in magnis imperiis Provinciarum præfecti, aut Gubernatores solent. quod præter Paschalsum de legat. c. 11. §. 40. ac Besoldum Diss. de legat. c. 3. §. 2. fecit Richardus Zouchaus, Jctus Anglus, Jur. Feciat. p. 2. §. 4. 9. 7. utut enim concedamus, quod frustra alii negant, mittere hos posse pro se quoque legatos, sicut prolixè ostendit *Aur. des memoires des Ambassadeurs. p. 574. seqq.* valde tamen errant, qui inter Magistratum nomina Status Imperii nunc allegant, & satis insuper differentia conspicitur, universæ enim missionis auspiciis, ibi, ex aliena facultate, Domini nimirum præficientis, æstimatur, eo modo, quem *Grotius de I. B. P. l. 3, §. 5.* exposuit; at hî, suo nomine, jure proprio, non ut administratores territoriorum, sed ut Domini mittunt. Infra quorum dignitatem etiam subsistit *Davidis Mevii,*

Mevii, insignis cæterum Jcti, disciplina *Comment. ad jus Lubec. l. 1. c. 1. art. 10. n. 39. 40.* inde jus legationum Statibus, &, nominatim Imperialibus civitatibus, asserentis, quod quibusvis inferioribus etiam Rebuspublicis nomen & jus Legatorum tribuatur, in jure Romano, *l. 1. ff. C. de Legat. quem Habinius quoque ad Wesenb. tit. de legat. n. 2.* secutus est. istas enim allegationes fontem verum non indicare, per se notum est, cum de Civitatibus loquantur merè municipalibus, quæ privatorum loco habebantur *l. 16. ff. de V. S.* in quarum censum, nec *Mevius*, nec quisquam alius Imperiales nostras retulerit. vid. *Gail. II. Obs. 57. 7. & 8. & de Arrest. c. 9. n. 2. Klock. de Contrib. c. 5. n. 38. & T. 1. Conf. 22. n. 101.*

IX. Sunt denique, qui inter Jura Superioritatis Territorialis, Statibus competentis, Legationum quoque censerì debere, & ex hoc fundamento iisdem attribui, contendunt, quod fecerunt *Schuzius*, nostras, *Colleg. Jur. Publ. V. 1. D. 6. th. 24. Mingius diff. de Superiorit. Territor. c. 5. §. 76. Struvius Diss. de Charact. Stat. Imp. aph. 30. Ludolph. Hugo de Stat. Region. German. c. 3. §. 17. Zieglerus de jurib. Majest. diff. II. th. 21.* ac alii, quorum sententia, sicuti vera est, & proximam rei causam originemque designat, ita prolixiorē meretur considerationem. Nam in appellatione vocis facilè omnes consentiunt, in quo autem specialius hujus Superioritatis natura ac essentia consistat, mira disciplinarum perturbatione commixtioneque verborum ac formularum, toto genere discre-

partium, disputatur in hunc usque diem, quæ omnia excutere, à nostro quidem instituto alienum est: nosse interim juvabit difficultatis in hanc rem invecæ, rationes, quas indicavit *Bœclerus Not. S. R. I. l. V. c. 2. p. 77.* & cautiones, quales addidit *Seckendorffius Teutsch. Fürsten. Staats addit. ad p. 2. c. 1. §. 2 p. 62. seqq.* ut rectius formare dilectamus iudicium, super his disserturi.

X. Cæterum Specimina hujus, de quâ dicere cepimus, diversitatis, multa occurrunt, in iis, qui superioritatem territorialem idem dixerunt esse, ac *omnimodam jurisdictionem*, vel *merum imperium*, vel *Regalium majorum* nomine, aut *dignitate feudi regalis* eandem definiverunt, quales opiniones, ut in commodum sensum pertrahere quasdam laboraverit, ut alia quoque hujus generis, Vir prudens eruditeque doctus, *Ludolphus Hugo de Stat. Region. Germ. c. 3. §. 2. 3.* tamen passim sibi sumerunt refutandas non solum qui *Dissertationibus Academicis* hoc argumentum excolere sunt annili, *Christophorus Mingius, Rud. Heidenus*, sed & scriptorum alii, *Thom. Michael. de Jurisd. concl. 46.* *Sixtinus de Regalib. l. 1. c. 1. n. 18.* *Matth. Stephan. de Jurisd. l. 2. p. 1. c. 7. n. 201.* *Klock. de Contrib. c. 3. n. 152.* & *cap. 4 n. 179.* & *Vol. 1. Conf. 9 n. 2.* *Carpzov. de L. Reg. c. 1 §. 12. n. 4.* *Mylerus de Princip. & Statib. Imp. p. 2. c. 36.* & plures ab his allegati, Voluerunt alii mederi hujc malo, unde de accuratiori definiendi ratione fuerunt solliciti, in quam rem operam intendit *Andreas Knichen, de sublim. & reg. Territ. jur. c. 1. n. 189.* & *velit. Apolog. n. 7.*

n.7. *Reinking. l. 1. c. 3. n. 3. Paurmeister. l. 1. c. 8. n. 5* ex quibus suas descriptiones composuerunt *Schüzus V. 1. D. 6. th. 5. Limneus. IV, 8, 183. Mylerus nominati operis p. 2. c. 36. n. 8.* alique singulæ tamen, si dicere licet, ita sunt comparatæ, ut semper aliquid, quod desiderare possis, relinquunt; aliquæ etiam in cætero suæ explicationis applicationisque contextu, sæpe illuc declinant, unde recedere ipsis Autoribus ratio erat atque propositum, quod exemplis non longe quæsitis possemus ostendere, nisi modestiam scriptionis ejusmodi excedere videretur.

XI. Quid ergo in hæc opinionum divortio & mediã progrediemur viã. Quemadmodum inter *perfectam Rempublicam*, quæ *jure Majeſtaticò* administratur, & *meram provinciam*, cui qui præficitur, non nisi *Magistratus* gaudet potestate, quæcunque etiam simulacra libertatis civilis ostendantur, interjectum quoddam civilis consociationis genus constitunt *Regiones Statuum Imperis*, ab utraque specie priori aliquid participans, sicut prolixè *Strauchius Instit. Jur. publ. lib. 1. tit. 14. Ludolphus Hugo de Statu Region. Germ. c. 2. §. 6. seqq. Hornius de Civitat. lib. 2. c. 7. n. 6.* explicarunt: ita *facultas* quoque, quæ regunt eas, mediam veluti, inter *summam potestatem*, & nudam *Magistratus Jurisdictionem*, habet naturam, quod & nomen, eidem hæctenus impositum sufficienter arguit, *Superioritatis Territorialis*. Cum enim longè ultra magistratus auctoritatem, in proprium jus esset progressa, titulo eminentiori *superioritas*;

H 5

quoniam

quoniam tamen infra *summam potestatem civilem* adhuc subsistebat, quam, vocabulo illo absolute posito, nominare ceperunt, non solum recentiores juris Interpretes, autore *Jasone in l. imperium 3. ff. de jurisd. sed & publicus curiarum stylus, de quo Instrum. Pac. Cesar. Gallic. §. itemque dictus. 47.* testatur, itaque appositione quadam iterum diminutive, *Territorialis*, plenius appellabatur, ut *termini* simul, quibus contineretur hæc potestas, & *objectum*, circa quod deberet occupari, indiceretur: eodem modo explicari debet Germanicæ locutionis formula *Lands- & Fürstliche Oberkeit*/ quæ *N. N. zu Auassy. de A. 1548. §. Wie wohl auch. 86.* aliisque publicorum monumentorum textibus signatur. quanquam autem hæc, Ordinibus Imperii in administratione ditionum suarum competens, potestas, summa non sit, adeo tamen universalis est, ac ampla, ut aliquid, & quidem plus ex ea, quam Magistrali imperio, trahere hodie videatur, magnamque cum Majestate vera dicatur habere *affinitatem & similitudinem*, *Mingio de Super. Territ. th. 54.* Cujus propinquitatis multa extant Eruditorum testimonia, quando, uti jam notare cepimus, *summa potestatis in thesi considerata, genus quoddam analogum*, *Strauchio, amula Majestati species*, *Ludolpho Hugoni, futura Majestas, nisi hanc superiorem in sua ditione agnosceret*, *Hornio, laudatis locis; quasi majestas, imago quaedam majestatis*, *Carpzovio, de L. Reg. c. 1. §. 13. n. 1. §. 3. fere majestaticum jus Mylero, de Princip. & Stat. Imp. p. 2. c. 36. n. 1. analogam majestas.*
Zieglero

Zieglero *de jurib. Maj. diff. II. lb. 21.* Hunoni ab Hunefeld. *Animadv. in Relfend. c. II. p. 48.* aliisq; sæpius appellatur, ipsos autem *Principatus, parva & non nihil imperfecta regna* dixit. *Conringius not. ad Lamp. p. 3. c. 5. pr.*

XII. Ex quibus facile dijudicari potest, quâ occasione aliqui in istam peryenerint opinionem, ut Statuum singulis majestatem attribuerint aut souverainitatem: cum enim in generibus ejusmodi analogicis exponendis, regiam semper retinere viam, arduum sit, quippe quæ sua natura ita sunt comparata, ut variè possint se habere, adeoque hominum opinionibus valde sint objecta, eorumque dissensionibus hinc inde trahantur, dum ea alii sub genere perfectiori atque primario comprehendunt, alii longius inde abire putant: utique eruditione aliqua & judicio opus est si quis hic velit cum successu versari, præsertim cum videamus regnare insupr politics artes, simulacra, commenta, quibus involvi necesse est, qui ingenii sui ope evolvi nequit; opportunam itaque ad hunc errorem viam habuerunt, homines, non male quidem animati, sed ob solidioris civilis scientiæ imperitiâ, illiusque cum jure Feudali præsertim ac Civili solennem confusionem, quæ superioribus temporibus loco philosophiæ habebatur, ad dijudicandas has res minus apti, quando ex eadem facultate procedere illico arbitrati sunt actiones civiles, in quibus, quoad exteriores suos effectus, multam diversitatem non poterant reperire, cum tamen memores

res esse deberent, moniti *Aristotelei l. 2. de anima text. 24. Quod cuiusque agentis vis recipiatur accommodata ad naturam subjecti ejus quod recipit. nec quodlibet jus in quolibet subjecto pariter considerari solet, sed pro habilitate subjecti, quod recipit & exercet.* Aliquando etiam nonnulli, meliorum gnari, horum aberrationes in consilium postea converterunt commendatuntque, quia causæ, quam agebant, videbatur profuturum, sicut solent homines sæpe diversis propositis idem retinere institutum.

XIII. Eadem vero operâ disci potest, quâ ratione vera hujus *Superioritatis* indoles atque natura debeat investigari, cum enim species analogicæ ex principalis generis comparatione cognoscantur, & vero dictum sit, superioritatem Territorialem esse speciem Majestatis analogam, quod ita intelligendum est, ut, sicuti Majestas, ex pluribus juribus, tanquam essentialibus partibus constat, quæ ad perfectam Civitatem principii directricis instar se habeant, ac circa omnia media, ad finem Reip. universalem obtinendum necessaria, versentur, absolute & illimitate: ita superioritas Territorialis, etiam jurium aggregationem contineat, quæ ad Territorium certum se habeant fere, ut jura Majestatis ad Rempub. ad eoq; circa diversa media, ad obtinendum finem Territorii particularem, totique Civitati subordinatum, versentur modo ad universales Imperii leges restricto: idcirco ea porro incedendum est methodo, ut majestatis, perfectionis ni-

ris nimirum generis, naturâ ob oculos positâ, quantum imperfectior species, superioritas hæc, inderecedat, quidquæ eidem desit, quo minus pro plena haberi possit majestate, appareat, quemadmodum in rebus ejusmodi generis faciendum monet, & sub exemplo satis insigni ostendit *Aristoteles l. 3. Polit. c. 1.* ubi in definitionem civis, ejusque varia genera ita inquit. Apparebit id clarius, si quis pergat ad displicendum, qualem in singulis Civilis administrationis partibus jura territorialia, à superiore, & majesticâ Imperatoris ac Imperii potestate, diminutionem patiantur restrictionemque: ut vero nos heic operam intendamus, nec argumenti præsentis ratio exigit, & si vel super istis differere opus foret, ulteriorem quidem diligentiam hoc loco supervacuum facile dixeris, postquam professo studio totius rei seriem tam luculenta expositione repræsentavit *Ludolphus Hugo* in sæpius laudato *Commentario, de Statu Regionum Germania, & Regimine Principum summa Imperii Reipublica amulo: cujus editionem iterari & augeri, sicut Reipublica interesse credidit aliquando Baclerus Not. S. R. I. l. XXII. c. 3. p. 223.* ita posterius quidem sperare publici labores, quibus Autorem, Virum Magnificum, novimus occupatum, vix patiuntur, prius autem quod effectum sit, studio, in communè patriæ rei que literariæ bonum satis professo, *Abasveri Fritschii*, debemus, qui nobile illud opus, *initio partis Tertia Exercitationum Variarum Juris publici*, denuo edidit.

XIV. Illud

XIV. Illud tamen in supplementum disciplinæ, insuper quæri debet, cum eodem discamus autore, superioritatis Territorialis jura, duorum generum esse, *alia quidem per se talia, alia vero ex suppositione* certi rerum status; in quorum itaque censu, nostrum debeat computari. Nimirum negotia civilia, præsertim in magnis Imperiis, quale nostrum est, non unius sunt rationis, quædam conjunctis totius Reip. viribus longè felicius, quam unius provinciæ auspiciis expediuntur; ejusmodi sunt quæ ad rem bellicam, pacem, fœdera, commercia pertinent, hæc enim communem salutem & securitatem tangunt; alia vero ad inferiorum regionum magis quam summi Imperii finem conducunt, ab illis quoque melius administrari possunt atque exerceri, talia sunt judicia, Magistratus, Statuta & similia, nam crimina, furta, adulteria, & id genus alia, ut puniantur, magis singularum provinciarum, in quibus committuntur, interest, quam universi imperii, non enim adeo universum imperium, immediate quidem & proximè, quam singulas regiones lædunt: non etiam inquisitio criminum æque commodè per universum Imperium, quam in singulis territoriis fieri potest. Quæ itaque posterioris sunt generis, illa, pro ratione divisionis subordinationisque potestatum, in Imperio nostro publicis legibus institutæ, ad Territorialia jura *per se* censentur pertinere: priora vero, si rem in sua perfectione velimus considerare, non nisi ad summam Imperii potestatem spectabant, eaque

que Statibus concedere nec opus nec consultum erat, sed quoniã non uno defectu inde à civilibus bellis in hunc usque diem laboravit Respublica Imperii nostri, ut officio suo fungi, eò quo par est modo, vix potuerit, multa horum quoque, in suis territoriis Ordinibus fuerant relinquenda, & qua parte Imperium deficit, horum cura seorsim sibi quibus possent rationibus, prospiciendi, in subsidium succedebat. hinc fœdera iis permittenda, quibus securitatem sibi conciliarent, quam jure publico cum effectu non habebant, & connivendum iis interdum, si adversus externos arma sumebant, aliaque suã autoritate expediebant opera, quæ alias summæ potestatis rationibus cohærent. Ne tamen penitus summæ Imperii Reip. autoritas heic concideret, publicis legibus ita prospectum est, ut quod Ordinibus negari in totum non poterat, certis tamen limitibus circumscriberetur, adeoque bella eorum, fœdera, & similia commercia publica, non solo gentium jure, prout in Principibus plane liberis se res habet, sed & Constitutionibus quibusdam ac juribus Imperii regerentur, ne Imperio vel alii Statuum cuidam damno forent; cujus intuitu, hæc & similia statuendi facultas, denique inter *Jura territorialia quæ ex suppositione*, quod hoc rerum Statu alius negotiorum exitus esse non possit, talia dicuntur, fuerat relata. & quoniã ista omnia fere legationum interventu efficiuntur per se patet, in hanc quoq; classem ipsum, de quo quærimus, *Legationum jus*, tanquam illustri loco, debere collocari,

XV. Sicut

XV. Sicut autem novissimâ hac sententia, propriam hujus juris originem exponi, diximus; ita tamen non repugnabimus multum Illis, qui ex *Communicatione jurium Majestatis*, Statibus facta, eam potestatem derivant. quod summo Viro Jo. Strauchio diff. Exot. VIII, 6. Lampadio de Rep. R. G. p. III. c. 20. §. 10. 13. Ottoni Jur. publ. c. 14. p. 509 placere video. ausim asserere, hos in effectu nihil discrepare, nisi quod, quoad nostrum concipiendi modum, prior sit illa *communicatio*, & veluti causa *Superioritatis* virtualis: alias tanta in Statibus utriusque facultatis est propinquitas, & conjunctio intima, ut in actu rerum vix queant discerni. quæ ipsis horum Doctorum hypothesebus apprimè conveniunt. certe Illustri Strauchio, Diff. Exot. IV, 22. hæc *superioritas territorialis est affectio propria, & essentialis consecutivum civis Imperii*, cujus rationem formalem atque adeo essentialis constitutivum, in communicatione majestatis consistere, supra ostendimus, ita ut regulariter in Imperii subditis, positâ vel negatâ qualitate *Status*, ponatur vel negetur jus territoriale, & vice-versa: add. Diff. de Statut. à summ. Princ. §. 7. & alibi, in Statibus hos duos respectus, qui ex communione Majestatis, & jure superioritatis resultant, quorumque intuitu modo imperare, modo parere dicuntur Illi, mutuo nexu tam arte se completi, ut non patiantur disjungi, disertè scripsit, Justit. Jur. Publ. l. 1. tit. 14. §. 9. Lampadius quoque laudatio operis p. III. c. 3. §. 3. non tantum in definitionem *Status*, supra allegatam, utrumque caput, composuit,

compoluit, quam Imperii nostri usibus maxime commodam judicat. *Conringius*, in annotatis, sed & postea ex jure suffragii in Comitibus ferendi, in quo ipsa Majestatis communicatio revera consistit seque exserit, *Stannum Superioritatem* hodie derivandam censet, si regiam illam & subditam jurisdictionem, *Statibus*, non verborum lenociniis, sed reapse, adstruere & volumus & possumus, quod in sequentibus amplius excoquitur ita, ut denique concludat, in robur ad Comitibus spectantibus, Principes in suis ditionibus habere majestaticam seu supremam jurisdictionem, quam superioritatem vulgo vocamus. quæ verba si crude accipiantur, falsa omnino sunt; sicut eo nomine censuram illam addiderunt *Conringiana annotata*, & ex his, quæ supra dissertavimus, facile possunt refelli. possumus tamen tolerare, ut summa & majestatica dicatur illa Superioritas, si commode explicetur eo sensu, quem alibi proposuimus ac defendere sumus conati, nimirum quatenus consideratur non in se & abstractivè, sed concretivè, sicut cum philosophis loqui licet, hoc est, quatenus in certa subjecto Majestaticam arctè est connexa, ut quædam è visceribus majestatis progressa virtus, se ei veluti insinuet, vigoremque Majestatico-gnatarum conciliet; & hoc modo intelligi fortassis voluit *Lampadius*, quando, non in universum omnium, sed duntaxat earum rerum, quæ in Comitibus peraguntur, jure summæ potestatis, Principibus in suis ditionibus majestaticam jurisdictionem asseruit, propter intimam illam conjunctionem,

tionem, quâ mutuâ ope, & indivulso agendâ principio in actus sui perfectionem convalescunt, Majestas, alio respectu Statibus competens & Superioritas Territorialis, in exercitium administrationis provincialis degressa; ut illa hinc dignitatis suæ potestatisque splendorem pariter ac efficaciam quandam largiri ac dispensare intelligatur. Concedemus itaque omnibus illis, qui cavillari desierunt, in superioritate esse majestaticum quid, dummodo nobis vicissim, non proprium, sed aliunde communicatum id esse, concedatur. Atqui jam satis puto constabit, quam proximi nobis sint, qui facultatem mittendi legatos, territoriorum nomine, Statibus, ex facta iisdem Majestatis jurium communicatione, attribuant, nam forte non alia, quam quæ loquendi compendio definitur, diversitatis ratio, poterit reperiri, at vero illa hec parum debet attendi, postquam in argumento civilis operis, & quod actionibus hominum moribusque continetur, nimium sectari *excessus*, in tricis sæpe desituram, inter deliquia disciplinæ, apud Eruditiores prædem haberi cepit, quod eo magis in re præsentî valere debet, dum multas ob rationes plenius cognoscere hujus juris varietates & intrementa non possumus, nisi radii illius Majestatici, in Territoriali Superioritate resplendentis, habeamus rationem. Verum quemadmodum ista se invicem juvent illustrentque, in ipso susceptæ tractationis decursu cognoscetur.

XVI. Ex his quæ hæcenus, disseruimus fundamenta

men,

menta nobis suppeditantur satis luculenta, quib⁹ retrundi queant injecte supra difficultates, ac si propterea, quod jus legationis externo, nō civi, comparatū sit, de Statibus dubitandi locus esset. Utiq; legatos mittere non possunt cives, quales fuerunt in Republica olim Romana illi, de quibus *Li-
viano loco* agitur, *M. Manlius* ac *asseclæ*, vel *An-
tonius* apud *Ciceronem*, aut *Fulvius Flaccus* apud *Vellejum*, hoc est, privati homines, in Republica quotidiano formæ ac regiminis civitis habitu instructa, mere subditi, quibus præter obsequii gloriam nihil est relictum, cum autem alias quoque *hi qui ex parte subditi sunt, ex parte non sunt, præ ea parte, quâ non sunt subditi, jus habent legationis*, uti *Grotius de I. B. P. II, 18, 2.* nos docuit, de *Nōstris*, quidem, nemo puto mirabitur, quibus summum quoque certum iudicium Dii dedere, quorumque conditio ad rationes civium, aliarum Rerumpublicarum, quotquot orbis habuit, forte etiam habiturus est, frustra exigitur; hæc enim est mira illa & singularis Reipublicæ Imperii nostri compages, quod pareant in ea, qui Imperantibus aliorum Imperiorum, nec potestatis, nec dignitatis præeminentia quicquam concedunt, cui in omni antiquitate quid confetti possit, nemo hominum hætenus quivit repetite, sicut ingentia est confessio *Thuani*, quam in Digressionē, de Germania ejusque Statu atque administratione, *principio libri secundi Historiarum suarum*, instituta, professo multum candore edidit, hoc volunt Impe-

fi iura, quibus Status publicus instruitur atque continetur, quibus nulla aliarum gentium iura possunt opponi, iura inquam, qualia, postquam Respublica suam voluntatem sacrata perpetuaque lege sancivit ita declaravitque, domi religiose venerantur custodiuntque nostri; omnes autem foris Christianæ ac barbaræ potestates, maximi Reges, Principes, Status, Respublicæ, etiam æmulæ nationes, agnoscunt, suoque iudicio, studio, stilo prædicant. his itaque standum, quamdiu ipsa stat Respublica, & consuetudinis tam inveteratæ auctoritas, adversus quam interim non valet subtilitas disputandi, aliquando, ab exteris inepte, à civibus scelerate, excogitata.

CAPUT. VII.

Quando & quibus gradibus legationum jus acquisiverint Ordines.

- I. Initia huius juris partim à tempore communicata cum Status majestatis, partim ab originatione Superioritatis Territorialis derivanda sunt.*
- II. In Legationibus nomine Imperii mittendis, consensus Ordinum necessitas, ante Maximilianum I non potest ostendi.*
- III. Quo tempore Superioritatem Territoriale[m] consecuti sint Ordines diversa sententia.*
- IV. A prima origine res repetitur; qualis Germania Status sub Romanis, ad Francos usque.*
- V. Ut fuerit sub Francis, ad Carolum M.*
- VI. Franci more Romanorum devictas provincias administrabant.*

VII.

- VII. *Qualis tam fuerit legationum juris habitus.*
 IIX. *Duravit is rerum status ad tempora fere Henrici IV.*
 IX. *Sub quo & sequentibus legationum proprio nomine mittendarum consuetudo principibus frequentior facta.*
 X. *Sub dicto no seculi XIII. inter regno cum aliis juribus adulta.*
 XI. *A ceteris Imp. non adempta penitus, sed restricta est.*
 XII. *Et expressa confirmatione denique roborata.*
 XIII. *Pro diversa temporum ratione, etiam Legationes ha diversimode considerande sunt.*
 XIV. *Nova Nonnemini circa originem Superioritatis Territorialis opinio refertur.*
 XV. *Quid pro communi sententia dici possit.*
 XVI. XVII. *Rationes afferuntur.*
 XIX. XX. *Quid nova opponi possit.*
 XXI. *Momenta totius controversia quenam.*

I. **Q**uoniam vero is demum, qui resut à principio oriuntur aut nascuntur inspexerit, hoc modo optime rei veritatem cognoverit, momente *Aristolel. 1. pol. c. 2. pr.* non fuerit forte in-tempestivum, si & heic, quibus initjis legationum jus consecuti sint Ordines, inquirere sustineamus, quod postea ad tantum sui splendorem excrevisse cernimus. cujus quidem rei definitio, si de legationibus nomine *Imperii* mittendis loquamur, ad ea tempora referri debet, quibus in consortium summæ potestatis sunt admissi Illi; si vero de *Territorialibus* intelligas, ab originatione

ne Superioritatis Territorialis, tanquam causa præjudiciali, dependet, atque inde derivanda est, cum enim ex isto fundamento, hanc facultatem Statibus antea asseruerimus, per se patet, natales utriusque æquale habere tempus.

II. Quod priorem attinet respectum, facultatis hujus initia ex iis, quæ supra disseruimus, colligi possunt. Inde enim à Carolino seculo ad tempora fere Maximiliani I. vix poterit ostendi, interdimitendis Imperialibus Legationibus concurrisse Ordines, ita, ut suo consensu efficaciam auctoritatemque iisdem conciliarent, quin potius solius Imperatoris auspicio universum negotium fuisse susceptum, habitus Reipublicæ, si ipsum imperandi jus respicias, hætenus tere Monarchicus, satis arguit, & infinita legationū, ad Græcos Imperatores, aliosque externos principes, missarum exempla demonstrant, qualia passim obvia sunt. loquor de concursu & consensu *autocratoricō*; adhibuisse enim Imperatores etiam illis temporibus, in casibus præsertim gravioris momenti, procerum consilium, temere non negaverim, & jam à *Friderico I.* adornatæ legationes ita describuntur auctoribus æqualibus ut *consilii Primatum* in iis expressa fiat mentio, acta enim legationis, quam, fœderis causâ cum Manuele, Constantinopolitano Imperatore, contra Rogerii Siculi filium Guilhelmum, conficiendi, adornabat, disertè apud *Ottonem Frisingensem de gest. Frider. l. 2 c. 11.* docent, *Fridericum in Comitibus Ratisbonensibus pertractasse ejus fœderis condiciones & prima-*

*privatum suorum Consilia legatos in Graciam destinandos ordinasse. sed & in sequentibus l. 2. c. 23. cum in castris ad Anconam positis, Legatos ejusdem Manuelis audivisset, non nisi accepto Principum, qui cum ipso erant, consilio, ejus negotii causâ novam legationem in Graciam destinavisse. Verum imperitus admodum sit rerum civilium, oportet, qui ex ejusmodi exemplis colligere auit, ejus jam XVI Cæsares absque Statuum consensu, Imperii nomine legationes nullas mittere potuisse, in quibus tamen, ut consensum Ordinum adhiberent, manifestum est, eos nulla *juris necessitate* fuisse, coactos, sed inductos potius communi omnibus Imperantibus ratione, quæ *alieni consilii* usum, præsertim illorum, qui consiliorum progressus suntibus aut opera promovere tenentur, suadet atque comendat, à qua nihilominus pro arbitrio recedere iisdem licet, & Nostris inde recedere alias placuisse iterum exempla testantur, sicut vel decimo quarto adhuc seculo, Ludovicum Bavarum, ad Eduardum Anglum, legatos misisse, fœdus, cum eodem adversus Philippum Galliarum Regem iniisse, Philippo bellum denuntiasse & hæc omnia Ipsum quidem, Imperatoria auctoritate, Regni autem *Principes* amplius non adhibuisse, quam quod perfectâ legatione, *monuerit* eos, *assisterent Imperio, ut tenerentur*, præter *Henrici Rehdorfi Annales, Alberti Argentinenfis Chronicon.* ad A. 1339. consignavit. Possumus & illud admittere: annos subinde fuisse Principes, sicut in alijs summi Imperii partibus, ita hæc quoque,*

quoq; ut sine eorum consensu nihil susciperetur, idq; acrius interdum interdum moderatius contemdisse, in ipso quoque civilis administrationis actu, institutum aut secius exercuisse prætentam auctoritatem, prout nempe qui præerant Imperatores, indulgere iisdem, vel majori severitate regnandi jura sibi asserere, publico rerum Statui, aut iuræ etiam indoli convenire magis arbitrabantur: sed hæc certamina fuerunt, quæ non divulserunt Reipublicæ simplicitatem, nec in vim legis aut juris necessitatem, eo quidem tempore, evaluere, donec Maximilianus I. se pariter atque Status Imperii, in id, expressa pactio, adstrinxit, postquam, sicut de facultate Principum Ordinumq; tot præsertim Cæsarearum Capitulationum & Westphalicæ Sanctionis repetitionibus confirmata, dubitare velle flagitiosum foret, ita vicissim ante eandem positivum illorum consensu necessitas, constanter legaliterque doceri utique non poterit. Cæterum hæc plenius exponere non est hujus loci, cum non Imperii, sed *subalternarum Rerum publicarum* legationibus describendis destinata sit hæc tractatio, monenda tamen ideo fuerant, quod multum eorum quæ deinceps dicentur, principium continent, pro diversa enim Status summi Imperii ratione etiam inferiores Respublicæ, quique iis regendis sunt præpositi, Principes, ac Status, aliter atque aliter se habere ceperunt.

III. Itaque ut ad *posteriores considerationes* transeamus, ex eo tempore *Territoriorum nominis* le-

ne legatos mittere cepisse Status, quo Territorialis, quam vocant, superioritatis, sunt competes facti, dubio caret. Quando autem posterius hoc factum sit, adeo expeditum non est, ut in recensendis superioritatis hujus originibus, contrarias penitus inter se sententias foveant Doctores. *Aliquis enim in Carolum usque Magnum oculos convertunt, in quorum numero Carpozovium de L. Reg. c. 1. sect. 12. n. 8. Autorem responsi Frisberg. par. 2. n. 6. aliosque esse videmus: quos tamen maxime falli notavit Magnificus Eybenius. diss. de Origine illius, tantum potest Princeps in suo Territorio. c. 3. quod Caroliniævi auspiciis, Regum potestas, quæ posterioribus Merovingorum temporibus imminuta penitus obsoleverat, ad illustre & plenum fastigium evahuerit. Exadversum alii nuper demum ortum Ejus agnoscunt, quemadmodum Autor der Kaysersheimischen Confutation satis confidenter, die Lands. Fürstliche Oberkeit / ist vor Alters im Reich ein gang umbekandt Ding gewesen / und ist erst ein neuer factus nostri seculi. apud Limnaum Add. T. 1. ad IV, 8, 182. sed hoc quoque sobriè capiendum monuit Consultissimus Rhetius diss. de jur. Stat. Imp. circ. sac. c. 2. §. 14. Equidem, si de vocabulo intelligatur, poterit aliquatenus excusari saltem quoad illam, in qua nunc accipitur, definitionem, sed res ipsâ remotiora utique continet initia, in quibus tamen definitam certitudinem historia non suppeditat. & hoc est, quod Bodinus quoque de Rep. l. 2. c. 6. p. 358. se neminem vidisse, dicat, qui*

I 5

scripse-

scripserit, quando hoc contigerit, additâ propria difficultatis hujus ratione, quoniam quæ paulatim irrepere solent, vix unquam percipiuntur, nec nisi conversione secuta, sentiuntur, poterit tamen huic rei lux quædam forte accedere, si quis, qualis Germaniæ nostræ Status fuerit, ab ipso rerum primordio repetere, & per signantiores periodos deducere iustineret. Quod ex sequenti narratione breviter potest cognosci.

IV. Quinam initio Germaniam incoluerint populi, quæ publici Eorum Regiminis rationes, & in univertum, res bello atque pace gestæ, fuerint, nullos penitus scriptotes, si Berosi aliorumque poeticas fabulas excipias, literis consignasse, tam notum est: quam dolendum publicè. Etiam adultis jam Romanorum rebus, propter amata armorum potius, quam literarum studia, obscura gentis historia, primum *Julii Casaris*, & *Taciti* postmodum, adeoque non exterorum tantum sed hostilium quoq; autorum, monumentis inclaruit, suiq; aliquâ memoriam hoc modo derivavit in posteros, dum enim Romanis rebus celebrandis operam illi destinarunt, simul facinora Germanorum, quibuscum jam bellis ceperant collidi isti & cætera, quæ publicum gentis statum attinent, ex lege historiæ, non poterant reticere: sicut autem horum indicio cognoscimus, vastissimum terrarum spatium, complexos populos, numero præprimis ac robore virorum valuisse, ita Regiminis modum, indoli suæ habuisse satis congruentem vicissim apparet.

singuli

Singuli autē suam sibi habebant civitatem, à cæteris separatam, quæ in cōmune imperium nunquam concesserunt, & quamvis quoad formam ipsam aliqualis intercedebat Reipublicæ diversitas, ubique tamen libertatis habebatur ratio; plerique quidem populari imperio gaudebant; aliqui Regibus etiam paruerant, quibus vero nec infinita aut libera potestas, sed autoritas suadendi magis, quam jubendi potestas; nam quæ trans Lygios memorantur Gothones, regnabantur paulo jam adductius, quam cæteræ Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem; nisi quod Suiōnibus unus imperitabat, nullis jam exceptionibus, non precario jure parendi. eligebantur insuper in Conciliis *Principes* qui jura per pagos vicosque reddebant, his centeni singulis ex plebe *Comites*, consilium simul & autoritas aderant, si belli ingruerat necessitas, *Duces* ex virtute sumebantur, qui exemplo potius quam imperio præerant. Quæ omnia locis propriis distinxit confirmavitque *Philippus Cluverius* in absolutissimo opere *Germania antiqua* l. I. c. 37. In tanta autem Rerumpublicarum multitudine legationes fuisse frequentes dubium non est, præprimis cum assiduis inter se dissidiis concertabant atque bellis, quibus componendis earum operâ utique indigebant: sane istarum nationum in mutuos legatos studii luculentum apud *Tacitum Germ. V, 5.* habemus testimonium, quod *argentea vasa Legatis muneri sunt data.* hos autem mittendi jus ubi resederit ex dictis colligi facile potest.

est. Durabat hæc administrandi Reipublicæ ratio, adeoque; Regulorum, Principum, Ducum, Comitumque veterum conditio, quousque partem Germaniæ cisRhenanā paulatim inde jam ab Augusto Tiberio ac reliquis, suæ potestatis fecerunt Romani Imperatores denique, ubi in plures distributis provincias populis, Magistratus, qui regerent eos, Præfectorum vel præsidum nomine primum, postea eodem quidem, Ducum Comitumque titulo, sed jure admodum diverso, dabantur, cum qui antea libertate gaudebant civili, jam in subditorum statum plane redacti, herili satis imperio regerentur, ad modum nempe cæterarum Romanarum provinciarum, quarum conditio, quam dura fuerit, per se notum est: nomina autem talium præfectorum, non solum *notitia Romani Imperii*, ac *Pancirollia* in Nobili Commentario, sed & scriptorum alii, *Tacitus*, *Dia*, *Ammianus Marcellinus*, postea *Procopius*, *Agathias*, *Cassiodorus*, multa consignarunt, & quæ in universum ad noscendum harum provinciarum Statum pertinent, ex propriis autoribus conduxit *Lehman. Chr. Spir. l. 1. c. 9.* Germania vero Trans-Rhenana, utut ab iisdem Romanis aliquoties armis lacesita fuerit, priscam tamen libertatem, primamque Reip. suæ faciem constanter retinuit, donec eandem, & quicquid antea Romani juris fuerat omne, in unam Respublicam coegerunt Franci.

V. Interea quamdiu, diversi isti TransRhenanæ Germaniæ populi, in varias adhuc Respublicas

cas scissi, more antiquo regebantur, non tantum in sua quaque civitate, varias sentiebant mutationes, quando, quæ nunc polyarchico administrata regimine, aliàs unius regno vel Principatui, interdum liberiori, quandoq; frænata magis potestate, commissa fuit; Sed & libertatis nimis impatientes, denique furialibus armis in mutuum sui destructionem tanto conatu prouerunt singuli, ut universi commune sibi exitium conuenerint, aliisque, rebus suis impermixtis, cesserint in prædam, sicut nominatim de *Francis* dici potest, quorum eo tempore celebrius fieri cepit nomen, ipsi verò ad Germanos an Gallos primam referant originem, disputatum inter Eruditos, nam qui cum *Hunibaldo*, à Trojanis ambitioso figmento illos deduxerunt, pridem sunt explosi: sicut verò pro Gallis calamum strinxit *Bodinus Meth. Hist. c. 9.* & suæ gentis Scriptores plures, *Limnao Notit. Regn. Franc. c. 1. in not. l. dd.* citati: ita ex altera parte, Germanos hos & domo & natione fuisse, hoc est, in media Germania habuisse originem, & sedem sui regni, luculenter ostendit *Philippus Cluverius nostras, laudat operis l. 3. c. 20.* quod nec ipsi ex Gallis Eruditiores amplius diffitentur, iisque pro finibus ab Oriente, *Turingiam & Saxoniam*, ab Occidente, *Rhenum & Gallias*, à Septentrione, *Oceanum Germanicum, a meridie, Alamanniam & Sueviam* assignant, multosque populos Francorum Regionem, continuisse annuntiant, e quibus *Rhenum* accoluerint *Attuarii, Brueri, & Chamavi* ad ostium fluminis positi, ac *Salli,*

lii, Oceani litora, Frisii & Chauci, interiora terrarum, Amstvarii, Catti, aliq, habitaverint, sicut post Vignierium & Pontanum tradidit Hadrianus Valesius, prefatione ad *Gesta Veterum Francorum*; Quorum omnium quidem origines, & progressus, quibus in Francicum nomen & jus concesserunt, signare specialius, extra instituti nostri rationem consistit, & pridem à Doctissimis Viris est præstitum, sicut ex nostris *Wolfgangus Lazius*, memorabili opere de migrationibus gentium industriam huc quoq; suam intendit; inter Gallos verò, præcipuè commendari meretur, laudatus modo Valesius, cujus supplementum aliquod & specilegium creditus est concinasse *Gottefridus Wendelinus* in solo natali *Legum Salicarum*, quod inter opera *Chifletiana*, quibus *Vindicias Hispanicas* complexus est, exhibetur, ut taceam insignia illa monumenta, quibus totus ferè *Tomus primus, Corporis Scriptorum Francicorum*, ab *Andrea & Francisco du Chesne* editi, constat. illud propius ad nos attinet, quod occasione memoratarum discordiarum, non solum liberæ istæ hætenus Germanicæ Gentes Francorum invasionibus opportunæ sint redditæ, verum & quæ jam sub ditione erant Romanorum, pertæsa laborum & herilis dominatus, nova aliorum imperia, Romano præsertim ad interitum suum vergente, circumspicere ceperint, sicut nominatim *Francos Dominos summo desiderio cupivisse* testis est *Gregorius Turonensis l. 2. Hist. c. 36. Neque sane legnes fuerunt Francisci Reges,*

Reges, qui omnem impenderunt operam, donec cunctos istos populos, in unum Reip. corpus, sub suo imperio, colligerent, quod quidem diversis gradibus factum, quos veluti per indicem consignavit *Lehm. Chr. Spir. l. 2. c. 1.* Circa finem *saeculi quinti*, victoria Tolbiaci contra Alemannos obtenta, *Clodoveus*, quicquid Alemannici fuerat iuris, Suteviam, Bavariam, Helvetiam, subegit, quod idem *Turonensis l. 2. c. 30.* consignavit, cum enim regem suum cernerent interceptum *Alemanni*, *Clodovei* conditionibus subdunt, dicentes: *ne amplius, quaesumus, pereat populus, jam tuis sumus.* & docent *Annales* heic quoque ad rigorem bellici juris, quod praeter *Albericum Gentilem de J. B. III, 9. seqq.* explicavit *Hug. Grotius de J. B. R. III, 8, 1.*, habitos esse devictos istos populos, quatenus non tantum Respublica eorum destructa, sed & subjecta est, Francorum imperio, si non herili penitus, saltem ex civili & herili ita mixto, ut parum abfuerit, quin personalem quoque subiisse servitutem dicentur: certè quam miseram inservitutem pervenerint, saltem plurimi, etiam ex ista *Joachimi Vadiani, de obscuris Alemannicorum verborum significationibus, Epistola, ad Heinricum Bullingerum*, quam Tomo II. *Antiq. Alemann.* p. 82. exhibet *Goldastus*, apparet, qui plenam esse fuisse tradit servituti & servitutibus *Alemanniam*, cuius magna pars sit *Helvetia*, nec est, quod sciam, inquit, *monsanus pagus aliquis Helveticus*, qui, rebus Francorum florentibus, durissimam illam servitutem non servierit. Fuit autem Vix ille rerum

inprimis

in primis Alemannicarum eximie peritus, & æqualibus instructus monumentis, sicut expressè etiam hic subjicit, extare tabulas veteres, quæ hanc rem clarissime testentur. Iisdem temporibus quædam cis Rhenum magnæ Sequanorum provinciæ & Germaniæ primæ, vel ut *Sigebertus Gemblacensis A. 489.* loquitur, *quisquid galliarum sub iure erat Romanorum, ad ius Francorum transtulit, Clodovæus, & A. 496. regnum Francorum usque sequanam dilatavit.* Seculo Sexto, Thuringia, ab Antecessoribus tegibus jam variis bellis lacerata, nunc ob perjurii crimen *Hermanfridi Regis Thuringorum*, à *Theodorico Francorum Rege*, in auxilium *Chlodario* fratre suo vocato, petebatur, qui etiam patrata victoria, regionem illam capessunt, & in suam redigunt potestatem, ut autor est *Turonensis l. 3. c. 7.* qui de *Clodovæo* idem dixerat *l. 2. c. 27.* de illa Regni Turingici ad Francos translatione *Honorium Fortunatum, Episcopum Pictaviensem* librum scripsisse, qui nondum in lucem prodierit, notat *Fabric. Orig. Saxon. l. 6. p. 571.* non desunt, qui & hunc populum in servitutem compulsam dicunt, quod asserere nolumus, illud tamen certum est, jus civitatis sub Francis non retinuisse, sed imperio subiectum, magistratus & leges accepisse ex victoris arbitrio. Præterea *Chlotarius & Childebertus, Burgundiam* invaserunt, fugatoque Rege *ius Godmaro, regnum Burgundiæ Francorum* subjugavere ditioni, *Aimon. de gest. Franc. l. 2. c. 7. Turonens. l. 3. c. 11.* Demum octavo seculo, circa *A. 728. Frisiorum regnum* adori-

bantur

bantur Franci, quod etiam, devicto eorum Rege Radbodo, Carolus Martellus & postea Pipinus in provinciam formam redegerunt. Eadem ferè fortuna fuerat Saxonum, nam & tributum reddere Francorum Regibus sunt coacti, & reliqua devictarum gentium onera subire, nisi quod post varias rebelliones, bello aliquoties iterumque petiti, denique à Carolo M. feliciores pacis leges, quam populi ceteri, consequerentur, ut ex Eginharti libro de vita & gestis Caroli M. constat, eà conditione à Rege proposita, & ab illis subscripta, tractum per tot annos (triginta tres ante nominavit) bellum esse finitum, ut abjecto Damoniorum cultu, & relictis patriis ceremoniis, Christiana fidei atque religionis sacramenta perciperent, atque Franci adunati, unus cum eis populus efficerentur, additâ tamen eà pœnæ pactione, ut ingenuitatem suam & omnia sua perdant, si unquam à fidelitate Christi, & Regis desistant, de qua Sigebertus Gemblacensis ad A. 777. quæ satis restantur, ex temperamento bellici iustis, quod circa acquisitionem imperii Victoribus commendatur apud Grotium de J. B. P. III, 15, 3. Carolum reliquisse aliquam quidem libertatem Saxonibus, sed qua, non nisi in ipsa Francorum Civitate fruerentur, hoc est, ut amplius civitatem illi seorsum non constituerent, sed imperium alterius Civitatis tenerentur agnoscere, quo casu non manere Civitatem, quantacunque etiam speciosa pristinae libertatis nomina obtendantur, sed fieri appendicem partemque illius, cujus suprema potestate continetur, expeditum est.

VI. Ut autem omnes, Germaniæ, in plures antea civitates disgregatæ, populi, sub unâ Francorum Republicam eo tempore pervenerint, illiusque facta sint membra, diversa tamen singulorum fuerat conditio: Nonnulli enim in societatem regni Francici accepti, civitatem unam ex duabus fecerunt, exemplo olim Sabinorum & Albinorum, apud Romanos, *Livio* descripto, sicut modò de Saxonibus dictum est: alii ejusmodi accessionis vice sunt habiti, qualis Romanorum erant provinciæ, membra nimirum minus digna magnæ Civitatis, quomodo servi membra sunt familiæ, atque hoc quidem majori iterum minore libertatis specie, quæ omnia, *Summus Vir, Hermannus Conringius, Exercitationum Academicarum de Republica Imperii Germanici*, variis æqualium Scriptorum locis adductis ostendit passim confirmavitque, unde satis condiscimus omnia fere, quæ Romanorum Imperium Germanicis gentibus grave reddiderant, postquam à Francis subactæ sunt, fuisse retenta, & utrobique durum æque fuisse obsequium, cum & Franci juravictorum in devictos more Romanorum sibi sumserint, tributa indixerint, leges dederint & Magistratus, ex ipsorum nutu dependentes, quorum Ordinarii Ducum, Comitumque, extraordinarii Missorum nomine appellabantur, jus quoque militem legendi ex omni ingenuorum numero acriter exercuerint: imò ab ipsis Romanis hoc accepisse, eosque imitatos esse, Francos, non à vetustissimis Germanis, ut aliqui opinantur, disertè tradit

tradit *Bignonius ad Marculfum* 1, 8. & contra *Zu-
sium, Rulandum, Colerum, Cluverium*, id negan-
tes, amplius asseruerunt *Althammerus, Besoldus,
Conringius* aliique: præclarus in hanc rem locus
est *Vadiani de Collegio Monasteriique German.
Veterib.* l. 1. p. 35. de *Francis* memorantis, quod am-
plissimum Regnum suum *Ducum* maxime & *Comi-
tam* operâ moderabantur, qui in illa quidem etate
non suam, seu propriam, sed publicam regni ditionem
administrabant. Perinde enim, ut apud Romanos,
Pro Consules, Praesides, Quaestores, Procuratores, ita
in Francorum regno *Duces, Comites* & qui *Camera
nuncii* dicebantur, aliena potestatis functionem ge-
rebant, *Duces* rei maxime militari intenti erant,
quod è Germanico ipsorum nomine, hodiè quoque
durante, discimus. *Deus*q; enim exercitus *Ducem*
significat, *Comites* autem, & eis inferiores *Centenarij*,
& ipsi vicarii Principis iustitiæ administranda,
vindicanisque criminibus & publica tranquill-
tatis retinenda, tanquam *Praesides* agebant. *Camera
nuncii* per Franciam & *Alemanniam* reddituum re-
giorum & fiscalis pecuniarationem exigebant. *Mis-
si* ipsi quater in anno causis cognoscendis *praeside-
bant*. hyeme quidem in mense *Januario*, vere in *Ap-
rili*, aestate in *Junio*, autumno in *Octobri*, & initio
quidem istas dignitates *Ducum Comitumque*
non fuisse perpetuas, multo minus hereditarias,
sed plerumque ad certum tempus restrictas, &
ambulatorias pro *arbitrio Regum* conceden-
tium, ab aliis sufficienter est ostensum.

VII. Quale tum temporis eorum, qui Ger-

K a

manis

maniz populis præerant, jus fuerit mittendarum recipiendarumque legationum, ex hæcenus differtatis facile potest judicari. Antequam enim sub Francicum redigerentur imperium, penes *Regulos, Duces, primores, Satrapas, Dynastas, potentes regionis*, ut variè appellabantur, vel *ipsum populum*, hoc est penes illos, qui pro diversa regiminis forma, subjectum sumæ potestatis proprium constituiebant, istam fuisse facultatem, dubio caret, ejusque rei testimonium satis luculentum præbent tot legationum exempla, quibus non solum inter se invicem varii Germanicæ nationis populi, sed cum externis quoque Regibus Gothorum, Longobardorum, Francorum, aliisque, belli pacisque commercia agebant, qualibus *Annales Veteres* passim exhibent: cum autem mutato Republicæ Statu, ut cætera majestatis jura, ita legationum quoque, ibi sit quærendum, ubi summa civilis potestas existit, facile apparet, devictarum à Francis provinciarum, earumque Rectorum qualis fuerit potestas, quando dimittere, ad Principem præsertim suum, legatos, non quidem deserunt penitus, sed qui tum alio censu haberi non poterant, quam Romæ olim habebantur ex provinciis venientes, nisi quod aliquando libertatis vindicandæ studio aliquid ultra sibi sumere aliqui sint annisi, & in bellis civilibus necessitas interdum majorem locum fecerit huic juri, extra regulam.

IX. Quamvis enim, qui sub ultimis ex Merovæa stirpe Regibus in libertatem se atterere sustinuerunt populi, victricibus Caroli M. armis repressi

pressi sint iterum ac redacti satis in ordinem, Ejus tamen posterorum non par fuit felicitas: sicut statim *Ludovici Pii* facilitatem, illecebram fuisse peccandi Ducibus, Comitibus, Præfectis aliis, notat *Basclerus in Ludovico Pio p. 55.* & mutuas sequentium Carolingicorum Regum Caesarumque concertationes, non parum consilia procerum, in proprios principatus ac Respublicas diversas, commissas sibi provincias, quasi postliminio reducere tendentium, promovisse, historiarum fide docemur, dum præsertim *Caroli* instituta, quibus ad sui fastigii venerationem componere istos consueverat, fere negligerentur, animadvertibat *Carolus*, Ducatus, nimis lata terrarum spatia complexos, difficilius contineri, plerosque sustulit, ac ampliores provincias in plures divisas partes, Comitibus regendas concessit: post *Carolum* vero Comitatus plures aboliti, in Ducatus iterum coaluere, suisque præfectis ad usurpandum oportuniore sunt redditæ: olim ista officia, utpote beneficii jure indulta, nec perpetua erant nec hæreditaria, quædam, regum munificentia speciali, ad filios, rara ad posteros ibant, nunc Magistratus perpetui primum facti, ut etiam ordinaria via non nisi sceleris convictos, exuere liceret dignitatibus, denique in hæreditarium jus paulatim abierunt: in morem quoque jam venerat, largitionibus elata ingenia sedare & in partem regnorum recipere, qui armis propulsari non poterant, quod videntes alii, sibi ipsis patrimonia augere inter domestica dissidia non destiterunt: Episcoporum

rum quoque fortuna creverat, qui cum antea ad religiones procurandas instituti, & à profanis negotiis submoti essent, nunc pietate regum anxiam latissimas per Germaniam regiones inhabitare, atque ita ad Principum munia & potentiam simul surgere ceperunt, ut adeo exinde cum Carolino sanguine, Francici Regni majestas concidisse videretur. Quantaunque tamen fuerit seculo inde nono Ducum, Comitum, Episcoporum autoritas, ad mutationem certe ipsius Reipublicæ nondum evaluit, cum & quos, extincta Carolina stirpe, Germani ex suæ nationis proceribus imperio admoverunt, Reges, Imperatoresque, in suam arreptos libertatem istos satis coercuerint, sicut statim circa initia seculi decimi de *Conrado I. præter Luitprandum l. 2. c. 7. Sigebertus Gemblacensis ad A. 914.* notavit, ipsum potentiores regni principes adversum se rebellionem meditados, scilicet *Arnoldum de Bajoaria Burchardum de Suevia, Everhardum de Francia, Gilebertum de Lotharingia, & horum omnium præcellentiorem, Henricum Ducem de Saxoniam & Thuringiam, tam sapientia quam fortitudine in gratiam secum reduxisse.* de Successore ejus *Henrico I. familia tradit Witichindus. de Ottone I. Continuator Reginonis. de Ottone II. Sigebertus Gemblacensis & Lambertus Schafnaburgensis; seculo undecimo, de Conrado II. Wippo & Autor Chronici Coloniensis,* ex quibus sufficienter apparet, adversus ejusmodi libertatis pristinae vindices strenue exercere jus suum non desisse Imperatores, quousque immu-

tura

tura Henrici IV. Imperium adveniens, ætas, ad conterendas Regiæ autoritatis vires majorem dedit occasionem, multum opitulante Pontifice, Gregorio VII. cujus utique auspiciis universa Germania seditionibus atque bellis est impleta, quando novo penitus & inaudito exemplo ille Imperatorem dixit devovere, solutisque Sacramenti religione Principibus, ex fastigio rerum deturbare eundem sustinuit, quibus id effectum est, ut immane quantum potentia Procerum cresceret, quum in sua quisque provincia absolutum paulatim exerceret principatum, & tot gentium atque populorum mentes, antea in unius Imperatoris reverentiam intentæ, ad istos modo vicarios, & mox Dominos, propiore periculo vel utilitate accederent.

IX. Certum enim est, incrementa potestatis Ducum Principumque hætenus latentia, sub Henrico IV. se primum majori specie ostentasse, cum olim, & initio hujus seculi, variis artibus usurpari cœptam, belli confœderationumque consuetudinem, animosius nunc sibi asserere ausi fuerint isti, unde etiam legationum usus hîc, veluti insigni loco, commemorari debet, quales non solum ad Imperatorem, sed & inter Status, nominatim Saxones & Principes Rheni, oriente bello Saxonico, frequenter missas, ita describit *Lambertus Schafnaburgensis*, proprius horum temporum auctor, ut non parum juris illos in hac re sibi attribuisse, appareat, quando *juris gentium* quoque Sanctiones jam ejusmodi missionibus

prætexere non dubitaverunt. seculo *duodecimo*, idem fere rerum habitus, cum præsertim Henricus V. ob contemptum, quod imperii partem & summa inaugurationum Ecclesiasticarum jura, à Pontifice sibi extorqueri passus sit, indulgere Principibus, quam acriter resistere potius duceret, palam quoque dicere nunc consueville illos, aduersus quemcunque libertatem suam dignitatemque invadere conantem, ex lege defensionis armis se decertaturos, *Abbas Urspurgensis* consignavit.

X. Quamvis enim Fridericus I. omnes istiusmodi *conspiraciones & conventicula*, insuper *confederaciones & pacta*, quibus efficiendis potissima legationum opera absoluitur, proceribus regni inhibuerit, ut est apud *Radevicum*; turbulentissimus tamen Reip. Status hanc Sanctionem non permisit absque contraria multum praxi ad posteros descendere, quæ diuturno illo seculi *tertii decimi* interregno veluti in vim juris evaluisse vitâ est, quando potentiores, opportuna occasione, de communi corpore rationes suas separare, & in publica Imperii calamitate libertatem suam ac potentiam propriam stabilire conantes, hoc, & similia ad contextum Imperii summi pertinentia jura, constanter ac nemine contradicente, usurparunt, cæteri vero, qui viribus minus pollebant, ne istis moribus absorberentur penitus, ipsa necessitate, ad paria facinora, quib⁹ tranquillitatem, pacem, salutem suam tuerentur, se auctores existimaverunt, quo refero fere initia *Civita-
tatu m*

ratum legationum, absoluto quidem aliquatenus jure, adornatarum, quales isto tempore, superiori præsidio destitutas; in Rep. sua & regenda & cuncta munus Imperatoris obire cepisse, vel inde patere potest, quod foederibus, inter quæ primum memorabile fuit *Rhenanum*, Auctori *Chronica Augustensis & Alberio Stadensi* ad A. 1255. descriptum, adversus validiorum injurias sibi prospexerint, aliaque peregerint, antea sibi non arrogata, in quibus legatorum operam intervenisse, dubio caret. Sane in universum ea tum fuerat Principum Statuumque conditio, ut suas utilitates ipsi, quoquo modo possent, procurarent, defenderentque contra temporum injuriam, unde non poterat aliter fieri, quam ut in *subsidiis*, jurium summæ potestatis usum adhiberent, quæ restaurata postea Republica Imperatoribus non tantum non restituerunt, sed & in *ordinariis juris* titulum convertere, nec frustra penitus, sunt annisi: & hoc est quod multæ originem axiomatis illius, *quemlibet Statum tantum posse in suo Territorio quantum Imperator in toto Imperio*, in hæc tempora conjiciant.

XI. Postquam inter ista Imperatorum, pontificum, Principum, dissidia, foedamque temporum labem, incertum diu & quasi vagum Imperium suscepit tandem firmavitque Habsburgicæ gentis decus, Rudolphus I. statim ejus rei luculentum extitit specimen, cui sane prudentissimo Principi intempestivum videbatur, inveteratam velle subvertere potentiam, quam tot vindices, in

communis dignitatis securitatem coituri, defenderent, itaque maluit de jure Imperatorio aliquid remittere, quam acriori ejusdem exercitio, in nova pericula nutantem adhuc conjicere Rempublicam; ab eo tempore usurpata olim Principum potentia indies magis ac magis, consensu, patientia, possessione ac temporis lapsu, in justum atq; legitimum opus convaluit, ita tamen semper ad superiores Imperii leges est restricta, ut in perfectam civilemque libertatem abire nunquam potuerit; in ipso, de quo quærimus, legationum jure, illustre hujus rei exemplum, circa initia seculi *decimi quarti* observatum, præbet *Argentoratensis Civitas*, cujus legatos ad noviter electum Imperatorem, Henricum Luzelburgicum, adornatos, cum stylo, sui juris populo solenni, fere uterentur, aliquoties repulsam tulisse, nec prius fuisse ab Imperatore admissos, quam quoad obligationis suæ adversus Eundem memores, alias formulas, hujus suæ conditionis testes, usurparent, autor est *Albertus Argentinensis* ad A. 1308. ut recentiora addamus in declarationem rei per se manifestæ, nihil attinet.

XII. Fluctuavit autem diu hæc potestatis, in Imperio nostro incrementis, species, inter Imperatores, renitentes, & Status, in res suas intentos, quousque tot seculorum experimentis edocti, non posse aliter quietam consistere Rempublicam, isti, *expressa confirmatione* stabiliverunt, quæ consuetudine & moribus hæctenus sibi asserverant Principes. Quod quidem eodem seculo Electoribus

etoribus Bulla Aurea Caroli IV. præstitit. *Decimiquinti* exitu Constitutiones Maximiliani ad cæteros quoque Ordines extenderunt, singulorum v. securitati inde à seculo *decimo sexto* conferibi cæptæ Capitulationes Cætareæ prospexerunt amplius, donec *præsenti* demum, Westphalicæ pacis Sanctio complementum huic rei addidit, roboravitq; lege nunquam peritura, omnem istam Ordinum superioritatem.

XIII. Ex contexta hæctenus narratione illud conficitur, præter id, quod olim, uti provinciarum Rectores apud Romanos, miserint, tribus potissimum gradibus æstimari posse aliàs proprio quoddammodo jure adornatas Principum Statuumque Germaniæ legationes: nam quæ inde Carolingico seculo commemorantur in historiis, soli *civilium armorum licentiæ* utique innituntur: ab illo v. ævo, quo, vilescente Cæsarum auctoritate, in *anarchiam* quandam prolabi visa est communis Imperii Respublica, quod de temporibus Henricum IV. insecutis non male dixeris, forte *necessitas publica*, ac sola communis pacis tranquillitatisque tutela, harum usum, ut cætera hujus generis multa, poterit sustinere, quarum mittendarum facultatem & consuetudinem sane ab hinc, quo cum ipsis Statibus *summa* in Imperio *potestas communicata est*, & quæ vim quandam & singularem efficaciam inde habet, *Superioritas Territorialis*, hisdem concessa, aliter penitus æstimandam esse, quam antea æstimabatur, nemini puto obscurum fuerit.

XIV. Po-

XIV. Poterant hæc explicandis hujus juris originibus, sufficere, nisi ea negotium facerent, quibus *nonnemo* communiter hætenus receptam opinionem, operosius nuper impugnare sustinuit, quod Duces Comitesque provinciarum Germaniæ nihil minus olim quam *Magistratus*, sed *reguli* potius, stirpe illustres, ipsis Francicorum Germanorumque regum familiis innexi, & magnarum *terrarum*, quas hæreditario possidebant jure, *domini*, semper fuerint, ex veteribus gentium Germanicarum Principibus coorti, qui licet à Francis aliisque *victi*, plerumque tamen non omnino *subacti* sint, nec ditiones eorum in Provinciæ formam redactæ, sed potius *in fidem* susceptæ, & vel Principibus, qui ante tenebant, ipsis, ubi se submiserant, *Tributariis* ac *Vasallis* factis, vel substitutis in ejectorum locum, eorum cognatis, sub *fidelitatis* conditione relicta: & quamvis additi fuerint iudices & Comites, ut facilius in officio continentur isti reguli, hos tamen territorium *pleno jure* possedisse; posterisque suis per *successionem* reliquisse; quorum *dignitas* & *libertas* inde quoque perspiceretur, quod *bella* gesserint, *legationes* receperint, taliaque peregerint passim, quæ cum administratoribus & *Gubernatoribus* nudis non consistunt. Quæ omnia ille Eruditus cæterum scriptor per aliquot secula ostendi posse existimat, ut valde miretur, unde viri docti qui passim communi consensu docent, Duces illos non nisi Provinciarum Magistratus temporarios fuisse, & indulgentia Cæsarum atq; neglectu

neglectu hæreditarium jus obtinuisse, in sententiam historiarum monumentis adeo contrariam, & ab illorum temporum facie abhorrentem venerint; vel, ut alibi dicit, unde fabula, de origine Principum ex Magistratibus provinciarum, nata sit, quamque vel ideo diligentius refutandam putavit, quod in partem Principibus honorifica esset. Quæ si vera sunt, auctores sane hujus juris origines esse oportet, sicut contendit quoque memoratus autor, Principes nostros sub Francico jam Imperio, & pridem ante Carolum M. Provincias eo *jure* tenuisse, quod hodie *Territoriale* appellamus, non demum cepisse à Saxonum Cæsarum tempore. Ego quidem Syndicatum mihi nullum arrogaverim, ab instituto tamen præsentis disciplinæ non putaverim fore alienum, si quales utriusque sententiæ sint rationes, modestè dispiceremus.

XV. Ut ut vero priori parum patrocinetur, quod in communem hæctenus opinionem evaluerit, quale argumentum alias grave multis, mihi autem lubricum, in hujusmodi generis disceptatione, videtur cum, novum non sit, fabulam aliquando perpetua quadam scripturientium, & præsertim Chronicariorum facilitate, historicæ fidei speciem sibi circumponere, sicut infinita ferè in rebus quoque Nostris extant exempla, quæ per aliquot secula pro veris habita, nuper demum à Viris Eruditis falsitatis sunt convicta: illud tamen ponderis nullius existimari non debet, quod ab illis, qui rerum Francicarum Germanicarumque

que origines atque instituta, eruditius cæteris, & ex propriis locis recensere hactenus infinito labore sustinuerunt, aliter nunquam potuerit reperiri; suffecerit in hunc censum referre ex *Gallis*, summos Viros, *Hieronimum Bignonium* annot. ad *Formul. Marculf.* l. 8. & 35. *Antonium Dodinum* *Alteserram de Ducib. & Comit. Provinc. Gall.* cap. 4. & 5. Ex *Nosstratibus* nihilo minores, *Christophoram Lehmannum Chron. Spir.* l. 2. c. 16. *Melchiorum Goldastum* libro de *Magistratibus Veterum Germanorum*. *Henricum Meibomium*, *Hermannum Conringium*, Jo. *Henricum Boeclerum*, *Paulum Hachenbergium*, *Ulricum Obrechtum*, *Conrad. Samuelem Schurtz fleischium*, qui in hoc studiorum genere, variis divini ingenii monumentis, universo literario Orbi se Venerabiles partim dudum effecerunt, partim ejusdem applausum hodiernum feliciter promerentur, omnes vero, præter allegatos locos, variis de rebus Germanicis operibus dissertationibusque editis, luculenter adstruxerunt sententiam, quam nuperus ille scriptor convellere annisus est, de qua nec cuiquam dubium superfuturum crederem, si, prout in *annotatis ad Lampadium* p. 171. promisit *singulari libro* in super qua prima fuerit *Principum origo, qua causa regia potentia, & cætera eorum conditio*, egisset celeberrimus *Conringius*.

XVI. Sed ne auctoritatibus videamur pugnare, vel sequentes *rationes* isthanc sententiam videntur persuadere primo enim stylus formularum publicus, quibus antiquissimis inde temporibus

poribus Francici Reges, constituere Duces Comitesque provinciarum consueverunt, ita reperitur instructus, ut non sinat nos dubitare, quin tali actu *ius Magistratuum creandorum* exercuerint Isti, & horum omnis potestas creantis mandantisque Regis non tantum fuerit *originaliter*, sed manserit etiam *subjective*, per ipsos vero, tanquam *instrumenta* summæ potestatis, tantum fuerit exercita. De seculis Merovingicis luculenter testatur *Charta de Ducatu, patriatu vel Comitatu*, quam ab interitu vindicavit *Marculfus Monachus Formular. l. i. s. 8.* vixit enim circa A. 660. Chlodoveo, Dagoberti filio, Rege, fuitque annos septuaginta natus, cum istas formulas conscriberet, cujus propterea magna esse debet autoritas, sicut eo quoque nomine commendatur à *Bignonio, præfatione ad Nicolaum Brulartum Francia Cancellarium*, quod non solum tali scripserit seculo, cujus pauca nobis hodie supersint monumenta, sed & infinitas rerum Francicarum origines, & antiquitatis Francicæ arcana, quæ antea latuerunt, aperuerit, præsertim vero *Magistratuum & dignitatum munia, juris dicendi formam*, quæ tum recepta erat, ex ipsa rerum demonstraverit luce. Ita autem se habet: *Præcipue regalis in hoc perfecta conlaudatur clementia, ut inter cunctum populum, bonitas & vigilantia requiratur personarum. Nec facile cuilibet iudicariam convenit committere dignitatem, nisi prius fides seu strenuitas videntur esse probata. Ergo dum & fidem & utilitatem tuam videmur habere com-*

pertam,

pertant; ideo tibi actionem Comitatus, Ducatus, patri-
 tianus, in pago illo, quem antecessor tuus usq; nunc
 visus est egisse, tibi ad agendum regendumque com-
 missimus. Itane semper exga Regimen nostrum fi-
 dem inlibatam custodias, & omnes populi ibidem
 commanentes, tam Franci, Romani, Burgundiones
 vel reliqua nationes, sub tuo regimine & governa-
 tione degant & moderentur, & eos recto tramite
 secundum legem & consuetudinem earum regas:
 viduis & pupillis maximus defensor appareas; la-
 tronum & malefactorum scelera à te severissime
 reprimantur: Ut populi bene viventes sub tuo
 regimine gaudentes debeant consistere quieti: &
 quicquid de ipsa actione in fisci ditionibus speratur,
 per vosmetipsos annis singulis nostris arariis infera-
 tur. erat autem *Patriatus* iis temporibus idem ac
Ducatus. Exempla iu hanc rem pertinentia pas-
 sim habentur, extantque aliqua apud *Gregor.*
Turonensem l. 5. c. 48. ex quo sufficienter apparet
 illos arbitrio Regum potuisse amoveri. add. l. 6.
 c. 22. & *Aimonium* l. 3. c. 77. Circa Caroli M. &
 proxime secuta tempora eandem adhuc horum
 fuisse conditionem, perpetuo observationis teno-
 re colligere licet, docentque tot constitutiones
 ac Inaugurationes Ducum Comitumque, apud
Mirama in Capitulis Caroli Calvi, vid. *Astron.*
in vit. Ludov. Pii. c. 1. quorum insuper iura atque
 officium, revera Magistratibus simile, ex *Capitulis*,
Caroli & Ludovici l. 2. c. 6. & l. 5. c. 5. descripsit *H.*
Conringius de Duc. & Comit. Imp. Germ. §. XV.
 memorabile quoque est *Diploma*, quo Carolus
 M. A.

A. 788. Trutmannum, Saxonibus ad Christi religionem perductis, Comitem præfecit, cujus partem in *Vindiciis Billinganiis* p. 314. integrum verò, ex Archivis Imperialis Tremonia, in *Notis ad Wittichindum* p. 63. exhibuit *Henr. Meibomius*, verba huc pertinentia illa sunt: *Quapropter in illa parte Saxonia (Westphalia) Trutmannum, Virum Inlustrem, ibidem Comitem ordinatum, ut resideat in curte ad campos, in malleo publico, ad universorum causas audiendas, vel recta judicia terminanda, isq; advocatum omnium presbyterorum in tota Saxonia fideliter agat, superque Vicarios & Scabinos, quos sub se habet, diligenter inquireat, & animadvertat, ita ut officia sua sedulo peragant. Unde etiam Walafridus Strabo, qui Ludovici Pii temporibus claruit, & A. 849 obiit, Ducem Metropolitanis, Comites vel Praefectos, ita enim scribit, Episcopis assimilat, lib. de reb. Eccl. c. 3. Ausim dicere, adhuc seculo decimo, cum extincta Carolina stirpe, Conradus ad imperium evheretur, eodem ferè modo se rem habuisse: ita enim per mortem Ottonis, vacantis Saxonie Ducatus, in fillum, Henricum, devolutio, describitur *Wittichindo*, ut multum autoritatis in ea Conrado competiisse, non potuerit diffiteri: *Rex autem Conradus cum sæpe expertus esset virtutem novi Ducis, veritus est ei tradere omnem potestatem Patrie. Quo factum est, ut indignationem incurreret, totius exercitus Saxonici. Fuisse tamen pro laude & gloria optimi Ducis plura locutus, promissit se majora sibi daturum, & honore magno glorificaturum; Saxones verò hujusmodi**

L

simila-

simulationibus non attendebant, sed suadebant. Ducis suo, ut si honore paterno, eum nollet sponte honorare, rege invito, qua vellet, obtinere posset. Ergo poterat Rex istam dignitatem, prout voluerat, majori minorive potestate, sibi conferre, & quidem jure poterat, secus enim non destitissent Eum postulare iniquitatis, & Witichindus, adversus Conradum alias male satis animatus Scriptor, & ipsi Saxones, sola utriusque armorum vi heic nisi, quâ etiam, novo exemplo, Henricus Ducatum denique proprio jure sibi asseruit, sicut primus quoque dicitur, qui libera potestate regnavit in Saxonia, alios verò ad paria facinora excitasse, suo damno edoctus est, quando, ipso postea Imperante idem Arnulphus, Bavariz Dux, intendit perfecitque; quamvis jus ejus beneficiarium fuerit, & Regi vicarium, sicut etiam. *presedisse Bajoaria* dicitur *Witichindo*. Totius autem status commutationem in Imperio, ita, ut Ducum Comitumque officiorum & Magistratuum hæctenus nomina, jam in proprii juris potestatem & hæreditariam possessionem abiverint, factam nondum esse, contra *Lehmannum Chr. Spir. l. 4. c. 1.*, ex *Beato Rhenano & Münstero* id tradentem, observavit *Bæclerius in Henrico l. p. 251.* fisci tamen cepisse, non negaverim.

XVII. Luculentissimum vero rei, cujus probationi ista inserviunt, argumentum & hoc præbet, quod non solum ob malam administrationem munere suo & officii dignitate sæpius privabantur, Ducatus Comitatusque in aliam, quandoque

doque diversam penitus familiam, transferebantur in penam, ut sub *Merovingis*, vel exemplum *Leidastris*, *Comitis*, ob mala, quae faciebat *Ecclesie Turonicis* & omni populo, a *Chilperico Rege* remoti, ex *Turonensib.* 5. 6. 48. supra relatam, testatur: a *Carolingis* vero inde temporibus talium omnis historia plena est: sed & quod, ut *testa. Majestatis* rei, si quid atrocitas commissum erat, capitali sententia damnati pledebantur, aut prescribentur, praediis eorum in fiscum redactis. Si omnia, quae extant, exempla vellemus in hanc rem allegare, procul dubio non esset suffectora, hinc capiti destinata charta, speciminis loco videri possunt *judicia Majestatis*, tempore quidem *Merovingorum*, in causa *Loudefredi Alemannorum Ducis*, aliorumque *Optimatum*, sub *Childeberto*, ex *Aimone de gest. Franc.* l. 3. c. 77. *Carolingorum* vero, in causa *Thassilonis Bavariae Ducis*, sub *Carolo M. ex Eginardo* & ceteris *Annalibus Francicis* ad A. 788: *Berbnis*, & *Bernardi*, *Comitum*, sub *Ludovico Pio*, ex *Astronomo in vita Ludov.* & *Annalib. Bertinianis* ad A. 820. & sub *Lothario I.* ex eisdem *Annal.* ad A. 844. *Adalberti* *Bambergen-* *sis Comitis*, sub *Ludovico IV.* ex *Reginone* ad A. 905. *Verinbert*, *Comitis*, *Franciae ad Alpes*, & *Erchingeri* ac *Pettoldi*, fratrum, *Comitum*, *Stue-* *viae*, eo tempore nondum in Ducatum erectae, tanquam *Camere nuncios*, *Praefectorum*, sub *Caro-* *rado I.* ex *Ekkeharde Juniore de Casib. Monast.* *S. Gall.* cap. 1. & magno utriusque consensu apud scrip-
tores talia passim exhibentur. At vero, si pro-

priè loqui amamus, crimen Majestatis committere posse, ita esse notam *subjectionis*, sicut *imperii* summus & certus character, si quis talis sit, ut in eum crimen Majestatis committi possit; *Baclerius Not. S. R. I. L. XXII. c. 3. p. 217.* præter alios annotavit. Neque enim sufficit *federe inaequali* conjunctum esse delinquentem, ad hoc, ut læsæ Majestatis possit argui, quoniam tali confœderatione, nec illi, qui in fœdere superior est, Imperium acquiritur, nec inferiori imponitur subiectio, de quo *Proculus in l. non debito. 7. §. 1. ff. de Captiv.*, *Grotius de I. B. P. 1, 3, 21.* *Gailum II. obs. 54. n. 2.* *Limnium I. P. IV, 8, 75.* videndi. ac ne *Vasalli* quidem, qui adversus *Dominum feudi* insurgit, crimen, propriè Majestatis læsæ nomine appellari potest, quantum enim *Vasallus* à subdito, tantum quoque *crimen Majestatis* differt, à *Felonia*, cont. *Gigas de crim. Majest. l. 1. q. 68.* Quoniam verò, non alio ferè respectu, in ejusmodi *Duces*, *Comites*que *judicia Majestatis* leguntur exercita, quam quod provinciam, cui à Rege erant præfecti, *varius artibus*, *rebellionibus*que sui juris facere sustinuerunt, manifesto apparet, eos non alio, quam *Magistratum Officialium*que oensu, tum quidem potuisse haberi. illam non urgebo rationem, quod *fidelium* nomine frequenter appellentur, quo *subditos*, plerisque *Historicis* mediæ ætatis signari, notavit *Goldastus, gloss. in Burchardi casus cap. 8. p. 217.*

XVIII. An verò prævaleant his contraria argumenta, aliis judicandum relinquo. Posset tamen

men

men quis aliquo modo dubitare. Ut ut enim conveniant cum antiqua Germaniæ nostræ ratione, quam, in plures gentes atque regulos dispersam, pati imperium commune aliquod non potuisse, notissimum est, itaque *presumptionem* pro Veteri Statu in sui habeant validitatem, satis tamen illius vis omnis eliditur, ubi *expressa mutatione*, qualem sub Romanis partim Imperatoribus, partim sub Francicis Regibus contigisse, ostendimus, in alium penitus habitum res publicæ concesserunt. Devictos autem à Francis populos, illos præsertim, qui *magnam Germaniæ partem ad Thuringiæ fines usque incolere*, non tantum *Francicæ nominis Majestatem comiter agnoscere coactos*, sed penitus *subactos & eorum Principes* vel penitus *pulsos*, constitutis in illorum locum ex Francica nobilitate. *Præfectis*, vel si ditiones eis relicte, *Regis* tamen *victoris nomine* tenendas administrandasque fuisse concessas, historiæ illorum temporum dubitate neminem sinunt, qui absque præconcepta opinione illas inspexerit, & vel supra nominata loca abunde testantur, quibus similia planè alii Scriptorum multi magno consensu tradunt, & quando rationem, qua in Francorum Rempubli-
cam pervenerunt isti populi, describunt, non aliis utuntur locutionibus, quam eos *subjugatos, subactos, in potestatem, in ditionem, in jus Francorum esse redactos*; quamvis verò facile largiar in illis eam accuratorem, quàm Romani Scriptores *in fide, & in ditione esse*, tali effectu, quem *Grotius de J. B. P. 3, 21.* explicavit, distinguere solent, qua-

rendam non esse, at tamen cum & his non raro promissive usurpetur, ita ut *in fidem venire* aut *in fidem fraudare*, *deditionem meram & plenam* notet *subjectionem*, uti idem ostendit Grotius *II, 20, 50. III, 4, 12.* quin posteriori sensu accipi debeat, si quando de populis Germaniæ devictis dicitur, vel idèò dubio videtur carere, quod is proprius juris bellici effectus sit, adèò, ut in dubio quoque præsumatur. *Ita esse belli, ut qui vicerent eis quos vicerent, quemadmodum vellent, imperarent,* Ariovistus apud *Cæsarem de B. G. I, 36, 1.* dixit, confirmavitque prolixè *Grotius de I. B. P. III, 8, 1. seqq.* sed quid opus est inde deducere argumenta, cum ipsi Scriptores Carolinæ vitæ, sollicitè satis distinguant invicem, quos à Majoribus acceperit hereditario, quos postea belli jure ipse adjecerit populos suo imperio, quos tributarios effecerit, quos ad comiter servandam majestatem suam devinxerit Carolus, sicut nominatim in hoc commendari mereatur *Eginhardi* industria, cujus locum apponemus: *Cum prius non amplius quam ea pars Gallie, que intra Rhenum & Ligèrim, Oceanumq; & mare Balearicum jacet, & pars Germania, que intra Saxoniæ & Danubium, Rhenumque ac Salarum fluvium (qui Turingos & Sorabos dividit) postea à Francis, qui Orientales dicuntur, incolitur, & præter hac Alemanni atque Bajuarii ad regni Francorum potestatem pertinerent. in quibus hereditas Caroli consistebat: Ipse per bella memorata primò Aquitaniam & Vasconiam, totumque Pyrenni montis jugum & usque ad Hyber-*
rum

romana amnem, qui apud Navarros ortus, & fertilissi-
mas Hispania agros secans, sub Dertosa Civitatis
maenia Balearica mari miscetur: deinde Italiam to-
ram, qua ab Augusta Praetoria usque in Calabriam
inferiorem (in qua Gracorum ac Beneventanorum
constat esse confinia) decies centum & eo amplius
passuum millibus longitudine porrigitur: Tum Sa-
xoniam (qua quidem Germania pars non modica
est, & ei qua à Francis incolitur, duplumi in lato ha-
bere putatur, cum longitudine possit esse consimilis)
post quam utramque Pannoniam, & oppositam in
altera Danubii ripa Daciam, Histriam quoque &
Liburniam atque Dalmatiam, exceptis maritimis
Civitatibus (quas ob amicitiam & junctum cum eo
foedus, Constantinopolitanum Imperatorem habere
permisit, ita tamē, ut Caroli Majestatem conserva-
rēt simul, ut ex aliis auctoribus patet) deinde omnes
barbaras ac feras nationes, qua inter Rhenum &
Vistulam fluvios, Oceanumq; & Danubium posita,
lingua quidem penē similes, moribus vero atque ha-
bitu valdē dissimiles, Germaniam incolunt, ita per-
domuit, ut eas tributarias effecerit; inter quas ferē
praecipui sunt Velasabi, Sorabi, Abazriti, Boëman-
ni, cum iis namque conflavit: Ceteras, quarum mul-
to major est numerus, in deditionem suscepit. Ergo
quosdam populos tributarios effecit, quosdam
verō penitus sibi subjecit. Quales a. fuerint, qui
Majestatem ejus comiter servabant, in sequenti-
bis statim traditur. Auxit etiam gloriam regni
sui quibusdam Regibus ac gentibus per amicitiam
sibi conciliatis: Adro, namque Adelfonsum Galetia

atque Asturica Regem sibi societate devinxit, ut is cum ad eum vel literas vel Legatos mitteret, non aliter se apud illum quam Proprium suum appellari juberet. Scotorum quoque reges sic habuit ad suam voluntatem per suam munificentiam inclinatos, ut eum nunquam aliter quam Dominum, seq. subditos ac servos ejus pronuntiarent. Extant epistolæ ab eis ad eum missæ, quibus hujusmodi affectus eorum erga illum indicatur. Eadem ferè de Aarone Persarum Rege dicit, quod is gratiam Caroli omnium, qui in toto orbe terrarum erant, Regum ac Principum amicitia præponeret, solumque illum honore ac munificentia sibi colendum judicaret, in quam rem etiam vestes & aromata & ceteras orientalium terrarum opes, ingentia illi dona direxerit. Itaque Germaniæ nostræ populi in eum referebantur cæsum, quo subacti pertinebant, sicut ipse Carolus M. in legibus, subditis suis præscriptis, solenni semper formula eos ita enumerat: *Volumus atq. precipimus, ut omnes ditioni nostræ Deo auxiliante subiecti, tam Romani, quàm Franci, Alemanni, Bajoarii, Saxones, Thuringii, Frisones, Galli, Burgundiones, Brittones, Longobardi, Vascones, Beneventani, Gothi, Hispani, ceteriq. nobis subiecti, omnes hanc sententiam inter nostra capitula pro lege tenendam, quam consulto omnium fidelium nostrorum, tam Clericorum quam Laicorum. posuimus, observent. vid. Capitul. Francic. lib. c. 281.* unde satis apparet, regiones eorum in formam provincie esse redactas, fuisse autem pristinas regulas, sal-

tim

tum plerosque, pulsos, iisque ex Francica nobilitate
 susceptos alios, etiamsi Scriptorum testimoniis
 expressis destitueremur, quæ tamen satis luculen-
 ta extant, vel inde posset colligi, quod in *Bajariis*
 antiqua *Agilolfingorum* familia, à priscis Franco-
 rum Regibus hoc privilegium habebat, ut si quis
 fidus regno, prudensq, ex eadem progenitus comper-
 tus esset, non aliunde quisquam adscisceretur in Du-
 cem, veluti *Rhenanus* l. 2. *Rer. Germ.* ex legibus
Theodoric Regis refert, & *Saxonibus* inter præci-
 pua libertatis specimina tribuebatur, quod *Saxo-
 nici generis Comites* illis sint præpositi, ut *Annales
 Francorum* ad A. C. 782. à *Chesneo* patre Scriptor.
Francic. Tom. II. p. 22. editi, testantur, adeoq; ceu
 extraordinarium quid in historiis eorum tempo-
 rum reperiatu consignatum, hos tamen non mi-
 nus quam cæterarum provinciarum Rectores,
 omnem à Rege habuisse, ejusque nomine exer-
 cuisse, potestatem, de *Bajariis* quidem vel ided
 dubitari nequit, quod heic per modum privilegii
 ea competierit, de *Saxonibus* verò non solum *Pœ-
 tæser*, in vita *Caroli*, *Arnulpho* imperante scripta,
 annotavit,

Tum sub Judicibus, quos Rex imponeret ipsis,

Legatisque suis, permisit legibus uti

Saxones patriis, & libertatis honore.

Hoc sunt postremo sociati fœdere Francis

Ut gens & populus fieret concorditer unus.

Arque semper Regi parans æqualiter uni,

Sed & ex cætero administrationis contextu con-
 stat, quando *ius conventuum publicorum institu-*

endoram, nisi ex auctoritate Missorum Regiarum
 sis ademptum, & ne quis aliter quam in suo ministro-
 rio placita & iustitias faceret. Sacerdotibus confide-
 randum datum est, in Capitulatione de partibus
 Saxonia, quam ex Bibliotheca Vaticana Lucas
 Holstenius edidit. Unde, si quando Tributarii
 dicuntur facti ejusmodi Principes, vel ad ea tem-
 pora pertinet, quibus nondum plene erant devi-
 cti subactique, sicut de Saxonibus & Thuringio
 res clara est, vel ad exercitum Summum Imperii,
 Victori competentis, debet referri, ista enim for-
 mula non semper fœdis inæquale, de quo Groti-
 us *I.B.P. II, 15, 7* egit, sed sæpius veram notat sub-
 jectionem; tributa devictis magis in vinculum im-
 perii, quam in victoria præmium imposita, loquitur
 apud Justinum *II, 3, 15*. Idem ferè de *Wassali* con-
 ditione dixeris, & nexu feudali, quem quidem per
 se, civilem libertatem non infringere, Grotius de
I.B.P. I, 3, 22. nos docuit, verum neque eandem
 arguere, si quando, uti fieri potest & heic factum
 esse putamus, in illis reperitur, qui in censu vero-
 rum habentur subditorum, vicissim expeditum
 est, quare invalidum prorsus existimo argumen-
 tum, quod à feudali vinculo ad negationem sub-
 jectionis ducitur.

XIX. Quales autem fuerint præfœci illi, Ju-
 dices atque Comites, à Principibus regionum di-
 stincti, iisque, ut facillime in officio continerentur, su-
 peradditi, id quidem nullibi invenio, quin potius
 non tantum adductis supra locis, sed passim in
 antiquis Francorum monumentis, ipsa Ducatus
 Comi-

Comitatusque dignitas, ministerium à Rege commissum, etiam iudiciaria dignitas, iudiciaria potestas, illi verò, qui obrinent eam. *Præsides regionum, Judices, Regis adiutores, Regis Comites*, vocantur, neque alii ad ejusmodi officia admittebantur eo tempore, nisi *Principes regionis*, hoc est, ex præcipua nobilitate descendentes, secus atque apud vetustissimos Germanos in usu fuit, ubi, Tacito teste, *Duces Comitesque ex virtute sola* legebantur, hinc videmus inter *Saxones*, peculiari *Adelingorum* nomine eos venisse, uti *Canuti legum* interpretes vetus, & *Lambartus* recentior ostendunt, & elegantia insuper in hanc rem observat *Eibennus* *Disq. Exot. de Tit. Nobil.* §. 14. nec probari potest, alios fuisse præcipuæ autoritatis iudices, præter hos, de quibus loquimur, *Duces* sive *Comites*, nam istis seculis appellationes hæc ferè confundi solebant; habuerunt quidem illi sub se *Scabinos*, sive *Assessores*, ex ingenuorum, sed plebeo tamen numero lectos, verum sicut eorum omnis potestas *Ducis* aut *Comitis vicaria & ministra*, ita etiam in eos inquirere & animadvertere, ita ut officia sua sedulo peragant, istorum curæ commissum fuit, uti non solum *Trutmannianum Diploma* testatur, sed & ex *Capitulis Caroli & Ludovici* constat, l. 3. c. 39. 37. 74 87. add. *Frideric. Brummeri* *erudita Dissert. de Scabinis* c. 4. § 6. Quomodo autem in officio continere quis posset eum, cujus censuræ omnes alterius actiones subjiciuntur? Cæterum stirpe illustres fuisse illos *Duces Comitesque* nemo penitus negaverit, hoc est,

ex

ex Ordine Nobilium vel Dynastarum oriundos, quales in Saxonia præsertim, cum subigeretur, & Frisia plures, fortè & àlibi reliquit quosdam Carolus M. quique passim *primatum, primorum,* sæpe etiam *Principum* regionis nomine appellati sunt, ac fortè hodiernis nostris *Nobilibus* comparari possunt, cum ex his Provinciarum Rectores constitui solitos esse, supra jam dictum sit, & ostensum quoque à *Meibomio Vind. Billingan. p. 312* pertinet hùc, quod in *Capitul. l. 5. c. 143.* disponitur, de legendis ex nobilioribus familiis Regni Proceribus, eaque de causa lex in jure Germanico prisca extat, quæ Nobilibus imperat, ut ad cognoscendas imperii res legesque, sua conferant studia, quo Ducatus, Comitatus, cæteraque regni summa munia ritè administrate queant. Sanguinis autem jura & affinitates, quibus familiis regis leguntur innexi, simile Regibus jus & statum non illicò inducunt, potest enim id fortunæ in nudum quoque Consiliarium aut Magistratum cadere, non solum in regnis electivis, sed & successoris, quoties nimirum extincta stirpe regia, per modum subsidiariæ electionis ex regni Proceribus aliquis in solum regale evehitur; cujus sanè agnati vel affines, utut auctoritatis aliquid, juris tamen eo ipso plus non consequuntur. Extant in hanc rem, exempla non solum vetera, sed & hodie in Suecia, aliisque fortè regnis reperiuntur. Illud etiam dubio caret, habuisse istos *feudalia* æquè ac *allodialia bona*, à Rege, quoties ob senectutem ab aula dimittebantur, in compensa-

penlationem præstitorum servitiorum iisdem *donata*, vel à parentibus *hereditario* jure in se devoluta, aut variis *propria acquisitionis* titulis comparata, etiam certorum *territeriorum* ac *tractuum* *Dominos* fuisse, eosque *possedisse, jure proprio*, concedi potest. Sed sicut eorum intuitu *Ducum Comitumq;* nomen nequaquam sustinuerunt, quod *Lebmannus Cbr. Spir. l. 2. c. 16. p. 82.* annotavit, ita multo minus, illa patrimonia etiamsi ampla fuerint, privati domini, quale nempe cuilibet patri-familias in sua competit, limites excefferunt, aut in publicam evaluerunt civilemque potestatem, quæ utique Regi vel Cæsari in his quoque salva manebat, secundum illud *Seneca de Benef. l. 7. c. 4. ad reges potestas omnium pertinet, ad singulos proprietates*, ejusque rei id luculentum præbet specimen, quod sæpius familiæ *erciscundæ* judicio egerint isti Dynastæ inter se invicem, aut cum Ducibus Comitibusve, suis agnatis, coram Rege vel Cæsare, eoque Supremum illius agnoverint Dominium, uti vel exemplum *Vvicmanni Junioris, & Ecberti, Herimannum Ducem*, patrum suum, qui tum *Saxoniam* procurabat, interversæ *hereditatis paternæ, & thesaurosum suorum*, coram Cæsare Ottone I. publicè accusantium, demonstrat, cujus processus judicialis rationes, & quali sententia sit compositus, consignavit *VVuechindus Annal. libr. 2. p. 26. 27. Edit. Meibom.* non debent itaque confundi privata ejusmodi patrimoniaz & territoria, quæ, tanquam Dynastæ, suo possederunt nomine, cum ipsa regione, cui fuerunt
 ut Ma-

ut Magistratus præfecti, & quam nomine Regis tenuerunt Comites isti atque Duces. In his per *Successionem*, semper admissos esse filios defunctorum, tam plane dici non potest, & si quando istiusmodi formula in scriptore proprio reperiatur, *de facto*, ex mero Regis arbitrio descendente, atque sub turbis quoque, cum nemo esset, qui iura regia acrius vindicaret, attentato, intelligi potius debet, quam *iure aliquo* stirpi Ducis competentere. nam id observare licet, sub Francis Regibus ac Imperatoribus aliquam quidem filiorum fuisse prærogativam, faciliusque ac libenter in eos transmissam dignitatem, si muneri se pares vel virtute vel precibus fecissent; quod præter *Hincmarum Epist. 3.* disertè testatur *Capitulum Caroli Calvi* apud *Miræum Annal. Belg. A. 877.* sed licet id indulgentiæ Principis, non iuri acquiriti tribuendum fuerat, ita sæpius mentionem faciunt Scriptores, ubi in locum defuncti Ducis vel Comitis, præteritis filiis vel agnatis, ex alia penitus gente quidam ab Imperatore substituebatur; memorabilis locus est *Annalium Merensium ad A. 867.* qui cum memorassent in regno Caroli Calvi *Hugonem Abbatem* in locum *Roberti Ducis* substitutum, adijciunt, *siquidem Odo & Robertus filii Roberti adhuc parvuli erant; quando Pater extinctus est, & idcirco non est illis Ducatus commissus.* quod tamen necessum fuisset, si iure hæreditario iisdem essent devoluti. Aliquando in locum Ducis alius substitutus Comes, sicut de *Lotharingia* sub *Henrico II.* testis est *Sigebertus ad A. 1005.*

A. 1005. mortuo Ottone Duce Ducatus Lotharingie datur Comiti Godefrido, filio Godefridi Ardennensis. Si quoque ipsi Duces Comitesve disposuisse in filiis fortè leguntur, speciali Regis indultu factum esse, contextus ostendet: ita tanquam peculiare Continuator Reginonis ad A. 949. annotat. *Uto Comes abiit, qui permissu Regis quicquid beneficii aut Praefecturarum habuit, quasi hereditatem inter filios divisit.* ubi id quoque notari debet, discerni *beneficia*, quo nomine ea praedia veniebant, quae pro servitio militaria à Rege concedebantur, sequentibus seculis *feuda dicta, & Praefecturis*, hoc est, *Comitatibus*, alio; & nominatim, Magistratus jure possessis, ut tamen utrorumque hactenus eadem fuerit ratio, quod à solo Regis arbitrio dependerent: Licet verò principio non nisi temporarii fuerint, denique tamen *revera hereditarias* esse factos Ducatus Comitatusque, certum est, ut ut quo seculo contigerit, distictè non possit signari, nisi quod ad Saxonico-rum Imp. tempora initia hujus rei communiter referant, verum sicut publica quandoque sua de-re potest *mutari*; hereditarios reddere ejusmodi administrationes, & in nostro praesertim Imperio, olim fieri consultum fuisse, docuit *Mylerus Anotholog. Stat. Imp. c. 11.* cuius utique rationibus praevaleare non videntur, quae *Monzambanus de Stat. Imp. G. c. 3. §. 2.* regellit, quando regulas Monarchici Imperii in thesi considerari, generales, quas laudati ab eo Italici, Gallici, Hispanicique Scriptores

ptores respiciunt, ad Germaniæ Regnum, non inspecto quid ferat insuper peculiare gentis ingenium atque indoles, quod prudenter fecit *Mylerus*, & in omni de Republica ejusque utilitate, judicio ferendo fieri omninò debet, penitus applicare, tam abrupte sustinuit: ita si *juris* rationem intueamur, posse Regem, salvâ Summi Imperii ratione, salvoque præsentis Reip. Statu, functiones tales civiles Magistratibus hæreditario jure concedere, *Grotius de I. B. P. II, 6, 10.* nos docuit, ut propterea à positione jurisdictionis hæreditariæ ad negationem Magistratûs muneris non liceat concludi.

XX. Altera, quæ pro libertate civili Nostrorum, istis quidem temporibus, proferuntur argumenta, ab *usu juris summa potestati innexorum* desumpta, si valere debent, ulteriori opus habent probatione, nam non illicò quæ talia agit, imperio libero pollere censendus est, quod multa, *de facto*, ut loquuntur, & *in turbis*, multa quoque *alieno nomine*, fieri possint soleantque. *Bella* gessisse Veteres Duces Comitesque negari nequit, sed *civilitas* pleraque fuisse, & *rebellionum* nomine expressè scriptoribus æqualibus appellata, tam certum est & in vulgus notum, ut putidum foret ulteriorem operam probandæ isti rei impendere, cujus eventus ferè semper ille fuit, ut denique vel propriâ confessione agnitis *delictis* suis, denuò in *gratiam Domini* redirent illi, vel *Majestatis* judicio in autores exercerentur, ab Imperatoribus Regibusve proscriberentur iidem, Ducatibus
Comi-

Comitatibusque ademptis, aliquando etiam ple-
 &erentur capite, qua omnia in sui juris Principem
 minime cadunt: sed & legitimo modo posse, qui
 non majori ac Magistratus gaudent potestate, armo-
 rans movendorum, jus habere, nomine & autoritate
 Majestatis exercendum, dubitari non debet.
 Romanorum tempore id utique habuisse Pro-
 vinciarum Rectores, vel exempla, Julius Casaris,
 cum Galliae provinciae praeset, Germanis, &
 Cis. Alanis, Gallo graecis bella sine populi Rom.
 iustu inferentium, testantur, uti id quidem praeter
 Dionem Cassium l. 38. ipse Casar Commentar. de B.
 G. c. 30. seqq. hoc vero Liv. l. 35. c. 45. descripse-
 runt. ostenditq; prolixè Hug. Grotius de J. B. P. l.
 3. 4. & 5. accidere posse, ut in Imperio late patente,
 quale utique Francorum temporibus nostrum
 fuit, inferiores potestates belli inchoandi con-
 cessam habeant potestatem, allegatque in anno-
 tatis, legem Frederici Imperatoris, apud Conradum
 Abbatem Urspergensem, eo pertinentem. Sicut
 expresse quoque, Duces Comitesque magna po-
 testate fuisse praedictos, & Imperatoris & Imperii
 nomine, jus belli atque pacis habuisse flagitanteque
 necessitate in aciem civos eduxisse, annotavit Con-
 radingius de Urbib. Germ. §. 73. & ad Lampad. III, §.
 26. p. 192. quidni ergo & hoc, qui belli jus habent,
 Provinciarum gubernatores & ad tempus dato cre-
 demus? idem de legationum jura, cum usurpato
 judicium ferri debet, quamvis plerumque nuda
 missorum appellatione occurrat, & ubi legato missos
 receptosque ad illos tradunt scriptores, abuti eos
 legatorum nomine custodiendum est, neque enim

aliam habere possunt rationem illi, quam olim à provincialibus missi, quod quidem in adducto *Thassilonis Bavari* exemplo, quem Hadrianum Papam, missis *Legatis*, ad obsequium Carolo præstandum induxerit, satis manifestum est, quis enim *proprie* legatum mittere vel recipere posse eum putabit, qui à Superiore, Rege, tanquam subditus, læsæ Majestatis judicio condemnari potest atque puniri? alias quomodo in bellis civilibus necessitas interdum locum faciat huic juri, extra regulam, *Grotius de I. B. P. II, 18, 2.* explicavit, nec forte apud Nostros exempla in eam rem desunt. Reliquas quoque civilis Imperii partes, quæ in legibus ferendis, indicendis *tributis* & similibus consistunt, exercuerunt isti, sed alienis auspiciis, & Regis quidem, eos præficiendis, nomine, quousque tandem in proprii juris titulum abierunt omnia, & hæc est vera procedente tempore exortæ vocis *Regalium* vel *Regalium* origo, aut nova saltem receptæ vocis acceptio, qua ea denotabantur in *Principes, Duces, Comites*, derivata jura, quorum omnium potestas olim unitis Regis erat propria. ex solo itaque Majestaticorum jurium usu non potest evinci, illos Magistratus non fuisse, nisi simul probetur, ea non alieno, sed proprio nomine fuisse exercita, quod quidem de illis temporibus, de quibus loquimur & intelligi volumus, ostendi nequit. Deniq; nec tituli, quibus antiquioribus jam seculis *Regulos, Principes* ac *Duces* centorum populorum regionumque, utpote *Bojaria, Saxonie, Alemannia, Franconie, Thuringia* appellati illos existima-

stimā-

stimavit, alterius sententiæ autor, id quod debent, nunquam evincunt, ut enim taceam, ab externo nominis sono, promiscue usurpato, ad veram rei indolem, in hujus generis argumento non valide posse concludi, sicut observatum est *Grotio de I. B. P. l. 3, 10.* etiam recentiorum scriptorum istæ sunt nominationes, siquidem *Brunnerus, Reusnerus, Crusius, Stumpsius*, ex quibus delumtæ apparent, ad sui temporis statum, suæque Reipublicæ rationem, stylum accommodarunt, quo utique Magistratum numero non amplius haberi poterant nostri, nam ex æqualibus scriptoribus constat, non fuisse olim motis, quemadmodum nunc est, ut *Duces Comitesque* à territoriis gubernatis nomen sumerent, sed potius ipsos regionibus, quibus præerant, à se appellationem indidisse, præter *Jo. Pistorium Pref. in tertiam Scriptor. Germanic. Tomum*, notavit quoque, illustravitque exemplis, *Meibomius* in sæpius laudatis *Indicibus Billingantæ p. 315. 16. add. Eiusd. Commentar. de pagis Saxon. p. 89.* & sæpius simpliciter *militum Ducis* fuisse dictos, exemplo *Ruperti, Almannia seu Suevia Ducis*, apud *Leodegarium Lucernatem*, in vetustissimo diplomate se ita appellantis, condiscimus. Illud etiam novum non est, quos nudo *Praefectorum, Praesidum*, aut *Cameræ nuntiorum* vocabulo appellarunt proprii illorum temporum autores, eos à recentioribus postea *Comitum*, quandoque & *Ducum* titulum ferre, sicut passim *Goldastus*, & nominatim ejusdem *Stumpsi* exemplo, demonstrat, *gloss. in Ruperi Casus cap. 2. p. 175.* Cæterum quoniam *Prin-*

sipi nomen dignitatis potius, quam potestatis civilis olim fuerat, & non nisi primorem, principum, nobilemque virum significabat, vid. *Brunner. Diss. de Scabin. cap. 3. n. 3.* è quorum ordine provinciarum Rectores tum lectos esse diximus, non video quid contra hactenus defensam sententiam obtineat, qui Eos id nominis olim quoque tulisse, evicerit. fuerunt utique Principes, hoc est, è nobilitate primaria descendentes, sed propterea Magistratus non fuisse, non sequitur: imo ipsi Francici Reges, in legibus Bojariis tit. 2. cap. 20. Agilolfingos *summos Principes* istius gentis vocant, at valde erraret, qui de *summitate imperii civilis*, quale sibi constanter asseruerunt ipsi Reges, vindicaruntque adversus refractarios Duces, vellet intelligere, quod tantum de *summitate Ordinis & prerogativa* inter nobiles illius regionis, accipiendum est, quatenus, cum subigeretur Bajoria, administrareturque postea per Duces, vi privilegii Regii, non nisi ex ista familia Dux Regionis deberet constitui, unde etiam apud *Turonensem*, aliosque, non nisi *nobilis gens Agilolfinga* appellatur. Quod autem subinde ad Imperium summum aliqui sint evecti, dignique cohabiti, nec id ex classe Magistratum Illos eximit, cum & electio, pro diversitate regnorum, ratione personarum eligendarum, ita libera esse, ut in quemlibet ex populo cadere possit, eoque sensu ad imperium omnes habiles existimentur, quod de Polonia dicunt, sicut autem propterea istiusmodiabilitas imperandi, statum privatorum non tollit,

ita in Germaniæ Regno, ubi ad familias tantum Illustres, publica consuetudine, ea restringitur, non tante *Limnæo I. P. II, 2, 79.* & olim quoque, cum, deficiente stirpe regia, per modum subsidiariæ electionis, ad Imperium alius esset promovendus, non aliter fuerat observatum, quam quod ex provinciarum communi Reipublicæ innexarum Rectoribus aliquis adscisceretur, conditio horum ideo non reddebatur major, nec amplior potestas. Ut itaque nil videam causæ, quare à communiter hæctenus de Origine Principum ex Magistratibus Provinciarum, & inde dependente Superioritatis Territorialis oreu, recepta sententia, sit discedendum, nam quod existimat Eruditissimus Vir, *tam in parum Principibus honorificam esse*, id me non movet; præter enim quod propterea rei vetitas non fuerit immutanda, certe dignitati Eorum nihil quicquam detrahit; si dicantur ab initio fuisse Magistratus, origo exigua non imminuit statum præsentem: quis Romanorum rebus florentissimis: objecit fecem Romuli? sed nec opus eo digredi, postquam eertum hodie & confirmatum jus est. pertinet hæc quod eleganter dixerat *Bacletius Diff. de Legisl. Germ c. 1. §. 2. quo clariora mutata alicuius rei in Republica argumenta adsunt, eo minor antiquitatis debet esse auctoritas.* & in *Carolo M. p. 21.* Imo si *vel veri Reipublica forma mutata esset, ut solet fieri, hodie nulla antiquitatis auctoritas esset.* ad plenam totius rei cognitionem istiusmodi originationes multum, ad declarationem ipsius facultatis nihil

penitus faciunt. sed nec video quis Europæorum Regum aut Magnorum Principum adversus præcipuam Nostrorum dignitatem quicquam posset causari, ut non in propria simul sua vergetur diminutionem, cum omnes fere isti ex Nostræ nobilitate familiam ducant atque splendorem, multi etiam circa affectationem Germanicæ originis ultro ambitiosi sint. In eo autem insignis committitur paralogismus, si quis Duces istos Comitesque sub Francicis Regibus, ad regulam Magistratum Præfectorumque, quales hodie in Germania forte, ac regnis aliis habentur, privata fortis conditionem raro aut parum supervecti, vellet æstimare, sicut enim, quoad generis prosapiam splendoremque, omnem aliam vicerunt nobilitatem, ita quoque, autoritatis vitiumque intuitu, idem de illis ausim dicere, quod de præfectis Romanorum, quos Germaniæ Provinciis præposuerunt, ex *Lazio* commemoravit *Lehmannus Chron. Spir. l. 1. c. 9*, eos maximis nostri sæculi principibus comparari potuisse, quales origines an parum honorificæ sint, non immerito licet dubitare.

XXI. Ad formandum rectius de tota hac re iudicium, istæ pertinent observationes. *primo, distinguenda esse simulacra ab ipsa rei veritate*, solenne est victoribus, in speciem pristinae libertatis, devictis populis aliquid relinquere, magnisque commendare titulis, cum interim, si ipsam jus imperii respiciamus, non nisi in subditorum censu possint haberi, diximus in hac rem supra de *Saxonia*

xonia & Bajoaria, illam in *unionem* Reipublicæ Francorum receptam, hanc Agilolfingorum genti *pristino more* regendam, concessam esse, cum revera utraque in *provincia formam*, utut honoratiori modo, fuerat redacta, sicut de Saxonia disertè quoque traditur in *vita Caroli M.* à *Pitboeo* edita, & apud *Stadensem* ad A. 788. de Bajoaria vero tot Ducum exauktionationes, in eosque ex Lege Majestatis exercitæ pœnæ luculenter testantur, possunt forte de aliis etiam provinciis quædam hujus generis reperiri. si quis nunc ex prætextis istis formulis potius, quam interiori-juris habitu, verum illarum regionum statum vellet æstimare, is nimium puto falleretur, unionis & communionis dulcia vocabula severo supplicio obtendi solent, & pristini moris mentionem novi Imperii invidiam credunt amoliri. Deinde, in Republica multa fieri de facto, quæ in juris publici rationem non possint computari, quanta hujus generis in Germania nostra extiterint subieci de specimina, nemini potest esse obscurum, nisi plane hospes sit in rebus publicæ descriptis. postquam enim, concidente Carolina stirpe, tot illustres, Saxonice, Suevicae aliæque familiae, mutua ambitione singulae ad culmen Imperii adspirarent, unica vero tantum obtinere poterat, quid aliud sperare licebat recum potitæ, quam cæterarum præteritione gravem sibi concitum ita invidiam, in factiones sæpius & bella civilia excreturam, ad quæ cum semina paulatim spargerentur struerenturque viæ, multa sub sche-

mate juris fieri antea necellum fuerat, quæ rever-
 ra nihil juris habebant in recessu: acciderunt
 multa ejusdem generisq; sequioribus seculis
 alia, quorūm memoriam quidem curiosa dispu-
 tatione refricare, & boni civis officio, & religio-
 ne adversus sacratissimam Amnestiæ legem, pro-
 hibemur; eo tamen possumus allegare, ut appa-
 teat, quid censendum sit de judiciis, super publi-
 co rerum Statu latis, ubi in argumentum juris
 talia à scriptoribus trahuntur passim commen-
 danturque securius. Utut enim istiusmodi a-
 ctus, sub turbis præsertim, animosius aliquan-
 do, sæpe etiam Imperatoribus non valde contra-
 dicentibus, fuerint exerciti, alia tamen quam ille-
 gitimi, & adversus Reip. disciplinam tendentis
 operis æstimatione, nondum possunt haberi, quo-
 usque jus suum deseruisse illos non dilente appa-
 ret, quod quidem in publicis motibus ex solo si-
 lentio non præsumitur, cum illud non fuisse libere
 volentium, uti ad præsumendam derelictionem
 requiritur, notante *Grotio de I. B. P. II, 4, 5.* sed ex
 necessitate dissimulantium, &, ob injuriam tem-
 porum, rem differentium in opportuniore oc-
 casiones, exempla aliquoties vindicatæ postmo-
 dum Imperatoriæ autoritatis, satis restantur:
 quare & hoc denique certissimum est, *in turbia non
 posse perfectum de Republicâ ferri judicium*, illu-
 strant hoc accuratiores prudentiæ civilis aucto-
 res, & nominatim horum Princeps, *Bœclerius*, sub
 exemplo Reipublicæ Romanæ, ex historia sæculi,
 quod à Gracchanis tumultibus ad formatum ab
 Augusto

Augusto Principatum intercessit; quo nemo prudentium illis temporibus satis prudens, nemo perspicacium satis oculatus fuerit, ad comprehendendum Reip. habitum, prout ex vero, & citra usurpata schemata, scitum habuerat, adeo ut illud *intervallum* fuerit, quod in Notitia Reipublicæ aliquis imitatione Varronianæ Chronologiæ ἀδηλον, sive *obscurum* dixerit & *incertum*. possumus similia planè de Nostra dicere Republica, antiquioribus aliquot temporibus, & iis præsertim, quæ ab Henrico IV. ad Rudolphum I. usque, forte & paulum ultra, numerant res Germanicæ. Si quis absque præconcepta opinione tentaverit, satis puto apparebit ista *confusionis periodus*; nam ut nos in rem præsentem ipsi descendamus, multa prohibent: si vero nunc iterum ordinariam Civitatis disciplinam ex hīs velimus æstimare, quæ inter partes, & à partibus dissidentibus, fiebant, quæque eo ipso tempore, pro diverso nimirum animorum habitu, diverso quoque explicabantur iudicio atque stylo, dubito an secuturi simus regulam, quam, in ferenda de Reip. statu solidiori sententia, commendant viri sapientes & politici. etiamsi sæpe eveniat, ut civitas ex instituto & legibus suis obtineat aliam formam, quam quæ apparet in usu & administratione, etiamsi forma Reipublicæ contentionibus & casibus temporum ita obscuretur nonnunquam, ut strictè loquendo vix possit dici aut existimari Respublica, tamen in iudicio univèrsim de Republica ferendo magis rō dicit, in ipsa Civitatis constitu-

stitutione, complectendum, quam, *το γυμνασιον* in usu rei à prima sui conditione sæpius aberrante, interpretandum esse, *alibi* idem *Bœclerus* monuit, & multorum maximorum virorum calculo comprobatum est. Quæ omnia quorsum pertineant valeantque, prudentioribus, etiam absque ulteriori iudicio, facile potest subolere. sed diutius fere in hæremus vindicandæ sententiæ, quam nec serio impugnare, sed alio potius proposito dubiam reddere voluisse *Eruditissimum Virum*, parum abest, quin credam apud me, aliisque persuadere ausim.

XXII. Quibus temporibus primi ordinis legatos vel Ambassiatores mittere, & alia ad publicas hujus juris solennitates pertinentia exercere ceperint, status, suis locis rectius, partim, quam heic in univèrsum explicatur.

CAPUT. IX.

Status qui & quales mittant legatos, ubi de Condominis, Minoribus, Ordinariis, excommunicatis, & aliisque.

I. Status legatos mittunt non solum singulis, sed & plures conjunctis.

II. Coniunguntur vel legaliter: omnes in Constitutis aliqui, per Collegia, Circulos.

III. Vel conventionaliter, confederationibus, pactis.

IV. An & quatenus ubi plures pro indiviso possident Principatum, singuli jus habeant legationis.

V. Si

V. Si Minorennis fit Princeps mittit Tutor vel Administrator.

VI. In Electoratu Bohemico, tali casu Regni Bohemio Ordines eam facultatem pretendunt, & quo fundamento.

VII. Sed contradixerunt Reges.

VIII. Varia Doctorum super hac re judicia.

IX. Seculares Principes Majorennis, hoc jus habent etiam ante Investituram Casaream.

X. In Ecclesiasticis sede vacante, Capitulum mittit,

XI. Excipitur casus electionis Casaree.

XII. Archiepiscopus vel Episcopus electus, hanc facultatem exercere potest, etiamsi nondum sit infulatus.

XIII. Sed & antequam à Cesare sit investitus.

XIV. Eadem interminis habilibus ad Administratores Archiepiscopatum & Episcopatum Aug. Conf. addictos pertinent.

XV. An exempti legatos mittere possint distinguuntur.

XVI. An Apenninici.

XVII. Libera ac Immediata Nobilitas quaque potest: & quo titulo.

XVIII. Item Hanseaticæ Civitates.

I. **S**ubjectum hujus juris *Status*, qui & quales sint, supra diximus. quoniam vero circa mittendos legatos quædam specialiora occurrunt, in supplementum prioris tractationis illa fuerint addenda. Mittunt enim *Electores, Principes, & Status* non solum *singuli*, uti infinita quotidie exempla obvia testantur: sed & plures simul, *conjuncti*

• *conjuncti*, cujus rei iste effectus est, ut, licet plures sint legati, & à pluribus quoque mittantur, si tamen communi auspicio fiat missio, non nisi pro una, quoad solennitates & cæteras consuetas ceremonias, habeatur legatione.

II. Coniunguntur vero Status vel *Legaliter*, vel *Conventionaliter*. ad priorem classem refero, si vel omnes Status in univertsum, quatenus Imperatori contradistinguuntur, mittant legationem: qualis fuit illa ad Carolum V. in Hispaniis degentem A. 1527. adornata, cujus *R. I. Ratisbon. d. An. 9.* Nachdem auch 16. mentione facit. vel certa Collegia: ita *Electoralis* Collegii legationem ad Electorem Brandenburgicum A. 1658. *Diar. Europ. part. VII. Append. n. 2.* ad Poloniæ Regem, initio hujus seculi, *Herm. Kirchner. de legat. 1, 3, 20.* *Civitatensis* ad Carolum V. Imperatorem in Hispanias A. 1523. dimissas, *Sleidanius Comment. IV. p. 85* describunt. Eodem pertinet *Esrenorum* legationes, in quam rem allegare possumus; quas *Franconicus & Suevicus*, pro suspensione Edicti, super restitutione bonorum Ecclesiasticorum promulgati, ad Cæsaream aulam A. 1629. miserunt, quarum negotiationis partem exhibet *London. Contin. part. III lib. 1. tit. 70.* similiter *Franconicus* in Conventu Bambergensi A. 1644. Novembris mense ad futuram Westphalicam pacificationem decreverat legationem; sicut eo nomine non solum salvi conductus tabulas à Gallis Suevicisque petitas, sed & Imperatori id consilium per literas indicatum esse, *acta* testantur, *London.*

dorp. Contin. p. V. l. 2 c. 86. 87. 88. & Preliminar. Pa-
cia Imper. part. 2, tract. 12 p. 85. Nuper quoque ad
Neomagienses Tractatus Saxoniam Inferiorem Cir-
culum destinasse, ex *Concluso*, in Conventu Brun-
vicensi d. 3. April. A. 1677. facto, apparet: Daß
man zu Beobachtung dieses löblichen Kreyses
interesse, und zu Conservirung dessen Ges-
rechtsam und jurium, nöthig befunden / den zur
Nimwegen angestellten Friedens- Convent
Kreyses wegen zu beschicken / und zu dessen
Behuff einige von denen Kreys- Ständen / wie
vormahls bey dergleichen Tractaten auch ge-
schehen / zu deputiren. Wie aber dieselbe zu
instruiren / und andere hierzu gehörige particu-
laria einzurichten / darvon würde nunmehr wei-
ters zu deliberiren / und ein gewisser Schluß
zu fassen seyn ; factum id est in *Consultatione*
sequenti statim die habita, cuius *Conclusum*,
quoniam insigne specimē super modo eju-
modi missionis continere videtur, apponere
non ingratum puto fuerit. Id verò tale est:
Daß zu förderist die Römische Käyserl. Maj.
Kreyses wegen zu ersuchen / nicht allein das
Friedens- Negotium zu Regenspurg in deli-
beration bringen zu lassen / sondern Sie wür-
den auch Ihre nicht zu wieder seyn lassen / wann
alle und jede Stände / die da wolten die *Ährte*
nacher Nimwegen abschicken / imgleichen ders
Pleni-

Plenipotentiaris zu Nimwegen allergnädigst auffzugeben / auff der Stände wohl gemeynte Vorstellung / in Sachen das Reich und diesen Kreyß betreffend / einige reflexion zu machen / und desselben bestens / wie auch aller und jeder Stände particular Angelegenheiten recommendirt seyn zu lassen. Was aber hiernächst / wegen der beliebten Abschickung nach Nimwegen / die circa particularia zu Mitfrag gestellte 5. Puncta betriffe / so seye quoad I. dieses Negotium denen Hohen Kreyß, Aemptern und der Stadt Lübeck der gestalt auffzutragen / daß / wann dieselbige ingesamt die Ihrige nach Nimwegen schickten / Sie miteinander communicatis consiliis des Kreyßes interesse behöriger Orten in acht zu nehmen; im Fall aber einer oder der ander die Seinigen dahin zuschicken verhindert würde / die übrigen so allda erscheinen / nichts destoweniger das committirte bestermassen zutractiren / Bevollmächtigt seyn sollen. Quoad II. seye die Instruction vor dismal nur in generalibus auff dieses Kreyßes interesse zurichten / dabey doch die gemeine Reichs Angelegenheiten / und der Stände in denen Reichs = Satzungen und dem Instrumentum Pacis gegründete Jura, welcher wegen die Herrn Deputirte mit andern Reichs und dieses Kreyßes

Kreyses Ständen und deren Abgesandten in loco tractatum zu communiciren haben. / nicht zu vergessen. Quoad III. würden die Herrn Deputirte an die Kreysß außschreibende Fürsten / und also das Di- und ConDirectoriu zugleich von allem so da vor kommen / und des Kreyses interesse betreffen möchte / nachricht zuertheilen / belieben lassen / welche es dann / nach befundener Wichtigkeit an die übrige Kreysß Stände / entweder per literas , oder gar durch convocationē; wann es nöthig befunden werde / solten zubringen / und weitere Instruction zu theilen haben. Quoad IV. würde es hiezue keiner absonderlichen Spesen und Unkosten bedörffern / in dem die Deputirte Stände / die Ihre Gesandtschaft bereits zu Nimwegen / oder dahin noch zuschicken haben / und also dieses Negotium ohn sonderbahren entgelt mit verrichten können. Endlich und quoad V. wären die Herrn General Staaden um Ertheilung einer Acte von securität für alle und jedes membra hujus circuli , so die Ihrigen nach Nimwegen zu senden gemeynt seyn möchten / anzulangen / wozu die Braunschweig Lüneburg Zell und Wolffenbüttelische Herrn Abgesandten / wegen Ihrer Hoffen Herrn Principalen / diensame officia zu præstiren sich erbot-

ten/weshwegen Ihnen billich schuldiger Dank
erstattet würde.

III. Quod *conventionales* statuum conjun-
ctioes attinet, eas voco, ubi *Confederationibus*,
pactionibusve in commune corpus aliqui cœunt,
quos communi Corporis nomine mittere legatos
frequentissimum est. Ita superiori seculo religio-
nis intuitu in partes scissorum *protestantium* & que
ac *Catholicorum* multæ extant legationes, quarum
plurimas in *Commentariis* suis consignavit *Joan-*
nes Steidanus, speciminis loco, descripta *in isto libri*
septimi, *decimi* p. 369. *undecimi* p. 274. *duodecimi*
p. 322. *decimiquinti* p. 397. *decimi septimi* p. 447. ad
Cæsarem: *decimi septimi* p. 480. ad Gallia & An-
glia Reges: *eiusdemque libri* p. 477. ad Helve-
tios, adornatarum missionum exempla, videri pos-
sunt. Quales præsensæ seculi initio *Unista*, ut
vocabantur, ac *Ligista* passim miserint, præter
Hartleberi prolixum opus, *Landorpii* atque
Theatri Europæ priores Tomi docent. Specialiter
Confederatarum institutas legationes, vel novissi-
mi belli tempora satis multas viderunt, quas qui-
dem omnes percensere sicut infiniti laboris, ita
nec possibile fuerit, extra publica Tabularia con-
stitutis.

IV. Anne & huc referam Principes Comi-
tesque unius familiae plures, qui unam pro in-
diviso, ex lege conventionis aut pacti gentilitii,
possident ditonem, ejusque rationes communi
nomine administrant: sicut in Imperio nostro sæ-
pe fieri, præter *Bertramum de Comit. th. 41.* docue-
runt

runt *Seckendorfsius* Teutsch-Fürsten-Staat. p. II. c. 3. §. 2. ac *Aut. der Grundv.* p. 1. c. 3. p. 40. allegavitque exempla *Limneus* *Addit.* 1. ad IX, 1, 54. ex R. I. Ratisb. A. 1641. familiae Saxonicae Vinariensis, Anhaltinae, Fuggerorum, Schoenburgeris atque Limpurgicae, & possunt ex subscriptionibus R. J. de A. 1654. alia facili negotio adjungi. Quin hoc casu de rebus ad publicum regionis statum pertinentibus adornanda legatio, omnium consensu fieri soletat debeatque, adeo ut vel unus ceterorum decreta impedire possit, dubio caret, propter regulam communionis l. 28. ff. *commun. div. l. 11. ff. de S. P. R. t.* 56. *de R. I. in 6. c. 29. eod.* in publico quoque jure receptam, observante *Ludolpho Hugone* sapius laudato commentario de *Stat. reg. Germ.* c. 6. §. 17. sed an insuper *singuli quoque jus habeant legationis seorsim exercendum*, quaeri posset? loquor de tali casu, ubi praeter communem, peculiarem nullum possident Principatum aut Comitatum, cujus intuitu alias mittere possent: negarent forte aliqui id absque haesitatione, quod universi unum solummodo Statum representent, ac sicut propterea singuli in Comitibus votum ferre non possint, ita nec caetera regalia, quorum eadem apparet ratio esse, usurpare. Sed aliter mihi videtur, neque dubito asserere, singulos, de rebus ac negotiis ad se praecise pertinentibus, quibus nimirum nec caeteris locis, nec communis principatus Statui fiat praedjudicatio, legatos possedimittere, ideo, quia usus rei vel juris sui haecenus cuique liber esse debet, quod autem *pluribus.*

N

commune

*communis est, id singulis quoque summum rectè dicunt. per l. 239. §. 9. ff. de V. S. l. 46. ff. de R. N. l. 5. §. 1. ff. de legat. 1. l. 74. ff. de legat. 3. quoad dispositionem scilicet partis iux, quales heic, si non corpore, saltem intellectu, occurrunt, ut cum J. C. Tol. 5. ff. de Stipul. serv. loquar. quare falluntur etiam, qui universos ejusmodi Con. Dominos Principes tantum solummodo Statum repræsentare credunt, cum enim singuli jus habeant suffragii ferendi actuale, hoc est, singuli ad efficientiam ejusmodi voti, propria autoritate, concurrant, singuli quoque in statu censu sunt habendi, quod vero vim unius tantum voti in Principum Senatu habeat, quod communis regionis nomine dicunt Illi, peculiaris subest ratio, quæ nititur regula, publica Imperii consuetudine nunc recepta, quæ numerus suffragiorum, non personis, uti existimarunt aliqui, *Bertram dict. loco, & Limneo §. P. IX, 1, 55.* refutati, sed Territoriis Principalibus adæquatur, sicut in Comitibus A. 1641. Sessione d. 17. 27. Septembr. habitâ eo provocasse non solum *Salisburgensem, sene wissend / daß im H. R. Reich die Sessiones und vota nicht der Fürstl. dignität / sondern dem Land annectirt: sed & ex secularibus, alium: es hange im sedendi & votandi im Fürsten. Rath nicht in Persona, sondern in re & Territorio, testatur Protocolum, quod Londorpius exhibet. Conf. Conring. ad Lampad p. 3. c. 5. §. 25. Ludolph. Hugo allegato libro c. 4 §. 13. cui instituto utique conveniens est, ut, qui unicum Principatum possident, unici quoque voti participes sint. Quemadmodum**

autem

autem propterea Comites ac Barones singulos ex Statuum classe nemo exclusit, quod in universum quatuor solum vota in Comitibus habeant, ad quorum tamen conceptionem omnes concurrunt: ita nec ejusmodi Condominos singulos eodem quis removerit, utur, ex speciali ratione, unius solum suffragii æstimatione habeatur, quod communi nomine ferunt. *pro* ferendi suffragii actuale ipsum, in quo essentia Status consistit, ubique æquale est, in *modo* solummodo diversitas occurrit, modum vero rem ipsa non variare, tralatitium est. Imo quamvis singuli peculiare votum ferre nequeant, non tamen prohibentur, vel ad ipsa Comitibus legatos suos dimittere, sicut etiam in litteris Imperatoriis omnes nominatim vocantur, possuntque illi Cōsultationibus publicis omnes interesse, ac in Senatu cæterorū comparere, sed non nisi uni votanti scammum occupare licet, reliqui in subselliis secundariorū confidere tenentur, prout in Comitum quoque ac Baronum singulorum Legatis sereshabet, vid: *Autor. de Brundis. part. II. cap. 5. p. 104. Sprenger. Lucern. Imp. p. 79.* Unde satis quoque apparebit, puto, diversitas juris suffragandi in Comitibus, à cæteris regalibus, quod enim id seorsim exercere nequeant, peculiaris obstat ratio, qualis heic sane nulla occurrit. loquimur verò de Condominis æquali jure præditis, sicut vero specialibus pactis uni ex his major minorve potestas potest attribui, ita quoque circa legationum jus separatim quid constitui, vel ejus exercitium in uno aut altero penitus suspendi posse, non negaverim.

N 2

V. Quid

V. Quid si *Minorennia* sit Status? *legibus* aut *moris* Imperii nostri mittit *Tutor* vel *Administrator*, sicut ostenditur, & exempla in hanc rem allegantur, apud *Limnan* §. P. IX, 1, 51. *Schuzium*. V. 1. D. 7 th. 16. & D. 10. th. 9. lit. c. *Bertramum de Comit.* th. 41. *Autor. der Grundv.* p. 1. c. 5. §. 4. verum non suo, sed pupilli, adeoque non proprio, sed tutorio, nomine, ut reliquorum jurium, ita hujus quoque, dispositionem competere atque exerceri, per se manifestum est, & ex subscriptionibus *Recessuum Imperii*, aliisque *pactionum* *foederumque*, tali tempore confectorum, tabulis constat, ut non opus habuerit *Hornius de Civit.* II, 6, 1. quare hoc sine *Hermanno Kirchnero de legat.* 1, 3, 48. similia tradenti, censuram addiderit, illum enim de consuetudine Imperii, & de Principibus quoque Germaniæ intelligi voluisse, contextus verborum satis indicat. Hinc etiam in ejusmodi missione ad *Comitia*, priorem *evocationem* & *titulaturam* ratione mittentis non mutari, observat *Sprengerus Lucern. Imp* p. 33. An autem in *Electores* minorennitas, ratione *comitiorum*, citius evanescat, quam *Territoriorum*, & consequenter *Administrator* retineat jus mittendi *legatos*, respectu *Territorii*, etsi *Princeps* id jam habeat *Comitiorum* intuitu, olim inter *Palatinos* disputatum est, multis in eam rem *adversarius scriptis editis*, *negativam* vero *rationibus* firmam, & *observantia* Imperii roboratâ, prolixè adstruxerunt *Schuzius alleg. loc.* & *Limnan* §. P. III, 5, 53 seqq.

VI. In Electoratu Bohemico peculiare quid notant, quod Rege minorente, administratio jurium Electoralium, & consequentes legationum mittendarum facultas, non ad agnatos proximiores & seniores, quibus alias secundum dispositionem *A.B.C. 7. §. 2.* competit, sed solum ad Status & Proceres Regni Bohemiae devolvatur, una cum Rege exercenda. Quae res Anno 1619. cum, defuncto Matthia Imperatore, ad Comitum Electoralia Ferdinandus Rex solus mittere vellet legatos, admodum inter Ipsum atque Status Regni controvertebatur. Hi pro jure suo, in *litteris ad Electorem Moguntinum d. 13. Jul. & in aliis, ad Collegium Electorale d. 12. August. ejusd. anni* scriptis, quae in *Londorp. Act. Publ. T. 1. l. 4. c. 61. p. 658. seqq. & Theatr. Europ. part. 1. p. 173. seqq.* reperiuntur, allegant, non solum *Privilegium Caroli IV.* quod *Goldastus Polis. Reichs. Handel, part. V. p. 29.* exhibet; iis verbis: **Daß die Jura Electoralia Bohemica den löblichen Ständen der Cron Böhmen in ihren special privilegiis eygenthumlich übergeben / geschencket und appropriert worden / daß wann sich bey den Regierenden Königen in Böhmen / einiger defect oder Minderjährigkeit befände / warum Sie an dem würcklichen Gebrauch jurium Electoralium nach Gewonheit der andern Cur-Häuser sonsten fönten verhindert und abgehalten werden / daß deren usus und administratio nicht**

auff

auff die agnatos Proximos & Seniores, sondern allein auff die Status und Proceres Regni Bohemiz devolviret / auch mit und neben dem König exerciret werden: Sed & *praxis* atque *observantiam*, A. 1519. in electione Caroli V. Gestalten dann solches in Kayser Carls V. Walhandling observiret / und ohnerachtet deren durch König Sigismund in Pohlen pretendirten Titul und erregter Contradiction, were doch nichts destoweniger der Cron Böhmen Abgesandter / auff seine so wohl von Ständen / als Ihrem minderjährige König vorbrachte Gewalt / von dem Churfl. Collegio zur Wahl Handlung darum billich beygelassen worden / dieweil der defectus minorennitatis durch der Stände / als der proprietariorū, special Procuratorium und Plenipotenz / nach Inhalt ihrer privilegien erstattet / und dannhero auch der Böhmische Legatus in allen dardemahligen Actis Electoralibus, besonders aber denen Denuntiation-Schriefften an Kayser Carln / nicht allein für des Königs / sondern auch der Cron Böhmen Gewalthaber und Vollmächtigen Gesandten titulirt und genennet worden.

VII. Verum contradictum est & responsum a Ferdinando II. Rege suo, in Bericht vom Böhmischen
 mischen

mischen Anwesen / apud *Londorp* T. 1. l. 4. p. 670.
 & *Theatr. Europ. part. 1. p. 179* seqq. hilce verbis:
 Belangend die bey Königs Ludovici Zeiten
 geschene Absendung / so mussten sie erstlich wiss-
 sen / daß damahls nicht die Ständ / sondern
 König Ludwig selbst zur Wahl erfordert wor-
 den / auch die Gesandten allein vom König
 schreiben wegen des Geleids gehabt / und ver-
 mög derselben das Geleid erlangt / wie eben falls
credentiales nur allein vom König mit sich
 gebracht. Ob nun wol erwehnte Abgesandten /
 nebeden Königlichen auch von den Ständen
 ein Gewalt gehabt / so erscheinet doch aus den
Protocollen so viel / daß solches sonderlich we-
 gen des Streits / so damahls zwischen König
 Sigismundo in Pohlen / als Tutore un Nech-
 sten agnaten / und dann dem König und denen
 Ständen vorgefallen / geschehen sey / wie das
Disputat. so zwischen denen Gesandten vor der
 Wahl fürgelauffen / klärlich bezeuget / weil aber /
 laut besagten *Protocolls*, sie sich über densel-
 ben damahls strittigen Sachen mit einander
 vertragen / und der eine Gesandte / *Uladislaus*
 Herz zu Sternberg / welcher principaliter des
 Königs Gesandter war / zur Wahl zugelassen
 worden / so kan daraus / als einem *casu* Singu-
 lari, und so sich gar zwischen andern Partheyen

und in andern Sachen zugezogen/ diesen fall nicht präjudiciren.

IIX. Quare etiam diversa super hâc Statuum Bohemiz prærogativa, Doctorum sunt judicia. *Limnanus* f. P. III, 8, 29. nonnullorum ex sententia eam asserit, postea in *Addit. T.I. p. 359. Et ad A. B. c. 7. §. 2. observ. 40.* quæ utrinque disputata, una cum aliorum opinionibus, refert, ipse vero non decidit. *Schuzius V. 1. d. 7. sh. 16. lit. e.* postquam seriem totius controversiæ recensuisset, *sane nos quid determinemus, vix habemus*, inquit, rationes tamen dubitandi subjungit, ex quibus facile adversus Ordines sententiam illum inclinasse, apparet. *Lampadius de R. R. G. part. III. c. 4. §. 24.* absque dubitatione exceptionem hanc ponit. sed *Conringius in Annotatis p. 166.* eam *Aurice Bullæ adversam* dicit; *nec movere ipsum id quod contigit in electione Caroli V. multa enim tum contra legum observantiam esse commissa*, ut proinde *allatum exemplum nullius sit roboris*: quale pro aliquo præjudicio ideo quoque haberi non posse *Distoricus ad A. B. c. 7. p. 53.* observavit, quod *nondum constet*, quo respectu *Electores legatos Bohemicos admiserint*; sed satis ex *Protocollo* constare, illos *admissos esse vi mandati sui, ab ordinibus accepti, quod mandatum privilegio nisebatur Carolino*, præter *Rumelinum ad A. B. alleg. loc.* ostendit *Stranchius noster Instit. Jur. publ. p. 1. tit. 3. §. 10.* ubi hanc suam assertionem, jam *Exoter. IV, 2.* propositam, adversus aliorum objectiones amplius defendit, ipsum sanè *Ferdinandum hoc jure Bohemiz Ordini-*

dinibus non penitus ademtum, sed tantum limitatum voluisse, ex illis supra *allegati scripti* verbis, colligo, Wann Absendungen auch in geringen Sachen von den Ständen auffer Lands beschehen / muß solches in einem offenen und von dem König ausgeschriebenen Land-Tag geschlossen werden. *Theatr. Europ. d. l. p. 184.* posunt ergo mittere legatos, sed non pro arbitrio suo.

IX. Majorenes autem Electores, Principes, Comites, etiam antequam Investituram à Cæsarea Majestate sunt consecuti, legatorum mittendorum jus habere, *ad externos* quidem, dubio forte caret, extantque publicè in hanc rem nuper exempla. Sed an simili modo *in Imperio* se res habeat, ubi ad Conventus universales vel particulares missio instituenda, non immerito quæri posset. ut in Electoribus, si quando ad Comitæ Electoralia legatio adornanda, res expedita videbatur, ob textum *Aur. Bullæc. 7. § cap. 20.* quod cæteros tamen Principes ac status attinet, controversum hoc fuerat in Comitibus Ratisbonensibus A. 1608. in causa Joannis Friderici Würtembergici Ducis, cui sane à Ferdinando, Archiduce Austriæ, Cæsaris tum Commissario, ac quibusdam Catholicis Ordinibus id negabatur, neque admittere volebant hujus legatos, quamdiu de Ducatu à Cæsare non esset investitus, aut speciale de eo indultum non obtinisset: seriem disceptationis præter alios exhibet

N s bet

bet *Limneus Addit. T. 1. ad IX, 1, 52.* quam tum ita finitam dicit, ut, cum nec rationibus, nec exemplis quicquam proficerent vel Württembergenses Legati, vel cæteri Evangelici Status, Illi Protestationem interposuerint, &, relictâ Ratisbonâ, domum fuerint reversi. Unde factum puto, ut aliqui, interque eos *Christophorus Wenzlerus de Collect. c. 2. n. 7.* in negativam sententiam se passifuerint induci. cum ex aduerso *affirmativam* verissimam esse, & posse Principem Comitemque, æque ac Electorem, statim apprehensa regionis possessione vel administratione, etiam investitura nondum impetrata, ut cætera Statûs characteri aut superioritati Territoriali connexa jura, ita præsens legationum quoque, ubique exercere, luculentissimis *rationibus juris*, probaverint, & *observantiam Imperii* insuper ostenderint multis exemplis *Bertranius de Comit. th. 41. Buxtorf. ad A. B. th. 85. Schuz. V. 1. d. 2. th. 11. l. d. D. 10. th. 9. lit. 5. & disß. de Vicar. Imp. concl. 23. Idemque Limneus 7. P. III, 7, 3. 4. & IX, 1, 52.* quibus recentiora addi possunt apud *Autor. der Grundv. p. 1. cap. 5. §. 2.*

X. In Ecclesiasticis, ubi non per successionem, sed electionem ad regimen perveniunt Status, quoad vacare contigerit sedem, Capitulum Legatos mittit, quoniam non solum *Canonum jure*, hoc regulariter idem potest quod Episcopus. *c. un. de major. & obed. in 6. c. cum olim. 14. X. cod.* sed & *Imperii consuetudine*, defuncto Episcopo, Jurisdictionem, regalia, superioritatisque jura omnia retinet, in eaque quodam accretionis modo succedit,

cedit, quod præter *Gailinm* 1. *obs.* 30. n. 12. observavit *Paurmeisterus de Jurisd. R. Imp.* l. 2. c. 7. adeo ut & Capitulares des *Stiffs*. *Erbherin* nominentur, apud *Mindannum Proceff.* l. 1. cap. 19. num. 14. Equidem si theoreticam sequeremur disputandi rationem, non deessent forte dubitationes, sicut disertè, scrupulo hoc non carere, dixit *Schuzius V. i. d.* 6. *sh.* 26. *lit. b.* add. *Autor. der Grundv.* p. 1. c. 5 §. 2. verum quia passim à Capitulis, & nominatim ad Comitata, missorum legatorum exempla extant, qualia retulit quoq; *Limnæus* ? *P. IX.* 1, 50. & ad *A. B. c.* 1. §. 18. *obs.* 10. n. 4. videtur publica praxis hætenus ejusmodi ratiocinationibus omnem præclusisse efficaciam.

XI. Nisi quod in Archiepiscopatibus adhuc, ex isto, ut apparet, fundamento, excipiatur Casus electionis Cæsareæ, ad hujusmodi enim conventus Capitulū legatos ideo dimittere nequit, quod talis actus non Archiepiscopalis, sed Electoralis sit muneris, uti ex *A. B. c.* 1. 2. 3. 4. passim apparet, & à *Sprengero Lucern. Imp.* p. 33. aliisque *Wurmsero Exerc. Jur. Publ. Ex.* 2. q. 4. allegatis, observatum est: at vero Canonico quoque juri convenit, ut Capitulum non succedat neque repræsentet Episcopum, in iis quæ eidem, non ut Episcopo, sed aliunde competunt, *c. illa.* 2. *X. ne sede vacant.* *Limnæo* quidem ad *A. B. c.* 1. §. 18. *obs.* 10. n. 3. *seqq.* allata ratio *insufficiens* & ad *litern* componendam *invalida* videtur, quod etiam ad generalia Comitata Capitulum vocetur, non ut Episcopum repræsentans, sed ut Principem Imperii, sicut ex
sub

Subscriptionibus Recessum appareat, sed postea tamen, meliorem non substituit, nisi quod *usu & praxi*, in illis negotiis; quæ ad Electores, ut tales, spectant, Capitulum nullas obtinere partes, annotet, ad *ius Canonicum* autem frustra heic provocari, in quo quidem neminem habebit repugnantem, si de autoritate legali juris Canonici intelligat, posse tamen exinde analogicas deductiones illustrandæ hujus rei gratia, negari penitus non debet.

XII. Cæterum electo Archiepiscopo vel Episcopo, statim, ut cætera Territorii jura, ita legationum quoque competere, certum est, neq; impeditur ista facultas, etsi nondum insularus sit. Cum enim duplicem subeat considerationem, *Archiepiscopi vel Episcopi, quâ talis*, ad cujus constitutionem concedere possumus, non sufficere solam electionem, sed ex dispositione juris Canonici in *c. licet. 4. X. de translat. episc.* confirmationem & consecrationem Pontificis insuper requiri: & *Electoris vel Principis Imperii*, cujus constitutio nullo plane modo ad Pontificem pertinet, sed unice dependet ab Imperatore ac Imperio, & heic mediante illa Capituli electione exercetur: tamen, cum posteriori solum respectu illi regalia, territorialemque possideant superioritatem, uti præter allos, in universum, *Valej. de Fend. 1, 5, 7. Mingius de super. Terr. §. 33.* & nominatim sub exemplo legationum juris *Kirchne-vus de legat. 1, 3, 30.* prolixius ostenderunt, hinc, quia personæ duplicem respectum habentis qualitas ea tantum requiritur, quæ ad actum est necessaria,

cessaria, *l. si pater. 15. §. qui duos. 1. ff. de adopt. ad presentis legationis juris exercitium, quod ipsis ut Imperii Principibus competit, utique sola sufficit electio, nec opus est consecratione Pontificia, uti notavit quoque Dan. Otto *Jur. publ. c. 10. p. 241.* & *Aut. der Grundy. alleg. loc. de praxi vero & observantia Imperii* insuper certiores nos reddidit *Limnaeus §. P. IX, 1, 49.* & *amplius III, 3, 40.* qui etiam *n. 42.* dubium, quale ex cōcordatis Germaniæ poterat excitari, ex *Bertramo de Comit. sb. 35.* luculenter satis expedivit.*

XIII, Sed & antequam à Cæsare sint investiti illi, non minus ac seculares, hoc jus exercere possunt, quoniam hætenus utrorumque par est ratio, & quantum secularibus pactum & providentia, vel successio, tantum Ecclesiasticis electio tribuit. ut non immerito mirari possis, quare *Schützins V. t. d. 2. sb. 11. lit. e.* ut & *d. 7. sb. 7. lit. h. i.* & jam antea *diff. d. Vicar. concl. 22. lit. e.* rationes diversitatis inquisiverit tam sollicite inculcaveritque, ac si in secularibus quidem Electoribus Principibusque, ad hoc, ut jura Electorum vel Principum possint exercere, Cæsarea investitura non requireretur, in Ecclesiasticis vero omnino foret necessaria, quanquam post multam disceptationem denique, *observantiam* suæ opinioni *contrariam sententiam hæc dixisse.* fateri ipse fuerit coactus, de quâ, præter *Baxtorfium* atque *Bertramum allegat. locis* videri debent *Dietericus ad A. B. c. 1. §. præterea, Limnaeus §. P. III, 7, 2. Maurusius diff. de Origin. Elector. c. 2. sb. 5.* quorum hi ad

ad rationes oppositas eruditè insuper respondere non desierunt. Sicut autem Principibus Ecclesiasticis, adeoq; Statibus Imperii jam ab aliquot seculis annumeratur summus Ordinis Teutonici Magister, proximûq; ab Archiepiscopis locum, licet alternatim cum Bambergensi, occupat, uti etiam Johannitici Ordinis potissimus per Germaniam Magister, qui & ipse eximium satis inter Prælatos Principes tenet locum, quemadmodum isthoc *schema sessionis in Senatu Principum*, quod *Aus. der Grundv. part. 2. c. 5. p. 108.* exhibet, atque *Londorp. Cont. p. VII. l. 6. c. 137. ac Diar. Europ. part. X. p. 32.* reperitur, edocet, unde emendari debet *Limnai add. T. 1. ad VI, 2, 60.* opinio: ita Legationum jure utrumque gaudere, dubio caret, nisi quod posterioris jus quoddammodo dubium reddere voluerint præsentés in Concilio Tridentino Episcopi, uti ex *P. Snav. Hist. Conc. Trid. l. 8.* novimus, quorum tamen argumenta non tam ipsum jus, quam juris exercitium nimis amplum, impugnant, sed vel solis Ambasciatorum nuper in Galliam atque Hispaniam, & novissime Romam missorum, exemplis uti apud *Aus. des memoires p. 27. Diar. Europ. part. XIII. p. 5. & part. XXIV. p. 138.* consignatum est, iterum refutari possunt.

XIV. Atque hoc, quod de Catholicis hætenus dictum est, in terminis habilibus, etiam ad Administratores Archiepiscopatum Episcopatumque, & Prælatos Augustanz Confessioni addictos, pertinet. Ucut enim olim Pontificii Ordines, & ipse Imperator, illis, Statuum dignitati

an-

annexa jura, & inter hæc, legationum, præsertim ad Comitiam, mittendarum facultatem, vi Reservati, ut vocabant, Ecclesiastici, R. I. A. 1555. §. 5. denegare fuerint conati, ita ut de facto quoque, quantum potuerunt, in exercitio sui juris impederint illos, quoniam tamen in ipsis illis Comitibus, & postea sæpius acriter satis se opposuerunt Protestantes, sicut ex *Actis Comitialibus* constat, qualia prolixo opere collegit *Christophorus Lehmannus*, per *Excerpta* vero in *Dissertationem de Reservato Ecclesiastico* nuper composuit, *Ulricus Obrechtus*, jus suum semper salvum conservavisse visi sunt, quod ex *Paurmeisteri de Jurisd. Imp. R. I. 2. c. 2. Lampad. de R. R. G. p. 3. c. 11. §. 13. Bertrami de Comit. lib. 36. Syringii seu Springeri de pac. relig. lib. 37. Cranii de pac. relig. p. 1. probl. 10. 11. aliorumque* prolixis disputationibus apparere amplius potest: sicut etiam in aliis, & nominatim *Circularibus Conventibus*, illud constanter, ipsa etiam *Compositione Pragensi* annuente, exercuerunt, quod *Limn T. 1. Add. IX, 1. p. 428.* observavit: de quo quidem hodie in universum nemini dubium supererit, postquam *Instrumento Pacis Cesareo Suecico art. V. §. 15. & præsertim 21.* omnes & singuli ad jurium suorum exercitium, absque contradictione exercendum, prout nempe quisque *Statutum ante religionis dissidia cornu jurius particeps fuit*, denuo sunt admissi, in quo dispositum quoque nominatim reperitur, ut & heic, *sede vacante, Capitula, ad universales æque ac particulares quosque Conventus Imperiales* legatos mittere possint.

sint, & quod modum missionis attinet, quæ & quos persona ad ejusmodi conventus mitti debeant, de eo Prasulibus cum Capitulis & Conventualibus statuere liberum sit. Atque statim in sequentibus Comitibus A. 1653. exerciti hujus juris, missorumque ab ipsis legatorum exempla extitisse, notavit *Aut. der Grundv. p. 1. c. 5. §. 3.*

XV. Cum etiam in Imperio nostro frequentes sint exemptionum controversiæ, quando nimirum superior Status alium ex classe Immediatorum Imperii Ordinum eximere, & in mediatorum vel Provincialium Statuum, Landsassiorumque suorum numerum referre conatur, quaeri posset, an ejusmodi Exemptus retineat legationum jus? e- quidem absque hæsitacione negandum videtur, quod per exemptionem omnis Status qualitas, superioritasque Territorialis, cujus partem legationum jus heic esse, diximus, tollatur, aut transfundatur in alium. Sed quoniam diversa sunt Exemptionum genera, distinctius respondendum fuerit. Est autem exemptio una, à finibus Imperii, altera, intra Imperium ab Immedietate. Illa duplici modo contingit, primo ubi exterus Rex statum aliquem bellica vi sibi subjicit, ejusque territorium suo incorporat Regno, sicut plura à Galliarum Rege, aliisque, hoc & superiori seculo, avulsarum ab Imperio provinciarum exempla extant, quin tales cum cæteris libertatis Germanicæ argumentis, legationum mittendarum facultatem quoque amittant, dubio caret. deinde, si quando aliqui semetipsos ita subtrahunt jurisdictioni Imperii,

perii, ut in plenam simul libertatem, sui que juris
 populata se erigant atque componant, consen-
 tiente denique Imperio, quod in Fœderato Bel-
 gio, & Helvetiis vidimus, tales adeo legationum
 ius retinent, ut pleniori quoque perfectiorique
 gradu illud consequi videantur, ex quo prioris do-
 mini nexu penit' cognoscuntur soluti; aliis enim,
 & sub ipsis mutationum turbis, ab illis missos, non
 alio, quam antea habebantur, titulo, censeri, ex-
 emplo variorum ad Galliz atque Angliz Reges,
 tum à Belgis Deputatorum, ostendit *Autor des
 memoires. p. 69. seqq.* Illi autem qui *intra Imperium*
 eximuntur, iterum non unius sunt generis: *quidam*
 enim communi Imperatoris cæterorumque Or-
 dinum consensu atque decreto, in jus Statuum a-
 liorum transcripti, atque adeo *vere exempti* sunt,
 qualium exempla referuntur à *Victore de caus.*
Exemption. Imp. concl. 38. & ex R. I. August. de A.
1548. §. De Gleichen 72. alia addi possunt, atque
 de his potissimum vera sunt, quæ initio diximus,
 eos utique legationum jus amittere. *aliorum* vero
 conditio adhuc *dubia* est atque *controversa*, de
 quibus *d. R. I. 1548. §. 75.* agitur, & *§. 53. 54. seqq.*
 Fiscali non solum, ut secundum *Indicem*, ex Mo-
 guntina Cancellaria sibi tradendum, qualem es-
 se *Additionibus* suis *Tom. 1. ad 1, 7, 73. p. 69.* insertu,
Limneus existimat, adversus ejusmodi exemptio-
 nes agat, sed & *Cameræ* injungitur, ut definitiva
 sententia sine retardatione litem derimat, singu-
 lorumque Statum proferat in apurum. In his
 itaque ad quasi possessionem immedietatis re-
 spicien-

spiciendum, quam si exemptus habet, ita ut jus suffragii ferendi, ab eximente in dubium quidem & controversiam vocatum, ipse tamen adhuc in Comitibus exercent, collectas in publicum Imperii ætarium inferat, aliaque, unde immedietas probari solet, exercent, omnino etiam legationum mittendarum facultatem habere censendus est, utut si quando ad Conventus Imperiales dimittunt suos, eximentes solenni protestatione intervenire subinde non desinant, uti *Auf. der Grundvest. pars. 1. c. 1. p. 41.* notavit. quod si ipsa quasi possessio illa litigiosa sit, nihilominus existimo, quoad judiciali sententia non perdat causam exemptus, æque ac eximentem, legationem jure istum adhuc gaudere, ob publicam utilitatem, pro qua, multa contra rationem disputandi in jure recepta esse, *Julianus in l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil.* dixit, confirmavitque in ipso legationum argumento *Grotius de I. B. & P. II, 18, 2.* interdum necessitatem huic juri locum facere extra regulam.

XVI. De Apannagiatis quidem dicemus? Equidem concedi potest debetque, esse eos Principes vel Comites Imperii, totiusque Principatus aut Comitatus titulum sibi asserere, etiam si forte de Principatu vel Comitatu nullam aut minimam partem fuerint adepti, uti præter alios, *Mylernus, de Princ. & Stat. Imp. p. 1. c. 22. n. 8.* docuit; cæteris quoque personalibus honoribus, & quod maximum est, inviolabilitate, Principi regenti debitâ, frui, quod *Furstenbergius Commentaris sui cap. 12.* observavit; sæpe etiam cum certo terrarum tractu in signe

insignem partem jurisdictionis, pro diversitate regionum pactorumque familiarium retinere, de quibus *Besili* liber de pactis familiarum Illustrissimus, *Ayleri Apannalogia*, *Springfeldii ejusdem argumenti Commentarius* videri debent, sicut etiam in univertum multa huc pertinent, conducique ex *Historia Minister. Cardinal. Mazarini* p. 463. seqq. in hunc locum amplius possunt, quæ de Ultragenitorum Principum Statu, in deductione causæ Bullionæ fuerunt dissertata. Quoniam tamen, juxta *Furstenbergii* philosophiam, suprematu non pollent, vel ad nostra principia, nec realia superioritatis jura habent, nec Statuum, proprie dictorum, numero continentur, quicquid etiam causetur *Consultator* ille, *Rechtliches Bedencken über den unmittelbahren Stand und dem anlebende Fürstl. Gräffl. Würden und Berechtigkeiten / der abgerheilten Fürsten / Gräffent und Herrn /* qui Status vocabulo heic abutitur, per se manifestum esse videtur, eos legatos, exquirite loquendo, mittere non posse, nisi quod dubium movere videantur pauca exempla, quibus certæ regiones secundo genito cum omnimoda jurisdictione, etiam Territoriali, in apannagium aliquando concessæ leguntur, sicut nominatim de Domo Electorali Palatina, & *Nassovico-Dillenburghensi* testatur *Sprengerus Lucern. Imp.* p. 215. ubi quidem in rem ipsam amplius inquirere, aut concessionû formulas excutere, non vacat, possumus tamen in univertum dicere, quod si tale quid fiat, videri nomine primogeniti

niti exerceri illam superioritatem, aut haberi jure personali, non reali, multo minus in eadem radium illum Majestaticum, ex qualitate Statûs ortum, reperiri, undè tamen ingens splendor & multa perfectio legationum juri in ipsis Ordinibus accrescat, prout supra explicatum est, quare etiam si aliqui ab hujus generis Principibus mittuntur, non posse eodem, cum Principis regentis Legatis, censu haberi. Verum sicut, præter hæc, exceptio non infringit regulam, quam antea insententiam negativam constituimus, ita ista insuper non nisi de *jure stricto* intelligi debet, ut vero interim *temperamento* locus sit, atque, ob spem successionis, in aliquem saltim legationum juris usum admittantur, illi æquum esse, præfracte non negaverim.

XVII. Liberam ac Immediatam Imperii Nobilitatem, in Statuum censu, si proprie, exquisiteque loqui velimus, saltim hodie non contineri, supra notatum est, quoniam tamen in multis paria ferè cum Ordinibus obtinet jura, qualia in summam collegit *Limnaus* §. P. VI, 3, 36. *seqq.* & ex *Tabulis privilegiorum* singulis classibus seorsim concessorum, prout publicè etiam extant, condiscenda sunt, ita nominatim quoque de legationum mittendarum facultate heic disputatur. Equidem hanc ipsis denegant *Hermannus Kirchnerus de legat.* 1, 3, 55. *Noldenus diss. de Stat. Nobil.* 158. *Struvius diss. de charact. Stat. Imp. apbor.* 10. *lit. a.* Ex adversum alii iisdem asserunt, ea tamen restrictione, ut non quidem *singuli*, sed *universi*, vel

vel conjunctim considerati, exercere possint, quemadmodum docent *Conringius de legat. c. 3. § 9. 10. Rulandus de Commiss. p. 2. l. 4. n. 51. Bortius de legat. th. 8. Mylerus de Pr. & Stat. Imp. p. 1. c. 19. n. 6. Wurmserus Exer. Jur. publ. 4. q. 7. Besoldus de legat. c. 3. n. 3. Junckerus diss. de leg. th. 70. & plures passim allegati, quorum sententia vera est & quotidiana Praxi confirmata. Ita vero intelligi debet, ut non solum *universum Nobilitatis corpus*, de rebus ad se communiter pertinentibus, sed & *singulae classes*, Suevica, Franconica & Rhenana, sub quâ *Allaticam* quoque comprehendo, quælibet in causis particularibus, legatos mittere possit. In utramque partem exempla promiscuè reperiuntur, & sufficit, prioris generis, ad pacificationem *Westphalicam* adornatam legationem, quam *Wolfgangus a Gemmingen* susceperat, allegare. posterioris vero vel ad *Conventus Circulares* plures dimissas *Acta* docent. sed de jure quidem dubitari non debet, quo *titulo* vero iis comperat, non immerito quæri potest, *Bæclerus, Not. S. R. I. lib. X. c. 2. q. 4. vi Superioritatis Territorialis*. alii *vi regalium* ipsis attribuunt, sed quoniam, an habeant superioritatem, adhuc maxime controvertitur, sicut ex contrariis, *negantium*, *Strauchii Exor. 4. 22. Klockii de Contrib. c. 4. n. 30. Lampad. p. 3. c. 3. §. 21. Ludolph. Hugon. c. 5. §. 5. 6. Rhetii de Jur. Stat. circ. sacr. c. 2. §. 17. & afferentium*, *Myleri de Pr. & Stat. Imp. p. 2. c. 36. n. ult. Paurmeisteri l. 1. c. 8. n. 6. Mauriti diff. de nobil. §. 49. Bidenbach question. nob. c. 1. n. 7. Schuzii V. 1.**

d. 9. 16. 10. disputationibus apparet, regalium quoque nomen in hujus juris originatione minus commodè adhiberi, supra jam ostensum est, igitur in his vix acquieverint homines curiosi. Puto ego, cum olim fuerint Status, & esse postea defierint, ex illo tempore multa retinuisse jura, alias Statibus propria, quorum jam titulus expressus non potest signari. Cæterum aliud dicendum de *Corporibus Nobilium*, qui per se inter Status insuper censentur, quod de *Ganerbiatu Fridbergensi* supra diximus, in eoque *Limneum l. P. VI, 3, 32.* habemus consentientem: licet enim Immediate Nobilitatis Corpore Illa quoque comprehendantur, ejusque intelligantur appellatione, nisi quod Imperiale Castrum Fridbergense, in Conventu Francofurti A. 1633. habito, Wetteravici Comites, in suum Collegium, procul dubio ratione Kaichensis Comitatus ab Eodem possessi, perducere, sed frustra & repugnantibus Ganerbiis, laboraverint, uti ex *Actis* apparet ap. *Limn. Add. T. 1. add. l. p. 56.* quoniam tamen alio quoque respectu separatam veluti Republicam faciunt, seorsim quoque jus hoc iisdem tribuere nulli dubitamus; exemplum legationis à *Castro Fridbergensi* A. 1530. ad Carolum V. nomine proprio missæ, *litera privilegiorum*, tum ab Imperatore indultorum, exhibent, quas *Tomo I. Additionum d. l. p. 62. Limneus* inseruit.

XIIX. Inter Civitates Imperiales *Hanseaticas* contineri, supra dictum est, quare legatos mittere posse illas, certum esse videbatur, sed quoniam aliquan-

aliquando in horum numerum etiam *mediate Civitas* referebantur, dubitarant aliqui; simpliciter hoc jus eis denegant *Waremundus ab Ehrenberg. l. 1. de feud. c. 2. n. 44. & Kirchnerus de legat. l. 3, 56. eo nomine Bruningum, qui diss. de var. univers. specieb. sh. 17. id affirmaverat, refutans, pro quo vero à Schubardo apud Arumæum part. 1. diso. 29. concl. 5. lit. d. Bortio quoque, loco ante allegato responsum est, & ab aliis insuper legationum jus denuo illis assertum, inter quos Besoldus de legat. c. 3. §. 3. 4. Wernsorus Exer. jur. publ. IV. q. 6. Mevius ad Jus Lubec. l. 1. tit. 1. art. 10. n. 37. Conringius Diss. de legat. sh. 21. qui insuper eorum ablegatis, notat, à quam multis regibus externis jam dudum eum honorem fuisse habitum, qui concedi solet liberorum populorum legatis. argumenta utriusque partis huc referre, prolixum nimis foret. si dicendum quod mihi videtur, equidem existimò non præter rem esse rationes eorum, qui mirantur, in Atrils Magnatum tanto splendore susceptas esse quondam, retinerique hodiernum legationes societatis, quæ non nisi Mercatorum fuerat consortium, eâq; æstimatione, quâ nunc Provinciarum Belgicarum societates, per Indias utraque commercia exercentes, debuerit haberi, cujus nunc etiam umbra vix supersit, sicut prolixa declamatione hoc agit *Autor des memoires p. 91. & præsertim 84.* Attamen cum apud Magnatum Aulas in possessione sint hujus juris, prout quotidiana experientia docet, nec forte adversæ sententiæ Autores negare audent, adeo, ut etiam*

Ambasciatorum titulum a legatis suis dari præ-
tenderint, obtinuerintque quoddammodo in
Gallia, uti supra notavimus, non video, quo præ-
textu à participatione hujus facultatis amplius,
præsertim in scholis, possint excludi. Ipsa Hansa
in *Apologetico scripto, pro legitimitate sui fœderis*
A. 1609. Lubeca sub titulo, *der vereinigten Zent-*
schien Hansee - Städte kurze und notwendige
Verantwortung / sampt angehenckter Protesta-
tion, wieder etliche ausgestreute Schrifften / da-
rinnen ihr Bund für ein verbottene Liga, pa-
ction und conspiration angezogen und ausgeruf-
fen worden / edito, quodq; iterum apud Londorp.
Contin. l. 2. tit. 105. p. 455. seqq. extat, multa adversa
argumenta convellere annisa est, & sicut acriter
negat, solum commerciorum causa, quin etiam
defensionis mutuz ergo, & quidem consensu Im-
peratorum, Regum, Principum, coaluisse hoc
fœdus, contendit, cum illis etiam sæpius tracta-
tus, fœdera fecisse, gessisse bella, Mediatorum
officio sanctum, sponsores pacis fuisse, & cætera
juris gentium commercia sustinuisse, ita nomina-
tim *jus legationum* tam mittendarum quam re-
cipiendarum, multis *possessoris actibus* probare
laboravit. iis verbis: Es haben auch zum
öfftern vornehme Fürsten und Stände des H.
Reichs theils für sich / und ihr Land und Leuth
in gemein / theils vor ihre Stadt insonderheit /
um correspondenz und Einigung mit unse-
rem Collegio sich beworben / und angenom-
men/

men/gestalt weiland Herzog Erich zu Braunschweig un̄ Lüneburg/wegē etlicher Sr. Fürstl. Gn. unter- und mit in unsere Hansische Societät/gehörige Städte/eine Legation an die Hartsee Jahrs A. 1566. ausgefertigt / und im Jahr 1579. hat Graff Edzard zu Ostfriesland / bey unserm Collegio per Legatum anhalten lassen / daß die Stadt Embden mit in unsere Societät auffgenommen werden mögte. & clarius postea. Wenn auch unsere Bündnus für unzumlich zuhalten / würden weder die Röm. Käyserl. Majestät/Chur-Fürsten und Stände des Reichs / noch andere auswerige Hohe / ja die größte und mächtigste Potentatn in Europa, unsere Societät und derselben Versammlungen / so vieler unzähllicher / aller Welt bekanten / ansehnlichen Beschiedungen (unter welchen A. 1598. auff einmahl zu Lübeck in Conventu, ein Käyserlicher / ein Königlich Hispanischer / und ein Königlich Polnischer / un̄ Schwedischer Gesandter zugleich gewesen / und von andern dergleichen Beschiedungen mehr des H. Reichs Abschiede de Annis 1542. 1544. 1555. 1557. 1566. 1582. und alle nachfolgende / wie nicht weniger des H. Reichs und unsers Collegii Acta genugsam bezeugen) nicht gewürdiget / vielweniger an Ihrs. Käyserl. Königl.

Königl. Churfürstl. und Fürstlichen Höffen /
 und auff gemeinen Reichs-Tagen / unsere Ab-
 gesandten zu vielen unterschiedlichen mahlen
 zu gelassen / Sie gnädigst gehört / auch theils
 stattdich empfangen / tractirt und gehalten ha-
 ben / gestalt noch in einigen Jahren von mehr
 höchst gedachter Käyserl. Majestät auch von
 dero höchst-ansehnlichen Commissarien auff
 gehaltenen Reichs-Tagen und sonst von des-
 sen Königl. Majestäten zu Hispanien / Franck-
 reich / Engelland / Dennemarck / Schweden /
 dem Groß-Fürsten in der Moscau / und ande-
 ren mehr beschehen. Possit quis obijcere, ea
 quidem facilius admitti de illis temporibus, ubi
 florebant societatis hujus res, sed postquam illae
 hodie penitus collapsae videantur, ita ut ex octo-
 ginta & ultra civitatibus, quibus ista compone-
 batur aliquando, notante *Conringio diss. de Urbib.*
Germ. lib. 100. nunc non nisi tres Lubecensis, Bre-
 mensis atque Hamburgensis, veluti rudera talis
 foederis repraesentent, de cujus restauratione ne
 quidem spem super esse satis insuper appareat ex
 his, quae A. 1658. cum *Monasteriensis* Civitas de-
 nuo recipi eodem & frustra, repugnante nimirum
Episcopo, laborasset, fuerunt agitata, reperiun-
 turque ap. *Londorp. Contin. p. VIII. l. 8. c. 173. seqq.*
 quare jam aliud dicendum esse, & cum pristino
 corpore censeri quoque pristinum jus concidisse,
 sed quam grandis subsit philosophia, vel in-
 de ap-

de apparet, quod tratatitium sit, posse corpus aliquod vel universitatē ad unum etiam cadere, ita ut retineatur jus omnium, & consistat quoque corporis vel universitatis nomen. l. 7. §. 2. ff. quod. cuj. univers. non Quintil. Inst. Orat. l. 5. c. 10. quod utique tres istæ Civitates constanter hæcenus sibi vindicarunt. videmus quidem A. 1662. legatione Hanseatica ad Regem Angliæ destinata, ibidem tum commoratos Succicum atque Danicum Residentes, illum quidem, eo prætextu, quod Bremensis Succicæ, hunc vero, quod Hamburgensis Civitas Daniæ Regi subjecta esset, quæsisisse, ne tanquam legati admitterentur ab his missi, sed quantum profecerint, ex relatione discimus, *Diario Europæo part. IX. p. 495. 496.* inserta, quâ constat noluisse regem eis denegare, quod in Gallia, Hispania aliisque Regnis concederetur. Id vero magis disputationi est obnoxium, unde primo hanc facultatem sibi acquisiverint? *Wurmserus* eam originarie ex *speciali privilegio* repetit, quem præ *Davide Mevio*, liberaliter nimis differente, audiri posse censeo.

CAPUT. IX.

Ad quosnam legatos mittere possint Status.

- I. Mittunt Status vel extra Imperium, vel in Imperio: Et heic quidem vel ad Imperatorem.
- II. Quod etiam de Nobilitate Immediata verum esse.
- III. Vel

- III. Vel ad Constatus, singulos, & conjunctos.
- IV. Ad Concilia.
- V. Ad Comitia universalia.
- VI. An proprie dici possint legati, quos ad Comitia mittunt, an potius Magistratus, Commissario, aut Senatori quid simile habere videantur.
- VII. Ad Conventus particulares quoque mittunt, quorum varia genera.
- VIII. Electores ad Conventus Electorales.
- IX. Et Collegiales.
- X. Elector Bohemia quoque ad eligendum Caesarum legatos mittere potest, soletque.
- XI. Qui tamen precise ad solam electionem admittuntur, non ad concipiendam Capitulationem.
- XII. Ad conventus vero Collegiales vi A.B. quidem mittere potest, sed praxi diuturnis non admittuntur.
- XIII. Cæteri quoque ad Conventus Deputationum.
- XIV. Circulorum.
- XV. An & ad Camera Visitationes dimittere possint.
- XVI. Solvitur objectio.
- XVII. Ad Camera missi accurate loquendo legati non sunt.
- XVIII. An Nobiles ad suos Conventus legatos mittere possint.
- XIX. Extra Imperium ad omnes Reges, Principes, Republicas.
- XX. Protestantes inter Status & Pontificem Rom. mutuum quoque jus legation. intercedit.

XXI. In

XXI. In ceremonialibus tamen se difficiles præbent.

I. Quod amplitudinem hujus juris attinet, in eo consistit, ut Status possint legatos mittere vel *extra Imperium*, vel *in Imperio*. In Imperio mittunt, primo quidem ad *Imperatorem*, non solum ut omnes, quam in rem supra ex R. l. 1527. specimen allegavimus, sed ut singuli quoque, quos partim *Prolegatos*, partim *Agentes*, res suas in Aula Cæsarea negotiantes, habere, ubi vero aliquid momentosi contingit, *Legatos* suos eo allegare, pridem notavit *Descriptor Status Ferdinandi II. c. 10. p. 91.* & exemplis quotidianis comprobatum est.

II. Neque *Immediatæ Nobilitatis Legatos* ab hæc Aula excludo. Quod enim *Dissertator de jur. & privileg. Nobil. §. 12.* apud *Fritschium Volumine novo Exercit. IV.* in istis jus legationum ita restringit, ut ad *Reges Exteros, Principes & quosvis status* mittere tantum, ad *Imperatorem autem* non possint, id non solum *Leopoldina Capitulationis art. 19.* refutat, quo *Imperator* ad se venientes liberæ *Nobilitatis Imperii æque, ac Electorum Principum & Statuum*, *Nuncios legatosque* confestim audire, responsisque datis dimittere promittit, adeoque utrinque facultatem æqualem ipse agnoscit, sed & manifesta exempla in contrariam partem extant, siquidem A. 1547. ad *Carolus V. Imperatorem* nomine *Rhenana & Wetteravica* classis legatos missos, ex *literis privilegiorum* tum concessorum, apparet, apud *Limnanum §. P. VI, 3, 60.* & alios A. 1550. ad *Eundem*

Eundem Imperatorem, ab *Alsatica Nobilitate*, venisse, similibus *tabulis d. l. Limnei. n. 70.* & iterum ad *Maximilianum II. A. 1566. Alsaticam* misisse. *n. 71.* docemur, ut nihil de recentioribus dicam. Allegat quidem Ille in suam partem *Hermannum Kirchnerum*, sed is in universum *Nobiles nuncii quidem, legati vero publice mittendi jura nulla, vendicare sibi posse* discrete tradit, absq; ulla distinctione, quod si autem ea mens est *dissertatoris*, ut ad Imperatorem quidem non minus ac alios Principes mittere suos possint, eo tamen discrimine, quod heic *legatorum*, ibi vero non nisi *nunciorum* titulo censeantur, tum respondebo, Imperialis curiae stylum vix agnoscere istiusmodi diversitatem, quin, *ἐξυνητικῶς* fere ponere *Botschaften und Gesandten*/concessâ tamen differentia, nondum explicatum esse satis, quid *nuncii* nomine intelligatur, nam & quos homines mere privati, quos communitates, Provincialesque Status, quos Principes summiq; Imperantes mittunt, istâ appellatione possunt comprehendi, sed non opus est, ut in prolixam disputationem deveniamus, nam & ad Imperatorem dimissos, *legatos* dici, vel exemplum quod primo loco allegavimus testatur, ubi ab Ipso Imperatore hoc nomen ferunt, ibi: *Dasß uns unsere und des Reichs liebe getreuen N. gemeine Ritterschafft und Adel des Rheinischen und Wetterauischen Kraises/durch Ihre Gesandten undertäniglich haben fürbringen lassen.* Id equidem concedimus, sicut *legationum jus Nobilitati non eodem*

eodem penitus ac Statibus Imperii gradu competit, ita ab illis missos diminutioni quadam æstimatione, sed pro Legatis tamen, adeoque augustiori multum loco, habendos esse, quam illi solent haberi, quæ à Provincialibus mittuntur communitatibus.

III. Porro in Imperio mittunt Nostri quòque ad *Constatus*, seu cæteros Ordines, eosque iterum vel *singulos*, tam *superiores*, quam *Inferiores*, hoc est, Electores & Principes ad Comites Civitatesque, quam hi vicissim ad istos, uti notum est: vel *Conjunctos*, plures. Coniunguntur autem potissimum in *conventibus* seu *Comitiis*, quæ vel *Universalis* sunt, vel *particularia*, utraque autem *Politica* vel *Ecclesiastica*, quorum hæc specialius *Concilia* aut *Synodi* solent appellari. In univèrsum vero hîc iterum observari debet, quod qui ad congressum ejusmodi mittuntur, videantur ad unum missi, uti annotavit quoque *Ant. des memoirs*. p. 615. cujus rei effectus in ceremoniarum solennitatumque publicarum formulis conspicitur.

IV. Ad *Concilia* quidem olim per legatos comparere insolens fuisse, tradit *Zieglerus ad Jus Canon.* p. 14. quod nunc secus esse nemo negabit. *Varia* autem sunt *Conciliorum* genera, alia *generalia*, alia *Provincialia*, alia *Synodalia*, inde ab exitu religionis diffidio in *Recessibus Imperii* quoque sæpe mentio sit *Concilii Nationalis*, quale primum Imperii Ordines ab Adriano Pontifice, Protestantes sæpius ab Imperator petierunt, ali-
quando

quando & Ipsi, cogere se velle, nisi Pontificum cessarent injuriæ, minati sunt. Post Reformationis tempora *Tridentinum* novimus, an interesse debeant vel eodem legatos suos dimittere, protestantes, non solum *J.ctorum*, sed Theologorum quoque suorum deliberationes eo tempore audiverunt, sicut etiam inter *Consilia Theologica*, à *Bidenbachio* edita, *Decad. VII. conf. 1. 70. Breviari*, & *conf. 2. Theologorum Wurtembergensium*, Respona, in hanc rem extant. Præter Ecclesiasticos Electores & Episcopos aliquos, qui ipsi comparuerunt, plures ex horum numero, inter seculares vero Principes Ducem Bavariæ, ex Protestantibus, Mauritium Saxoniz, & Joachimum Brandenburgicum, Electores, Fridericum Wurtembergiz Ducem, Civitates, Argentoratum, Eslingam, Ravensburgum, Rutelingam, Biberacum, Lindaviam; legatos misisse, historia nos docet, & nominatim à *Petro Suave*, sive ut vero suo nomine appellatur, *Paulo Servita l. IV. & Joanne Sleidano*, qui tum ipse Civitatum fuerat legatus, *Commentariorum libr. XXII. & XXIII.* consignatum est.

V. Quod *Comitia* vero *universalia* attinet, plerumque legatos eodem mitti, rarius ipsos status accedere, experientia docet, & in quibusdam quidem ipsa necessitas hoc postulat, sicut nominatim Civitates, cum personam veram non habeant, sed fictam, animam & intellectum carentem, ut *Jaslo* loquitur *ad l. 1. §. fin. n. 2. ff. de acquir. poss.* utique personaliter comparere nequeunt, idem de Abbatissis

Vatislis dixeris, in Ordinum classe comprehensis,
 quas verecundia sexus propriâ persona adesse, vi-
 detur prohibere, vid. *Limn. ? P. IX, 1, 104. seqq.*
Myler. Addit. ad Rumelin. p. 2. diss. 3. th. 10. ut ut ve-
 ro heic unum atque alterum exemplum persona-
 lis comparitionis Annales referant, de quo ta-
 men multum disceptarunt *Geuvoldus & Leh-*
mannus, quique hujus patrocinium suscepit *An-*
tor der Reichs-Bogtenischen Apologie, sicut istam
 disputationem in summam collegit *Limnani T. 2.*
Add. ad d. l. p. 351. sane inter casus extraordina-
 rios debent haberi, quales in legem abire non
 solent. An ceteri autem Status, si de *jure* quæras,
regulariter ipsi ad Comitiam *teneantur* venire, an
 vero *liberum* ipsis sit legatos adornare? apud pu-
 blici juris Interpretes adhuc disquisi video, prio-
 rem sententiam *Limneo ? P. IX, 1, 96. seqq. & Schu-*
zio V. 1. d. 10. th. 13. l. a. posteriorom *Bertramo da*
Comit th. 52. defendentibus; sicut vero *Limnai* ar-
 gumenta, id quod debent nequaquam evincunt,
 ita vicissim *Bertrami* opinio simpliciter vix pote-
 rit admitti. Nos cum *Autore der Grundb. p. 1.*
6. 6. pr. distinctione quadam optime componi
 posse controversiam existimamus, si dicatur, olim
 quidem, & forte adhuc *Friderici III.* tempore
 necessarium fuisse, ut ipsi venirent ad *Comitia*
Ordines, non solum quod *præcis seculis* adstri-
 ctius regnabantur, sed & quod *legationum juris*
 ista nondum compotes, quemadmodum supra ex-
 plicatum est, nec in *communionem summæ po-*
testatis recepti fuerant, qui fere non *majori* quam

Confiliatorum pollebant auctoritate potestate-
 que, unde etiam inter præcipua *privilegia* fuisse
 relatum, si quando necessitas ista, ab Imperatori-
 bus remittebatur, exempla Bohemiar, *Constitu-
 tione. Friderici II. apud Goldast. Reichs. Gesung.
 p. 30.* Austriæ, plurium Cæsarium concessione, à
 Carolo V. denuo confirmata, ut est apud *Cuspi-
 nianum in Austria, & Limnaum I. P. V. 2, 32. &
 Burgundiæ, vi Conventionis Burgundicæ Augu-
 sta Vindelicæ, factæ, id consecutarum, restantur.*
 Postmodum vero & præsertim inde à Maximilia-
 ni I. tempore, aliter se res haberi cepit, quemad-
 modum enim in univèrsum circa Ordinum con-
 ditione insignis contigit mutatio, ita multa quoq;
 de rigore in Conventibus ejusmodi indicendis
 celebrandisq; antea observata ceperunt remitti,
 quorum specimina *idem Aut. der Grundy. p. I. c. 2.*
 consignavit, & nominatim res *arbitrii* facta est,
 an in propria persona, an per legatos compa-
 reant, idque *hodie in ordinarium jus* abiisse dubio
 caret, sub ea tamen *limitatione*, nisi personalem
 Statuum præsentiam *Cæsarea litera* expresse desi-
 derent, quod ob gravitatem negotiorum in Co-
 mitiis tractandorum, aliisve de causis adhuc fieri
 posse, & aliquando *solere*, recte docuerunt *Arn-
 man de Comitibus c. 5. n. 7. Mylerus addit. ad Rume-
 lin. p. 2. d. 3. 26. 11. Limnaum I. P. IX. 1, 99. Stamlerus
 de Reservat. th. XXIIX. n. 6. seqq.* frustra dissentien-
 tibus ipso *Rumelino*, atque *Bertramo ad. II.* Cæ-
 terum quin *Consultus* sit, si semper *Ipsi Principes*
 comparerent, quam legatos, etiam amplissimo
 nitte-

mitterent mandato, dubitari non debet, idq; luculenter evincunt argumēta, à *Baclerodiff de Congress. Princip. §. 13. Conringio de Comit. Imp. Germ. §. 40. Autor. der Grundv. part. 1. c. 6. p. 45. Mylero d. l. in hanc rem producta, intra quorum efficaciam utique longe consistunt rationes, quas pro adverſa ſententia heic iterum allegare ſuſtinuit *Bertramus d. l. & Wurmſerius Exerc. Jur. publ. 7. q. 6.* ſolide vero refutavit in ſuper laudatus *Autor der Grundv. p. 46.**

VI. An vero propriè loquendo dici poſſint *legati*, quos ad Comitata mittunt Status, an potius *Magiſtratus* quidam delegato, *Commiſſario* aut *Senatori* quiddam ſimile habere videantur, nuper diſquiſitum eſt: nam quæ *Wurmſerius Exerc. 4. §. 4.* præter alios aliquando cauſatus eſt, & ex *l. 5. §. 6. C. de legat. loco & argumento* valde incongruo diſſimilique, diſſeruit *Kirchn. de Legat. 1. 3. 28. ac 1. 1. 20.* neminem puto movere jam poterunt. in nupera autem diſſertatione, fateor, quæ pro poſteriori ſententia adduxit, *Cæſarinius Ille Eurfſenſium c. 46.* non diſplicuiſſe penitus, ſi quis ſubtiles diſputandi rationes vellet ſectari, quoniam tamen prior in praxi atque ipſa rerum luce obtinet, publica quoque *Imperii Stylo* recepta eſt atque confirmata, nihil amplius mutandum, ambigentibusque legem datam eſſe cenſeo, diſſertent enim paſſim in Recessibus, aliisque fundamentalium legum textibus, appellantur *treſſentliche Botſchafften und Geſandten* / ut & mächtige *Send-Botten* / cæriæ autem *ſtylo* impropriè-

rem attribuere velle; nimis videretur Importunum, nam si curia non proprie vel accurate loquitur, nemo propriè loquitur. & sane non diserta modo legum verba, sed multæ quoq; consequentiæ veram legati conditionem heic evincunt, utpote quod licetis credentialibus dimittantur, sub adventum legitimationem exhibeant, solennes visitationes atque revisitationes præstent recipiantque, cæteras quoque titulorum, occursum, comitationum observent subtilitates, quæ non nisi legatis propriè dictis competant hætenus tribuunturq;. an autem cum legatis Statuum ad Comitiam, comparari possint Deputati Provinciæ cujusque fœderati Belgii; aut Helveticæ tredecimviratus, ad Conventus generales missi, alii videntur, etenim cum in Nostris quidem Comitibus summa potestas, ceu unius Reipublicæ spiritus, consistat exerceaturque, in Belgicis vero Helveticisque Congressibus nequaquam, quales quidem Provinciæ omnes fœdere artificio in auspiciis quoddam sunt colligatæ; singulæ tamen perfectæ civitatis statum retinent, sicut de his, *Simlerus de Rep. Helv. l. 2. c. 4. de illis, Hug. Graevius Apolog. c. 1. Boxhorn. Comment. de Stat. fœder. Belg. s. 2. Deductio s. declaratio Ordin. Holl. Westfrisiaque, quæ juxta ostenditur concessio Instrumenti seclusion. Principis Auriac. p. 1. c. 2. n. 1. abunde demonstraverunt, utique posteriores, si exquisitè loqui velimus, pro legatis ad externos haberi debent, populosque liberos, quoniam non debitorum, quin fœderati, tam inæquali, quam aequali*

aquali federe, & liberi & nobis externi sint, sicut
præclare responsum est à Proculo in laudato supra
Lib. non dubito. 7. §. 2. ff. de captiv. quale quid de No-
stris dici non potest. Hos insuper simul esse pos-
se legatos ad Congressum Exterorum, & Depu-
tatos ad Imperii conventum, præfracte non ne-
gaverim, sed tum ad utramque partem separa-
tim credentiales literas adornari necessum esse
puto, quoniam vero publica hæctenus Comitio-
rum consuetudine receptum est, ut quicumque
demum legati, sive ab Exteris Regibus, sive Sta-
tibus Imperii, adveniant, omnes pariter atque
semel apud Directorium Moguntinum tales ex-
hibeant, in cæteris quoque eodem penitus cen-
seantur jure, nequaquam vero, qui adsunt Exte-
rorum legati, peculiare corpus constituent, aut
sibi seorsim aliquid, & præ legatis Ordinum, pos-
sint arrogare, non video quomodo in ipso rerum
actu duplex iste respectus possit ostendi. Utrique
itaque ad Comitata, tanquam ad unum congressum
sunt legati eandemque hæctenus obeunt functio-
nem, iisdem quoque gaudent juribus ac privi-
legiis, sed Nostri demum in Comitibus possunt fie-
ri Deputati, ubi nimirum, propter multitudinem
negotiorum publicè tractandorum, quædam se-
lectis ex tribus Collegiis, utriusque religionis
membris, committuntur expedienda, vel quan-
do conclusa Ordinum Imperatori offerenda,
aut postquam in formam Recessus Imperii reda-
cta denique, ulterius revidenda, similiave
facienda sunt, quorum intuitu vel Extraordina-

niorum vel *Ordinariorum Deputatorum* nomen quidam consequuntur, quod distinctius explicatur ap. *Autor. der Grundy. p. 2. 5. 7. 9. 10.* & ex dissertatione legati Ravarici in Comitibus A. 1641. habita, quam *Limnius T. 1. Add. ad IX, 1, 168.* refert, potest cognosci, sed tamen *Legati* munus appellationemque propterea non amittunt. verum nolimus curatius ista rimari, quæ publicis moribus definita sunt.

VII. *Cæterum Conventus* in Imperio *particulares* constituuntur vel auctoritate *publica*, ideoque legales: vel *privato* quorundam consilio, iusto tamen nec communi Reip. noxio, atque arbitrarii appellari possunt. *posteriores* generis sunt, quando Principes & Status *certi*, de utilitatibus suis deliberandi causa congregiuntur, quales superiori, & initio hujus sæculi, Catholici & Protestantes invicem aliquando, sæpius separatim quilibet, habuerunt multos, Lipsiæ, Smalcaldie, Arnsteri, Brunsvici, Heilbronnæ, Spitz, Ulmæ, Ratisbonæ, Augustæ Vindelicorum, Francofurti, Noribergæ, & alibi, sicut ex historiis constat, pertinent quoque huc fœderis, inter Saxoniam, Brandenburgicam, Hassiacamque domus, hereditarii causâ congressus institui soliti, uti Naumburgentes & similes novim⁹. Ad *priores* autem refero *Conventus*, publicis Imperii legibus *diserte* permittos, qui vel *unius* sunt *Collegii*, vel *ex cætera* quoque constant; in *Istis* imprimis celebria sunt *Comitia Electorum*. Sed & *Principum Comitium*, *Civitatum* quoque *Conventus* eo con-

nume-

numerari debent Fürsten - Täg / Grafen - Täg /
 Städt - Täg / de quo quidem aliqui propterea
 dubitarunt , quod speciali veniæ impetra-
 tione ab Imperatore opus foret, vid. *Bertram. de*
Comit. th. 11. Carpz. de L. Reg c. 5. §. 7. n. 21. sed utur
 olim forte res ita se habebat, à multo tamen tem-
 pore hanc amplius non requiri, præter *Buxtor-*
fius ad A. B. coucl. 95. lit. a. notavit *Daniel Otto*
Jur. publ. t. 13. p. 490. Hodie certe *Leopoldina Ca-*
pitulatio neminem dubitare finit, cujus articulo
 6. ubi prisca libertas Electoribus conventus a-
 gendi denuo confirmatur, amplius expresse di-
 spositum reperitur, soll auch den andern Reichs-
 und Craiß-Ständen unverwehrt seyn / so oft es
 die Noth und Ihr Interesse erfordert / circulari-
 ter und Collegialiter, ungehindert männliches
 zusammen zukommen und dero Angelegenheiten
 zubeobachten / quam tamen concessionem novam
 non esse respectu Juris, quod ante jam habuerint,
 sed exercitii, in posterum sine contradictione li-
 beri, *Limnæus in Comment. ad. d. l. p. 919.* existi-
 mat, de singulis autem videri debet *Sprengerus*
Lucern. Imper. p. 60 seqq. In his, ubi ex aliis quo-
 que Collegiis concurrunt Status, referuntur Con-
 ventus *Deputationum, Circulorum, Visitationum*
Camera & similes. In universum omnes per le-
 gatos frequentius visitari notius est, quam ut ex-
 emplis debeat ostendi, sed tamen in quibusdam
 distinctius tradendum est.

IX. Nam statim in *Conventibus Electorum*
 aliqua occurrunt dubia; sunt Illi duplicis generis,

quicquid etiam contradicat *Goldastus* in *Consuetatione de officio Electoris Bohem.* propterea refutatus *Carpzovio* de *L. R. c. 5. f. 8. n. 2. alii Electorales, Wahl-Tag* alii *Collegiales, Collegial-Tag* de quibus *Joachimi Clutenii, Erici Mauriti, & Samuelis Rachelii* eruditæ extant *dissertationes*. Circa utroque disceptatur, an non necessum sit, ut ipsi Electores personam propriam inter sint? sed in illis quidem pro arbitrio legatos mittere, *Aurea Bulla* tit. 1. & passim, permittere inde videtur, quod alternative loquatur, ut veniant Electores, vel nuntios suos mittant, in alternativis autem præstationibus, rei vel illius qui præstare debet, sit electio, per *l. 34. §. 6. de iurej. l. 10. §. 6. de jur. dot. l. 7. §. 5. de D. f. V. §. V. c. 70. de R. l. in 6.* Ast simpliciter in voluntate Electoris non esse, apparet ex *limitatione*, quæ *A. B. tit. 25. vers. 11.* additur, ubi ut *justo impedimento detineatur* Ipse, requiri videmus, atque ex hoc priorè textum explicandum esse, monet *Clutenius* *diss. de Comit. Electoral. f. 2. q. 10. §. 25.* supponendosque ibidem terminos habiles, eo modo, ut *regulariter* Ipsi teneantur venire Electores, possint tamen legatos, vel ut *A. B.* loquitur, nuntios legales, mittere, in casu justo impedimenti. Propterea autem disertè legatorum mentio videtur fieri, primo, ut innuatur, extraneum etiam ad eujusmodi electionis Imperatoris actum mitti posse Procuratorem, secus atque de jure Canonico se res habet, quo absens non nisi uni de ipso Collegio vicem suam committere debet. *c. quia propter. 24. §. illud autem. x. de election. & Elect. potest.* doinde ne

quis

quis per literas votum super eligenda persona mittere sibi licere existimet, quod quidem non solum jure Canonica in *c. si quis. 46. §. fin. de elect.*, & *elect. pot. in 6.* sed & ipsa aurea bulla satis prohibitum est, cujus *cap. 4.* modus colligendi suffragia talis præscribitur, ut ex parte Moguntini, per *interrogationem*, cæterorum vero, per *vocem in- tentio* cujuslibet & *votum* debeat exprimi: ratio quoque aperta, *Stranchio Exot. IV, 24.* allegata, aliter vix admittit, quia electoris est, non tantum eligere, sed & consultare, quod fieri per literas nequit. *Conf. Ant. Fabr. Codic. l. i. t. 3. d. 47.* contrariis tamen exemplis, apud *Aventinum, Cuspinianum* aliosque descriptis, nos non destitui, ex observa- tione *Buxtorfii ad A. B. c. 4. sh. 44. lit. c. d.* apparet. Anne autem in casu missi legati, fides impedi- menti, quo Dominus detinebatur, cæteris, jura- mento in animam ejus præstando, facienda à le- gato fuerit: ita autumat *Goldastus in Replica pro Imperio p. 114.* inductus forte Canonici juris di- positione, quâ in procuratore ad electionem submisso, tale requiri videtur, ante nominato *cap. 24. X. de elect.* sed *verior* esse *negativam*, usque probatam, ostendit *Mauritius Diff. von Wahlstä- gen c. 2. sh. 9.* refuta vitque satis adverſe opinionis argumenta, quibus id tantum addimus, ne qui- dem Canonum jure ejusmodi juramentum sim- pliciter esse necessarium, siquidem diserte addi- tur conditio, *si opus fuerit*, cujus effectum præ- sumptione, pro Electoribus militante optima per- petuo utique impediri certum est.

IX. In posterioribus vero, ubi de variis Imperii negotiis deliberaturi conveniunt Electores, *vi Aureæ Bullæ*, omnino propria requiritur præsentia, quoniam diserte ut *personaliter congregentur*, tit. 12. vers. hinc est. 2. constituitur: sed quemadmodum in universum heic, ex *Aureæ Bullæ* dispositione, tempora insecuta multum sustulerunt, quod speciaiori observatione consignavit *Limnaus I. P. IX, 1, 232. & ad Capit. Carol. V. art. 5. p. 135. 136.* ita nominatim quoad hoc quoque caput mutationem factam esse apparet, quando *Unio Electoralis* Ann. 1521. *Wormatiz* inita; cujus exemplum, præter *Goldastum Politisch. Reichshändel. p. 8. c. 3. Limnaus T. 1. Add. III, 2, 27.* exhibet, aliusque præsertim §. 4. 5. 16. 17. legatos itidem mittendi licentiam dedit, confirmavitque postmodum *Præcis & observantia* publica, sicut summatim *Limnaus T. 1. Add. IX, 1, 232.* adductis vero pluribus exemplis, *Rumelinus ad A. B. p. 2. Diss. 3. th. 31. Carpzov. de L. Reg. c. 5. §. 7. n. 30. Schützius V. 1. D. 7. th. 20. l. g. Hermes Fasc. Jur. Publ. c. 12. §. 12. Rachelius Diss. von Collegial-Tägen th. 16. 26. 31. 33.* annotarunt. Quod tamen rursus de eo accipiendum est casu, quo Ipsi Electores venite gravioribus causis, impediuntur da etner oder mehr ehehaffter Besach vel redlicher oder mercklichen Besach halben/ die er auff seine rechte Warheit mit seinem offenem Brieff und Siegel betheuren soll/ in eigener Person uerscheinen verhindert were / quæ expressa *Fraterne Unionis art. 9. §. 17.* verba sunt. Quanquã credi-

credibile somnino esse putet *Limnaus ad A. B.* c. 12. §. 2. *obf.* 10. hanc exceptionem etiam Carolum IV. non reprobasse, licet ejusdem disertis verbis non meminerit, de qua, tanquam voluntatis quaestione, nihil definimus.

X. Sed hoc quidem Electorum jus satis expeditum est. Nisi quod de facultate *Regis Bohemia* circa Conventus utrosque varie tradunt Interpretes. Ego ita definiendum puto. In prioribus mittere eum, tanquam Electorem, legatos ad eligendum Cæsarem, *vi Aurea Bulla*, sicut c. 2. 4. & alia plura testantur, posse, certum est, ita ut insuper etiam, cum aliquando, neglectâ A. Bullae dispositione, omitteretur, ex *transactione pœnali A. 1489. Francofurti* ideo facta, quam *Goldastus Reichs. Saßung. p. 2. fol. 178.* retulit, necessario vocandus sit. Vid. *Bertram. de Comit. th. 31. Buxtorf. ad A. B. th. 18. Limnaus I. P. III. 8. 4. Schütz. V. 1. D. 2. th. 10. l. 6. Mauris. Diff. von Wahltagen. c. 2. §. 3. led & hodiernum solere, ex proto collis & Relationibus Electionum, contra Enucleatorem Limnai t. 2. c. 7. ac si ob rationes politicas jam electioni non amplius interfit Bohemus, tradentem, ostendit *Lynckerus, Antecessor Jenensis Celeberrimus, Diff. de Consens. Elect. §. 5.* Ut frustra heic alii Errantes audiantur, quorum *classet, Boeclerus Nos. S. R. I. l. VI. s. 7.* nomina vero *Limnaus I. P. III. 8, 2. Carpzov. d. l. Reg. c. 5. §. 8. n. 6. seqq. Cluten. Syllog. rer. quot. concl. 24. t. 0. Dan. Otto Jur. Publ. c. 10. p. 243.* consignarunt.*

XI. Id tamen peculiare hic est. Quod præcise

ad

ad electionem solam concurrat Bohemicus legatus, ad cætera vero Electoralia, & præsertim *Capitulationem concipiendam* manum non admoveat, unde etiam in nullâ Capitulationum, quotquot extant, formula, inter cæteros eandem præscribentes, Bohemici legatistæ mentio vid. Bœclér. *Not. l. c. p. 106.* quo vero juris capite id contingat, dubitabatur à quibusdam: *Limnæus T. 1. Add. III, & 21,* putavit aliquando hoc inde esse, quod ipse mer Rex Bohemiæ esset qui in Imperatorem electus, sed capitulationes Eorum, qui Reges Bohemiæ non fuerunt, postea ipsam aliud docuisse, fateretur, ita ut casu utroque nullas ipsius partes esse satis appareat, idque *usu & observantia* obtinere *Idem* annotat *Comment. ad Capitul. proleg. f. 4. n. 2. ad Capitul. Carol. V. art. 5. p. 155, ad A. B. C. 12. §. 2. obs. 3. & cum eo Rachelius Diss. de Capitul. c. 5. th. 7.* quod adeo verum est, ut etiam si velit deliberationibus super eâ institutis interesse, non admittatur, cujus rei exemplum, in novissima Electione Leopoldi I. *Idem Rachelius Diss. von Collegial-Râgen, th. 9.* recentissimum vero præjudicium, Comitibus hodiernis, cum in adoranda perpetua Capitulatione laboraretur, observatum, exhibet *Ominsf. rer. ser. Autor. relatione I. n. 61.* ex eoque *Lynckerus, Rachelius* aliique; nisi quod tunc æquitati & decori consonum reputaverint Electores, Bohemiæ Regi, qui simul Imperator esset, *in vicem Consilii,* quod dudum poposcerat, præcidaneam facere relationem, quænam nunc esset conditio, quis capitulationis status, quos-

quosque in componendis Controversiis fecerint progressus Electorum & Principum studia, sicut eodem *Auctore* d. l. n. 62. docemur.

XII. De Collegialibus Conventibus altior est controversia. vocandum quoque adhuc esse Bohemum, notavit *Reinking.* l. 1. cl. 4. c. 3. n. 38. rationesque pro jure isto multas conduxit *Goldastus* in *Bohem.* l. 4. c. 6. Contrarium defendentibus *Arnmao de Comit.* c. 2. n. 31. *Rumelino ad A. B. p. 2. d. 3. th. 30.* aliisque, sicut istam disceptationem recensuit *Carpzov.* de *L. Reg. c. 5. s. 8. n. 7. seqq.* quam ita vulgo componunt, ut dicatur, *Auream Bullam* tit. 2. pr. § 2. de Electoribus quidem indistinctè loqui, in eaque Bohemi cum cæteris Electoribus paritatem esse causam, sed *observantia contraria* ab hoc jure postea fuisse recessum, & *praxi diuturnâ* nunc non vocari eum, sicut præter *Carpzovium* d. l. n. 34. *Limniam* I. P. IX, 1, 232. & ad *A. B. c. 12. § 2. obs. 3. Linckerus* d. l. *Rachelius* *Disf. von Collegial-Tagen* th. 9. seqq. annotarunt, inquisiveruntque insuper in causas illius omissionis. An vero si sponte mittat legatos, admittendi sint? asserit *Schurzins* V. 1. d. 7. th. 20. l. 9. sed & hic *negativam* veriore, gravissimoque præjudicio Noribergensis Conventus A. 1511. in contradictorio judicio confirmatam, dicunt laudati antea Doctores, quando Cardinalis Clœsehius, à Matthias Bohemiarum Rege missus, locum quidem in Senatu Electorali vehementer, sed frustra tamen, prætendit, cæteris Electoribus Bullæ Aureæ dispositioni contrariam observantiam & praxin præferentibus,

büs, de qua pluribus insuper exemplis, testatur, *Carpzov. d. l. n. 31. seqq.*

XIII. Similiter ad conventus *Deputationum*, quarum origo vulgo Comitibus Augustanis Anno 1555. adscribitur, Status legatos posse mittere, luculenter probant textus *R. I. August. A. 1555. §. 65. & R. I. Spirens. A. 1570. §. 19.* confirmantq; literæ Cæsaris, Electorum ac statuum quorundam Legatorum variz, quibus novissimo Francofurtens. Conventu A. 1659. cunctantes cæteros, ut vel ipsi comparerent, vel mitterent legatos, subinde urgebant, qualium exempla *Diarium Europæum* illius Anni, passim exhibet. Quinam speciatim olim fuerint status huc designati, *Deputation- Ständ/ & quomodo insecutis temporibus* Eorum numerus auctus, quodque personalis erat muneris, in hæreditarium postea jus convaluerit, apud *Paurmeisterum l. 2. c. 2. num. 115. Arumannum de Comit. l. 1. c. 2. n. 32. Lampadium p. 3. c. 8. num. 18. Bertramum de Comit. th. 12. Limnæum l. P. IX, 1, 237. & utroq; Additionum Tomo* inquirendum est, qui cætera quoque, ad disciplinam horum Conventuum pertinentia, præter *Lexicographos Speidelium, Besoldum, Webnerum voce Deputations-Tag/ Mauritium Diss. de Recessib. Imp. th. 10. 11. & Autor. der Grundp. p. 3. c. 6.* diligenter explicarunt, sicut nominati quoque in hæc rem potest, quæ nuper extat peculiaris *Joh. Christophori Wagenfeldii, Jcti Aldorfini Dissertatio.* præsertim vero ut plenius cognoscatur quinam status huc mittere possint legatos, conjugi

conjugi debet, quod *Instrumenti Casareo-Sueci-*
ci art. V. num. XVII. dispositum reperitur, ut
in conventibus Deputatorum Imperii ordinariis
numerus ex utriusque religionis Proceribus æquetur,
de personis autem vel statibus Imperii adjungendis
in Comitibus proximis statuatur. Hoc secutis quo-
 que Ratisbonensibus Comitibus A. 1654. factum
 esse, Recessus formula testatur, ejus §. 194. qui-
 nam adjuncti, in Electorum vero senatu, ut pari-
 tas religionis obtineatur, quale temperamentum,
 proximo tantum Francofurtensi Conventu ob-
 servandum, receptum fuerit, §. 191. exponit. Sicut
 autem quoad prius non defuerunt in ipsis statim
 Comitibus aliorum statuum contradictiones, de
 quibus *Limnaus T. 2. add p. 368.* videri potest, quæ
 initio Francofurtensis Conventus se quoque satis
 exseruerunt, quando *Vinariensis & Gotthaus* at-
 que *Onoldinus* Principes, æque eodem legatos
 miserunt, qui vero non fuerunt admissi, eo prætex-
 tu, quod in numero Deputatorum Recessu no-
 vissimo definito, Illi non comprehenderentur, si
 quid vero haberent, quod obtenderent, id ad
 Comitibus prorogata pertineret, ut denique etiam,
 relicta tamen solenni protestatione, domum re-
 verti fuerint coacti. Sicut *Aut. der Grundy. p. 283.*
 annotavit, imo & in hodiernis Comitibus, plures
 Principes paria tentasse, apparet ex *B. Venatoris*
Relation. Comitibus. IV. n. 11. Ita posterius quoque
 ad alios Conventus extendi, ipsa Imperialis Re-
 cessus Sanctio prohibet, quoniam enim superio-
 ribus Comitibus conveniri non poterat. Inter Augu-
 stanæ

Itanz Confess. addictos Principes, atque Electores, his, in Conventibus quoque Deputationum, Collegii Electoralis ac Principum separationem asserentibus, negantibus Illis, sicut utriusque partis scripta publice extant. Vid. *Der Augsp. Confessions-Berwanten Deduktion: & der Churfürstl. Gegenbericht apud Lödorp. Contin. p. VII. l. 6. c. 333 & c. 368.* remedio provisorio, quale potentiss. Brandenburgicum Electorem suasisse, indicio *Antoris der Grundy. p. 281.* discimus, hactenus controversia fuerat sedata, cujus plenam definitionem hodierna comitia an durura sint, tempus docebit. Olim jam Comites Wetteravicos & sæpius in Comitibus, petiisse, ut & Ipsorum legatus ad Conventus Deputationum admitteretur, pro quibus aliquando Suevici intercesserint apud Imperatorem, postea vero Illorum petitioni se opposuerint, *Limneus* observavit. *T. I. Add. p. 421.* quæ res novissimo Recessu Imperii, denique admissis Wetteravicis, est composita, in Conventu tamen Francofurtensi A. 1655. qualis eorum cum Suevicis lis fuerit, ratione alternationis, ex *Lödorp. Contin. p. VII. l. 7. c. 14.* repetendum est.

XIV. Quod *Circulorum* conventus attinet, triplicis generis reperiuntur, vel *omnium circulorum*, vel *pauciorum*, vel *unius*, ex quibus *Isti* rarissimi sunt, ita ut præter *Erfortensem* A. 1567. ob consultationem de refundendis Electori Saxonie sumtribus, sub turbis Grombachianis, quarum seriem præter *Chytraum* l. 21. *Thuanus* l. 36. & 39. recensuit, in proscriptorum executionem factis institu-

institutum, nullius amplius, neque nostri neque superioris seculi historia mentionem faciat, nisi quod A. 1603. promiserit Imperator, se cum Electore Moguntino curaturum, ut circulatorum conventus universalis constitueretur, rei monetariae causâ, quæ tum extraordinario remedio indigere videbatur, sicut de loco quoque & cæteris eodem pertinentibus consultatum esse ex *R. I. disti. A. 1603. §. 52.* intelligi potest, qualia tamen consilia postmodum destituisse eventum, notum est, rebus per Deputatos compositis. Reliqui autem frequentiores habentur, ita ut vel *Correspondentes Circuli*, quorum in prima classe, Electoralis Rhenanus, Rhenanus superior, & Westphalicus, in altera, Saxonicus superior & Inferior, in ultima Franconicus, Bavaricus, Suevicus, Austriacus, comprehenduntur, vel *unius circuli*, omnes aut etiâ pauciores, status cõveniant, *Engere Reich-Convent*, variis de causis, quarum intuitu diversa quoq; sortiuntur nomina isti Conventus, *Moderations Täg / Probations-Täg / Müns. Täg.* Sicut prolixius hæc omnia apud scriptores proprios explicantur, in quorum numerum *Bertramũ de Comit. tb. 15. Arumann de Comit. p. 2. §. 32. seqq. Limmann T. 1. Add. IX, 1, 242.* & qui nuper peculiarem de *Conventibus Circulorum* libellum conscripsit *Petrum Mullerum*, referre possumus. In his vero omnibus & singulis, eo pertinentes status legatos posse mittere, non solum constat ex *Recessu Conventus Erfurdensis* (ita enim videtur accuratior allegatio, quam quæ *Recessus Imperii* nomine

mine communiter fieri solet, etiam ab Illustri dissertationis de Matricula Autore, §. 23. aliisque quorum consuetudinem supra quoque obiter sumus secuti) de A. 1567. Princ. R. I. Ratisbon. de A. 1603. §. 53. sed & *litera evocatoria*, quibus à Directoribus mandatarios suos ad consultandū & concludendum ablegare monentur Illi, vid. *Limn. T. I. Add. IX, 1. p. 426. 427. Acta quoque Consultationum*, qualium exempla apud *Limn. T. I. Add. 1, 7. p. 50. seqq.* reperiuntur, & *subscriptions Recessuum Circularium*, quorum specimina quædam *Speidelius* refert, satis evincunt, ut superfluum foret, ulteriori probationi operam impendere. Cæterum quinam nominatim Status ad quemque Circulum referantur & consequenter dimittere legationes possint, exponit quidem *Erklärung des Landfried. zu Nürnberg. de A. 1522. tit. II.* quoniam vero ad regiones magis respicit, quam personas, plenior designationem exhibet *Paurmeisterus l. 2. c. 2. n. 126.* ex quibus tamen progressu temporis, ut Ipse submonuit, alii à potentioribus exempti, alii ab Imperio penitus avulsi sunt, quod suis locis inquirendum est. Ad generales Circulorum Conventus, non singulos Status, sed omnium Circulorum *Officiales* solum, *Directores* nimirum, *Duces* sive *Prefectos militia circularis*, cum *Adjunctis* & *Substitutis*, *Die ausschreibende Fürsten / Kreyß - Obersten* / zu und nach geordnere / legatos mittere, ex principio, & clarius ex subscriptione Recessus Erfordensis apparet, quorum nomina quoque, & d-
versum

versum, pro circolorum varietate, numerum conduxit *Limnans allegato loco.*

XV. Quid de Conventibus *Camera visitatorum* dicemus, num pari modo heic legatos possunt mittere? distinguendum censeo. Conveniunt enim in illis aut convenire saltem ex publica legum dispositione singulis annis debebant, præter Commissarios Cæsareos, Moguntinus, &c, quem hic voluerit, alius Elector, item Duo Principes, ex secularibus unus, alter ex Ecclesiasticis, denique ex classe Prælatorum, Comitum, Civitatum singuli, secundum Ordinem sessionis quam obtinent in Comitibus, sicut ille modus amplius describitur in *Emmerger. Ordn. p. 1. tit. 50.* Ubi quidem omnibus legatorum mittendorum licentiam esse arbitror, præterquam Principum *uni* Illi cujus præsentia alternis vicibus, vi Ordinationis Cameralis, præcisè requiritur, ita, ut si justo impedimento, quale hic nullum præter morbum admittitur, detineatur, disertè legatum mittere prohibeatur, jubeaturque alii Principi præsertim quem ordo tangit, suas vices committere, quod si neglexerit, trecentorum primum, ex sanctione *R. I. August. de A. 1566. §. 81.* in postea quingentorum, auctam, cæteri vero, qui legatum idoneum non miserunt, centorum aureorum, summam, pœnæ loco solvere coguntur, Fiscali statim à cæteris Visitatoribus adversus hos mandatis executorialibus decretis *R. I. Spirens. de A. 1570. §. 102.* Quemadmodum vero paulatim à necessitate Ordinationis Cameralis est recessum,

ut non precise ein Fürst / sed etiam eine Fürst-
mässige Person / in locum absentis Principis con-
stitui poterat, ita novissimo R. I. Ratisbon. de A.
1654. §. 128. cum videretur penitus alias omitti
istiusmodi visitationes, æque ut cæteris statibus,
eidem principi, cujus præsentia ante fuerat ne-
cessaria, legatum heic quoque mittendi licentia
indulta est, atque nunc in arbitrium ejus consti-
tutum, ipsemet venire an legatum dimittere velit:
iis verbis: Soll nun hinfüran den Fürsten / den
sonsten / vermög der Reichs- Constitutionen den
Visitationen in Person bezuwohnen / jedesmahls
die Ordnung betrifft / solche Persönliche Er-
scheinung in seine Willkühr gestellet / und Ihme
auß seinen qualificirten Råthen / gleich den an-
dern beschriebenen Stånden jemand / jedoch zu
mehrerm respect, außs wenigste einen von sei-
nen vornemsten Ministris, an seine stelle zu ver-
ordnen / erlaucht seyn. In quam rem insuper certæ
Visitatorum classes compositz sunt, quæ in fine
Recessus exhibentur, ut inde ab A. 1582. eâ forte
occasione, quam *Limnerus ad Ottonem p. 501. &*
I. P. IX, 2, 198. indicavit, intermissi ejusmodi Con-
ventus restituantur denuo, cujus tamen exem-
plum nondum vidimus, licet prima statim No-
vembri die A. 1654. ex dispositione d. R. I. §. 130.
initium eorum fieri debebat: misisse quidem suos
Commissarios Episcopum Ratisbonensem &
Principem Megapolitanum, sed cum reliquo-
rum Statuum, qui primam visitatorum classem
constituunt, nemo adesset, & ipsos re infectâ dis-
cessisse,

cessisse, annotat *Mauritius diss de Recessib. Imper. lib. 12.* An autem quos huc mittunt Status legatorum nomine appellari possint, non immerito quaeritur, cum non solum in ipsa *Ordinatione Camerali*, sed *Recessibus quoque Visitationum*, quorum specimina de A. 1531: & 1533. in Corpore Recessum Imperii extant, multisque aliis textibus non aliter, quam *Commissarii* dicantur. *Ehur Fürsten / Fürsten und gemeiner Reichs. Ständ Commissarien* und *Räth.* supra autem sit ostensum, Commissarii munus iudicis potius esse quam legati, unde etiam à *Wehnere voc. Cammer. Gericht. Bendo de Revis. Concl. 4. n. 31. Limneo / P. IX, 2. 217.* aliisque, inter *judices Camerae delegatos* expressè referuntur. Ego tamen non dubito in classem legatorum eosdem componere, non tam *Bertrami*, qui idem tradiderat *diss. de Comit. lib. 13. quæ in novissimi R. 7. autoritate inducitur* cujus b. *Nachdem nun. 132.* diserte id nominis ferunt, *der Deputirten Ehur. Fürsten und Stände Abgesandten / posse vero aliquem & legati & Commissarii munere simul defungi, appellationeque utriusque censei, absurdum non est.*

XVI. Posset quis existimare, nos supervacuum suscipere laborem in demonstranda, per singulas Conventuum publicorum species, legationum mittendarum facultate, Ordinibus omnibus vel quibusdam tributa, quoniam cui semel ista competit, possit pro arbitrio eandem ubique exercere. Sed respondeo, aliud esse, an Status pro arbitrio

ad quoscunque conventus mittere possint legatos, aliud an ita possint, ut missi ab illis partem Conventus faciant, ejusque censeantur membra, de genere missionis posteriori haecenus fuimus solliciti, cujus ratione utique non sequi illico, ut qui propria persona consultationibus alicujus Conventus poterat interesse, tenebaturque aliquando, idem possit per legatos, aliquot specimenibus haecenus est comprobatum, ad eoque, quibus casibus publicae leges consuetudinesque id permittunt, partim ostendisse, frustranea sane opera purari non debet. de cetero nemo negaverit jus legationum Statuum Imperii omnium atque singulorum quoad cujuscunque generis Conventus esse indefinitum, si quando non ob publica Conventus, sed privata sua atque propria negotia penes hunc expedienda, mitti suos consulum existimaverint, eoque sensu Electores, Bohemicum in Collegiis, ceterorum quoque Ordinum non minus ac Exteriorum, quoque Legatos, in omnibus suis Conventibus, admissuros credo, sicut nuperis quoque exemplis vidimus, quatenus peculiares suorum Dominorum res egerint, ut in rebus ad publicas Conventuum rationes pertinentibus, concurrere ceu membra eosdem, acerrime negaturi sint, neque restitisse puto, qui aderant in novissimo Francofurtensi Conventu, Deputatos, à serenissimis Vindobonensi, Gothano, Onoldino Principibus eodem missos, pro veteris habere legatis, honoresque legatis debitos omnes exhibere, si, ut reliquorum quo-

quorundam Statuum, Regumque Galliæ atque Sueciæ, præsentibus legatis, nil nisi proprias Dominorum suorum utilitates apud Conventum promoveri voluissent, neque prætendissent in ipso Conventu suffragii ferendi facultatem, cujus intuitu serenissimorum Illorum Principum jus legatos mittendi, saltim hoc modo exercendum, nondum expeditum penitus, causatos esse cæteros, antea observavimus.

XVII. Cæterum reperio quoque quosdam Status aliquando ad *Camera Spirensis*, an *Cammer-Richter und Beysißer* mittere legatos, sed hos neminem accurate legatos dicere, observat *Lynckerus diss de Commissar. Imperial. §. 3.* ut in ipsa *Ordinatione Camerali P. I. tit. 10. §. 26.* appellatio *Botschaften und Gesandten* eis tribuatur, certe cum ipsi Assessores legati Statuum dicantur horumque jura sibi vindicent, quomodo ab iisdem legatis propriè tales ad hoc mitti possint, explicatu difficile est, quanquam ab Exteris aliquatenus id posset, saltim facilius, concedi, ista ratione quâ ad Governatorem alicujus Provinciæ seu Vice-Regem aliquando legatos mitti, novum non est. Agentes autem Procuratores, Advocati vocantur, quos in Camera habere debent Status, apud *Seckendorf. T. J. Staat pag. 121.*

XIIX. Inter Conventus, qui in Imperio habentur, *Nobilium Immediatorum* quoque referunt, *Ritter-Täg* equidem aliquando jus hoc Nobilitati à Principibus dubium fuisse redditum

ex Gravaminibus Illius, Imperatori ac Statibus Noribergæ A. 1523, exhibitis, constat, quarum excerpta refert *Limnau ad Otton cap. 13. pag. 494.* quamvis ibi ad observantiam ducentorum annorum provocetur, daß die Ritterschafft solches an vielen Orten ab zwey hundert Jahren dermassen herbracht habe / wie die Brieff ihrer alten Vereinigung das anzeigen. Denuo tamen expresse Eis concessum esse, à Ferdinando I. A. 1559. d. 26. Jul. & confirmatum à Rudolfo II. A. 1609. d. 11. Maj. vicissim notum est, ut *hodie* quidem res dubio careat, nec solum *Limnau I. P. Pl. 3, 41.* verum communiter doctores inter privilegia Nobilium referant, quod sine speciali impetratione Dietas atque Conventus inter se indicant. An autem per legatos heic possunt interesse? si de singulis intelligas, ne gandum est, ex disciplina supra proposita, quoniam tamen contingere potest, ut universa Nobilitas Imperialis generalem instituat Conventum, quo minus singularum classum, certa, in quæ istæ subdividuntur, loca, Quartier / Viertel / Landschafftis Ort, aliquem legati nomine instruere ac mittere possint, nihil causæ video, cum & *Wurmserus* supra adducto loco, expresse, Collegiis Eorum, denen Viertel / hanc facultatem competere, asserat.

XIX. Denique *extra Imperium* mittunt Status ad omnes Reges, Principes, Republicas; Eosque tam singulos, quam conjunctos, in Congressibus Pacificationum, similibusque, quod quidam exemplis probare, esset soli lumen foenera-

foenerari: speciminis tantum loco, vel missæ nuperis añis ad omnes fere aulas promiscuè legationes, & *Diario Europæo* passim descriptæ, allegari possunt. Ad Principes magnosq; Reges extra Europam quoque mittere, testatur exemplum *Hollaticæ* legationis splendidissimæ in *Persiam* dimissæ, cujus historiam *Olearius* comes itineris recensuit.

XX. Restat ut videamus utrum Protestantes inter Status, & Pontificem Romanum mutuam quoque legationis jus intercedat, ubi quidem valde repugnat *Clutenius Syllog. rer. quot. Concl. 9. l. b.* & nihil minus competere pontifici quam hoc, tradit *Bernhard. Zieritzius de Principum inter ipsos dignit. prerog. tit. D.* consentiuntque in univ-
 versum illi, qui Pontifici omnem penitus civilem potestatem denegant Majestatemque, *Marquardus Freherus Commentario ad Donas. Ottonis III. Antonius de Rosell. Tr. de pot. pap. & Imp. fo. Wolfius apud Arnum V. 2. §. P. disc. 30.* quoniam tamen horum opinio ab aliis pridem refutata est, sicut nominare possumus, *Barclajum* libro de potestate papa, ex nostratibus *J. C. Wislhelm. Lud-
 vvel. Synops. Feud. c. 13. Benedict. Carpzov. ad L. Reg. c. 13. s. 4. n. 17. seqq.* ostensumq; satis, saltem ratione illius, quod tenet, patrimonii Petri, ut vocant, habendum eum pro Principe Italiæ, non video quare ulterius ambigendum sit, cum ad Turcas, & barbaras gentes alias illud extendi, omnes concedant. Speciatim vero rationes huius juris, inter protestantes & Pontificem validi,

Q s

inqui-

inquisivit, confirmavitque exemplis, ex sacris æq; ac profanis Annalibus desumptis, *Hermannus Kirchnerus de Legat.* 1, 3, 85, seqq. cujus verissima est conclusio, quod qui ex majestatis jure legationis mittenda jus habet, possit jure gentium ad gentes terrarum omnes mittere, nihil omnino religionis diversitate prohibente, missionem enim, qua jure gentium fiat, spectare & considerare homines ex gentium jure, qua homines tantum nobiscum sunt, non ex jure & more ullo regionis aut religionis. Quæ aliquando ab Iphis Principibus in contrarium dicta sunt atque facta, præsertim vero superiori seculo in Conventu Naumburgensi, legato pontificio, jure legatorum, ab Ang. Confess. Principibus non admisso, temporibus adscribi debent, exiisque interpretationem suam mutuantur, nam & in Anglia quondam eadem obtinebat philosophia, à qua tamen postmodum recessum esse, constat ex disputatione inter *Ashtonum & Eduardum Cœcum* propterea instituta, apud *Havvel. Tr. de legat. paragr. 3.* fatenturq; ipsi adversæ sententiæ autores, contra pontificem tot actibus possessoriis firmatum, disputationem velle instituire, multum habere difficultatis.

XXI. Illud tamen certum est, in ceremoniarum formulis solennitatibusque publicâ legationum consuetudine receptis, protestantes adversus Pontificem tam faciles aut liberales non esse, ac Catholicos Principes, siquidem nec locum, nec honores, coronatorum Caputum legatis dari solitos, quod suis prætendit ille, unquam concesserunt,

cesserunt, aut ut concedant postea, ullis argumentis hactenus potuerunt induci, sicut denuo illustre huius rei exemplum in novissimo Neomagiensi Conventu A. 1677. exitu, ubi valde, sed frustra tamen, à Cæsareanis laboratum esse, ut protestantes Pontificium Nuntium, æqualiter ac cæteri haberent, ex relatione *Diario Europæo part. XXXVI. p. 395.* inserta, discimus. Atque hanc causam esse existimo, quare inter Illos vix ulli eant redeantque legati, neque qui in communi Aula aut loco tertio, commemorantur mutuas sibi invicem exhibeant visitationes, quod parum honoris, ab aliis forte tributis, sibi præstitum iri, quisque metuat, non, ac si ipsam legatos mittendi facultatem diffiteantur isti, aut in dubium amplius vocent.

CAPUT. X.

Quales sint, aut esse debeant, qui à Statibus mittuntur, Legati, ubi imprimis de jure mittendi Ambassadors, an & quibus competat.

- I. *Legati Statuum ad Comitia plerumque Plenipotentiaris sunt.*
- II. *Ut & quos ad Conventus Deputationum.*
- III. *Ac Electorales mittunt.*
- IV. *An legato Electoris ad electionem mandatum dari possit cum restrictione ad certum individuum.*

V. *An*

- V. An in Imperio recepta sit distinctio legatorum ab
ablegatis: diversa opiniones.
- VI. In Conventibus Imperii non est recepta; &
quare tam facile non possit debeatvo recipi.
- VII. Inter Status majores invicem nunc observari
videtur.
- VIII. An & inter minores.
- IX. Illi apud Exteros eandem sibi asserunt.
- X. De Electoribus hodie nullum dubium est.
- XI. Nec de ceteris Statibus, si commune cum E-
lectoribus corpus constituant.
- XII. An principes seorsim jus habeant Ambas-
sadores mittendi, nuper disputatum est; quâ
occasione.
- XIII. Scripta publica in hanc rem allegantur.
- XIV. Quid Galli objecerint.
- XV. Quid pro Electoribus.
- XVI. Quid pro Principibus dictum sit.
- XVII. Quid Gallis regeſtum.
- XVIII. Quid responsum Electoribus.
- XIX. Eventus hujus litte.
- XX. Possunt Status pro arbitrio legatos unum vel
plures mittere.
- XXI. An pluribus missis in Comitibus Electoralibus
singulis ad suffragium admittendi. neg.
- XXII. Idem in Comitibus universalibus obtinet.
- XXIII. Etiam ad Exteros mittendorum numerus
in arbitrio mittentis consistit.
- XXIV. Effectus hujus observationis, tam ratione
Plenipotentiariorum.
- XXV. Quam Ambassadorum plurium.
- XXVI.

XXVI. An Electores plures numero Ambassadors mittere possint, quorum omnes characteres representatio sint vestiti, nuper disceptatum, & qua occasione.

XXVII. Rationes pro affirmativa recensentur.

XXVIII. Quid in negativam attulerint Galli.

XXIX. Responsiones Brandenburgicorum.

XXX. Plures Principes unum mittere possunt legatum, ita ut à singulis seorsim censeatur missus.

I. **E**X partitione supra proposita sequitur ut de qualitate missorum dispiciamus, quæ quidem diversimode æstimatur, tum ratione variorum generum legatorum, tum virtutum, conditionisque cæteræ, in adornando legationis subiecto observandæ. Circa primam considerationem, ea, quæ secundo Capite differuimus, revocanda in memoriam, & heic ita applicanda sunt. In Imperio, ac nominatim quos ad Comitia mittunt, plerique in classem Plenipotentiariorum referri debent, siquidem literarum Imperatoriarum stylus exigat, daß Sie Ihre ansehnliche Räthe und Gesandten mit vollmächtigem / ungemessenem / genugsamen Gewalts / obhinter sich bringen / abfertigen sollen / mit und neben uns (Cæsar. Majest.) auch Ehr. Fürsten und Ständen des H. Reichs / die angedeuete Punkten / Sachen und Nothwendigkeiten / die wir alsdenn weiter vortragen lassen werden / zu Berathschlagen / zu handeln und zu schliessen / pro-

ue

ut exempla horum passim ostendunt. atque hoc *perpetua observationis* esse, fere inde colligo, quod, ubi pleno mandato suos ablegare sibi-
 tur, interdum formula, wie herkommen und ge-
 bräuchlich addatur, quam in *litteris*, quibus Mat-
 thias Imperat. ad Comit. A. 1613. Ordines con-
 vocavit, deprehendi, ap. *Londorp. Cont. p. 1. l. 3. c. 13.* solere tamen quandoque etiam tales qui *ad referendum*, auff wetteren bedacht / und hinter sich
 bringen / quæ proponuntur, accipiunt, in Comi-
 tiis universalibus esse, testantur verba *R. I. Nori-
 berg. de A. 1524. §. Weiter nachdem. 34.* nisi malis
 illa ad certum negotium, quam universam legati
 conditionem definiendam, constringere.

II. Eadem fere cæterorum comitiorum ratio
 est, ut maxime Legati Plenipotentarii in illis
 compareant, sicut de Deputationum Conventi-
 bus præter quotidiana exempla ostendit quoque
*R. I. de A. 1603. §. 35. & R. Deput. Spirens. de A.
 1600. princ.*

III. Ad Electoralia sane non nisi *litteris*, ple-
 nam & liberam ac omnimodam potestatem conti-
 nentibus, instructos, quæ utique Plenipotentia-
 ri periphraſis est, mitti posse *Bulla Aurea* dispo-
 sitione expressa, *tit. 1. §. 17. & 20.* continetur :
 quarum formulam nominatim ejusdem titulus 19.
 exhibet, quales cum ex illis unus aliquando non
 haberet, reliqui in electione pergere noluerunt,
 donec generalius mandatum à domino suo con-
 sequeretur. Specimen vide in *Theatr. Europæo
 part. 1. p. 169. & plura ap. Clusen. de Comit. Elect.
 f. 2. q. 12. §. 28.*

IV.

IV. Unde communiter etiam tradunt quod ad certam personam non possit restringi illud, ita ut de hoc individuo & non alio eligendo concipiatur, *Schutz. V. 1. d. 2. sb. 13. l. b. Rumel. ad A. B. p. 2. diss. 6. sb. 15.* & alii infiniti: sed apud *Cranzium ver. Saxon. l. 9. c. 8.* Waldemarum, Elector Brandenburgicus legato suo, Nicolao à Boock, in mandatis dedisse legitur, qui certam personam, Fredericum nempe Austriacum, eligeret, id tamen, ceu publico juri adversum, à nemine reprehendebatur, ut potius, eo non observato, cum Ludovicum Bavarum nominasset, legatus redux, effosis oculis in carcere enecaretur: sicut *Cassianus in Caesaribus p. 368.* quoque retulit, quid ergo dicemus? *Schutzius diss. de Vicar. thes. 33. lit. b.* ex diversitate temporum conciliandi rationem desumpsit, ac si ante Auream Bullam hoc licuisset, post illam non æque. Sed certior est à *Mauritio diss. de Origin. Elector. c. 2. §. 9.* allegata distinctio, inter *mandatum* patens, quod publice Directorio Moguntino exhibendum est, & *instructionem* secretam, quâ seorsim legato agendi modus præscribitur: de priori tantum Aureæ Bullæ dispositionem intelligi debere, *tit. 1. §. debent autem. 20.* satis evincit, ubi *litteris patentibus* sigillo majori sigillatis, hanc potestatis generalioris formulam, concedendam esse, diserte traditur, qualibus in adducto exemplo certum subjectum fuisse designatum, utique nondum est ostensum, cum eadem operâ dicere possimus, in tabulis privatæ instructionis id fuisse factum quibus

quibus hodiernum licere Electori a legato suo injungere, ut, ubi ad electionem fuerit ventum, proponeret, Titium eligendum esse præ omnibus, quod sit magis habilis, nihil ambigit *Limnanus ad A.B.C. 19. obf. 7.* non minus, quam eadem injungere valet ne in Sejum inhabilem consentiat; cujus rei rationem hanc subnectit, quod etiam Ipse Elector præsens, invitus Sejum eligere non cogeretur, sed posset voto suo Titio subvenire, cum quisque Electorum votum habeat liberum, nulla itaque appareat diversitatis ratio, quare non etiam hanc suam voluntatem legato verbis vel literis possit declarare. Sed & ante hos eodem modo dubium istud expedivit *B. Tabor noster Epitom. Aur. Bull. th. 53. in Indis.* quod sane prætervidisse apparet *Reinkingium l. 1. cl. 3. c. 3. n. 8. & Mylerum ad Rumelin. par. 2. d. 2. th. 24.* quando confuso, aut promiscue saltim usurpato, mandati atque Instructionis nomine, hujus appellatione Bullæ Aureæ verba complexi sunt, quæ ad illius formulam pertinere, diximus.

V. Differentiæ cæteræ, ab externo dignitatis honore desumptæ, quibus in *primi & secundi Ordinis* legatos discernuntur, an eodem modo, ut supra explicavimus, in Germania sint receptæ, & nominatim *Legati, Gesandten* / ab *Alegatis, Abgesandten* / in Imperio quoque distinguantur, nondum penitus expeditum est. Putant quidem multi, quorum exempla in *Besoldo, Speidelo, voc. Gesandten. Kirchnero de legat. l. 1, 19. Arumeo de Comit. c. 5. n. 53.* aliisque reperiuntur, diversa ta-

men

men passim rei explicatione, ut plurimum eo recidit, ut dicant, qui à Regibus, aut superiorem nullum agnoscentibus mittuntur, *Legatorum*, qui vero ab Ordinibus Imperii, *ablegatorum* nomine, apud Nos venire, & hoc à metatoribus Imperialibus in Comitibus observatum, in designationibus hospitiorum, vidisse se, testatur *Kirchnerus*. Ex adversum quoniam etiam à Statibus missi, *legati* appellantur, *Gesandten* / sicut perpetua in Recessibus formula observatur, quâ discrete conjunguntur, *der Ständ Vortschafften und Gesandten* / in quam rem præter *Schutzium*, multa loca conduxit *Limnau ad Capit. Matthei art. 40 p. 578*, in super in uno eodemque sæpe exemplo promiscuè illi termini usurpantur, quemadmodum speciminis loco adduci potest *R. I. Spirensis*, cujus §. 7. 26. 31. qui dicuntur *der Stände Gesandten*: idem mox §. 24. 38. 39. 108. 115. 117. 120. 155. *Abgesandten* vocantur, idcirco alibi nullam penitus inter hos diversitatem agnoscunt, ac in universum in *Germania* necdum adhuc distinguui inter legatum & ablegatū, quamvis alias ab aliquo tempore satis accuratè inter hæc duo discrimen fuerit factum, notavit *Ant. des memoires. p. 81*.

VI. Verum utraque sententia, & quæ nullam horum differentiam, & quæ perpetuam illam in Imperio facit, plus justo dixisse mihi videtur, ut neutra simpliciter admitti debeat, quare distinguenda censeo, quorum confusio errandi occasionem præbere facile potest, primo quidem

R

obscu-

obscurum est, quid vocula *in Imperio* denotetur, siquidem duplicem potest habere sensum, vel enim idem est, ac quod in *Comitiis, Conventibusque Imperii publicis* aliis obtinet, vel quod extra tales quidem congressus, *in Germania* tamen, atque adeo *inter Ordines seorsim* est receptum, si priori modo intelligas, verum utique est, in Imperio legatum ab Ablegato non differre, neque in Comitibus ullis Ambasciatorum aut Envoyés, à Statibus missorum, nomina, hætenus fuisse audita, imo nec ab Ipsius Imperatoris legatis sibi tributa, qui nudo *Commissariorum* titulo sunt contenti. alias heic ex stylo Imperialis curiæ pro æquipollentibus haberi, *legati, ablegati, Plenipotentiarii, mandatarii, nuntii, Deputati* appellationes, satis clarum est, idque non solum, in Comitibus universalibus, ut docent Recessuum infiniti textus, quibus huc missi diversimode dicuntur, *abgeschickte Râthe / vollmâchtige Anwâlde / Gewalt haben / Sendbotten / Botschaffren / Gesandten / Abgesandten* / Sed in particularibus quibus cumque idem obtinet: quod enim *Limnaus ad A.B.C. l. §. 1. obs. 8. n. 2.* ad Electorales conventus missos, illis, quos Galli *Envoyés* appellant, peculiariter accenseri ideo posse opinatur, quod in Aurea Bulla passim *Nunciorum* nomine indigentur, id mihi alienum prorsus à vera hujus vocis indole viderur, quasi vero Caroli IV. ævo cuiquam de distinctione primi & secundi ordinis legatorum, aut Ambasciatorum & Envoyés, vel per somnium in mentem

tem poterat venire, quæ nuper demum autoritate curiæ, communique fere gentium consuetudine est recepta, ab origine autem ac inflexione Grammatica, usum verbi publicum & curialem maxime sæpe differre, neque inde æstimari posse, id quidem norunt, qui aliquam rerum peritiam habent, ut taceam non raro in ipsa B. A. cum additamento, nuntios *legales*, *nuntios speciales*, aliquando simpliciter *procuratores*, istos appellari, vid. c. 1. §. 18. & c. 19. c. 18. qualibus voculis hodiernam Envoyé qualitatem signari, quis dicere vellet. Apparere id quod diximus amplius potest, si quis publicas ejusmodi Conventuum relationes evolverit, in quibus variationes titulorum, Illis, quos status eodem miserunt, impositæ, luculento differentiz illius in legatis heic non receptæ, argumento esse possunt, speciminis loco videri potest descriptio electionis Ferdinandi II. in *Theatro Europæo part. I. p. 167.* ubi, qui nunc die *Churf. Sächsische Abgesandten / die Churf. Brandenburgische Abgeordnete /* mox in sequentibus, *der abwesenden Chur-Fürsten Gesandten* appellantur. Eadem plane in recentioribus exemplis licet observare. Nimirum valet heic peculiaris quædam, diuturno Reip. nostræ usu, consuetudineque Imperantium, recepta ceremoniarum, titulorum, solennitatumque cura, quæ variationibus istis, quales apud Exteros in eam disciplinam subinde inducit tempus ac insinuat novas, obnoxia non est, neque ex instituto publica

blicæ utilitatis jarisque patrii esse debet: Et hoc est, quod aliquando, cum, concurrentibus Exteris, ad mores his usurpari solitos, Nosteratum aliqui componere se maluissent, quam priscam retinere formulam, ab Aliis acriter fuerit contradictum, Exterorum gratiâ, in ejusmodi Imperii Conventibus, nihil innovandum, neque à veteri solennium consuetudine ac ritu patrio discedendum esse ratis, cujus observationis specimen Præliminares, & Ipsi denique pacificationis Westphalicæ tractatus, præbere possunt. Cæterum in Comitibus distinctionem fieri legatorum, in *Principales*, vel *primarios*, & *adjunctas* seu *secundarios*, ea, quam supra explicavimus, ratione, satis notum est.

VII. Sin posteriori modo vocabulum in *Imperio* accipias, pro eo quod *inter Statos invicem* observatur, tum distinguendum esse inter *Status*, existimo. *Majores* enim, quos supra diximus, sicut in univèrsum, quoad exteriorè civilis administrationis figuram, *Principes* nullum superiorem habentes æmulantur, eumque in modum suæ quoque *Aulæ* rationes adornare instituunt, ita in legationibus quoque, potissimo fastigii dignitatisque *Principalis* argumento atque opere, disciplinæ ceremonialis, ab exteris nuper excogitatæ, formulas, & nominatim, *Ambasciatorum* & *Envoyés* qualitatem, paulatim solent curiosius attendere, suisque *Ministris* indulgere invicem, etiam in missionibus ad *Aulam Imperatoriam* institutis, quò nuperimè ab *Electore Bavari-*

Bavarico, fœderis, ut dicebatur, contrahendi causa, *Legatum Extraordinarium*, ab Electore Brandenburgico vero ad Ducem Brunsvigo-Cellensem *Extraordinarium Alegantum* missum esse, publicis relationibus sumus edocti, ita A. 1658. Collegium Electorale splendidam misisse legationem, sub qualitate einer *Ambassade* ad Elect. Brandenburgicum, pacem inter Regem Poloniæ atque Sueciæ promovendi causa, constat ex Actis *Londorp. Cont. P. VIII. l. 8. c. 234. seqq.* Et A. 1623. Inferioris Saxoniz Circulum ad Ducem Christianum Brunsvicensem itidem *Ambasciatores* misisse, ex *litteris* colligo, quas *eiusdem anni d. 8. Febr.* Serenissimus Dux ad Circuli Illius Principes atq; Status scripsit, consignavitque *Londorp. T. 2. l. 6. c. 198.* in quibus istam legationem disertè eine *Ambassade* appellavit. possuntque hujus generis exempla, ab aliquo inde tempore, observata, si cui inquirere placeat, plura conjungi. Id tamen certum est, non semper ad præsentis styli regulas hæc talia adornata, sæpius veterem disciplinam retentam fuisse, pro arbitrio mittentium, temporumque ratione, sed ab intermisso exercitio, ad negationem ipsius juris invalidè prorsus concluditur.

IX. Quod *Minores* attinet Status, Comites, Prælatos, Civitates, quoniam non vane metuunt, potentiorum risui expositum iri, quando paria legatis suis nomina, honoresque æquales asserere, contenderent, hæctenus præcis patriæ moribus nominibusq; inhærere *consultius* existimaverunt.

An vero, ubi ad quaestionem *juris* unice disputatio devolvitur, ejusdem differentiae, & nominatim primi ordinis legatos mittere possint, ego quidem definire nihil ausim, utut *Mingius de superior. Territ. lib. 76.* in universum Statuum legatos *Ambassiatorum* nomine appellare non dubitaverit, quem vulgarem communemque loquendi rationem, non formalem curiae stylum, de quo heic loquimur, secutum esse, non ambigo, posset vero aliquis opinari, quoniam Illi non minus ac Principes, Status sunt, superioritatisque jura participant, videri Eos in ceteris quoque eandem habere praerogativam; sed quoniam nec Ipsi Status Minores id praetendunt, quod supra allegata scripta restantur, in super quoque ad jus mittendi Ambasciatores, praeter simplicem Status qualitatem, major quaedam requiri videatur potentia, qua apud alios autoritas sibi possit conciliari, & confessio ceterorum etiam Regum Principumque accedere debeat, periti rerum aestimatores, quid judicandum sit, facile agnoscent.

IX. Ceteri vero Electores atque Principes, postquam frequentiora Illis cum *Exteris* indies intercedunt commercia, *pene hos*, eandem legatorum distinctionem sibi asserunt, ideo, quod cui jus legationis competat, & talis insuper tuendi connexi splendoris potentia, liberum videatur, cujus generis velit legatum mittere. Id quidem negari nequit, non semper eodem rigore ac *Exteri* jam solebant, a *Nostris* haecenus obser-

vatas

vatas esse, hujusmodi titulorum subtilitatumq; connexarum regulas, cujus rei causas passim exposuerunt nuperi scriptores, quod non solum Ceremonialis philosophia, quæ nunc viget, magnam partem novissime demum vix, ac ne quidem satis, stabilita sit, Nostri quoque à Roma, ceremoniarum fonte, remoti, & parum aliquando habentes, quod cum Exteris agerent, ignorantia ac neglectu eorum, quæ extra Germaniam inter eos, qui suprematu eminent, soleant observari, neutiquam solliciti fuerint, aliquando etiam patriis potius moribus, Germanico candori convenientioribus, insistendum, quam inanis istius ac frivolæ subtilitatis rationem habendam esse, existimaverint; sed dubitandum non est, quin à nuperâ disceptatione, quando in præjudicium dignitatis suæ explicari voluit ista Principum Nostrorum facilitas, majori harum rerum, nunc in partem juris gentium fere computatarum, curâ, sibi sint prospecturi Sed de secundi Ordinis legatis, quos *Envoyés* nunc appellant, nulla forte est disputatio, sicut nec de *Residentibus*, quos cum tam in *Imperio*, in Aula Cæsaris atque Statuum aliorum; quam *apud Exteros*, sine contradictione, habeant, an possint mittere, frustra queritur, ut denique omnis lis ad primi tantum gradus Ministros, Legatosque in sensu specialiori atque exquisito sic dictos, *Ambassadeurs* vulgo nominatos, per se devolvatur.

X. Sed *Electo*ribus quidem legatos primi Ordinis vel *Ambassadores* mittendi competere facultatem,

cultatem, et si jam ante pacificationis Westphalicæ tempora dicere possumus, prout exempla in eam rem extant, sicut vel Friderici Palatini Electoris Anno 1616. & Maximilianis Bavari, Anno 1638. in Galliam adornatæ missiones, quibus Ille Comitem Solmensem & Rusdorsium, Hic Groensfeldium & Curtium, *Ambasciatorum* titulis instruxerunt, testari possunt. Sub ipsis tamen Westphalicis tractatibus omnino confirmatum esse hoc jus, verum est, ut ubique extra dubium hodie constituatur. Mittunt itaque optimo jure nunc pro lubitu *Ambassadores*, tam *Extraordinarios*, quam *Ordinarios*, qui Regum quoque legatis in omnibus fere æqualiter habentur, quoniam tamen circa paucas ceremoniarum solennitates in receptionibus ac audientis alias observari solitas, adhuc difficiles se præbent. Exteri, Galli præsertim, uti suo loco dicitur, ideo sæpius, præscindendæ omnis contentionis ergo, in negotiis potissimum, quæ moram non patiuntur, A legatos Extraordinarios, *Envoyés Extraordinaires* mittere malunt, quam *Ambassadores*, sicut illius generis *Ministros* Moguntinum, Brandeburgicum, aliosque Electores ante aliquot annos in Gallia habuisse notum est, ut de aliis Aulis nihil dicam. Ipsum vero jus mittendi *Ambassadores* in dubium amplius non vocatur, & possemus ejusmodi missionem tam ante quam post pacem Westphalicam, ad omnes fere Europæos Reges atque Principes subinde institutarum, infinita allegare exempla, nisi illam operam jam nobis præripuisset passim *Autor. des*

memoires

memores, idemque libelli varii, qui de hoc argumento nuper editi sunt, magno numero iisdem veluti in locum communem conductis, præstitissent, quibus conjungi possunt, quæ nudius tertius in congressu Coloniensi atq, Noviomagensi vidimus, an autem à malignitate absit scriptoris modo nominati Gallici iudicium, quod de *Ambassadoribus Ordinariis*, à potentissimo E. B. A. 1648. ad fœderati Belgii Ordines missis, tulit, an quoque verum sit, illam primam atque ultimam fuisse Ordinariam legationem, nec ullam hactenus ab Electoribus in Belgium amplius esse missam, alii cognoscant iudicentque.

XI. Imo & alios Status, quoties fœderis aut alterius communionis jure, cum Electoribus omnibus vel quibusdam concurrunt, atque unum corpus constituunt, à participatione hujus facultatis hactenus non posse excludi, quo minus à toto corpore missi Ambasciatorum titulo honoribusque gaudeant, si visum ita illis fuerit, forte non negaverint etiam quia alias heic valde sunt difficiles, ob rationem manifestam, quod majorum jus, ob minorum accessionem, non possit impediri, sed ad hos potius suum quoque splendorem transfundat. extant hujus rei specimina ex parte sociorum fœderis Rhenani Francofurti A. 1658. in hinc; & A. 1667. à quibusdam Electoribus principibusque promovendæ pacis ergo, quæ Aquisgrani postea est conclusa, ad Galliarum Regem legationem ex quinque Ambassadoribus constantem, missam novimus, quæ vis

R s

enim

enim alii Ambassadors an Envoyés fuerint, dubitaverint, illi tamen, adversus quos intendi potest disputatio, prius concesserunt, meminit quoque *Apologia*, quam pro Trevirensi Archiepiscopo superioribus annis edidit Galli, aliquando protestantes Electores Principes ac Civitates Imperiales, Argentoratum atque Ulmam, ad Henricum III. Galliarum Regem insignem dimisisse legationem, *une grande Ambassade*, & possent forte plura hujus generis exempla reperiri, si cui publica excutere tabularia liceret.

XII. Sed utrum *Principibus* seorsim id competat, ut, æque ac Electores, legatos cum characterem mittere possint, tam planum atque expedirum, saltim apud quosdam, non fuerit, estque hæc controversia, quæ nuper in Aulis maximorum Regum, & præsertim Noviomagi, in publico Europæ consessu, agitabatur, cujus quidam prima origo, si dicendum quod res est, ad tempora forte pacificationis Westphalicæ pertinere potest, cum ibidem jam in rebus hujus generis præcipui quid sibi præ principibus, valde tum repugnantibus, contendisse Electores, constet, quibus tamem Exteri annuere videbantur, non alio, ut apparet, consilio, quam ut animorum concordiam inter Ordines turbent, quæ rebus ipsorum maxime contraria est, Succreverunt paulatim istæ lites, atque in variis postea utriusque partis legatorum conventibus, ampliores vires ostenderunt, majoraque minata sunt dissidia, quæ nihilominus magis subinde concertantium moderatione,

ratione, & prævalente hisce, ut existimabatur, minutiis, publicæ communisque utilitatis respectu, qui summopere harmoniam consiliorum unitatemque Ordinum postulaverat, intra primos fere conatus subsistebant continebanturq; donec acrius sese exsererent, & Noviomagi demum in publicum veluti Gentium iudicium deducerentur, Actoribus potissimum Gallis, quod ea factum est occasione. Postquam rupti nescio qua causa vel prætextu Tractatus, qui Colonia pacis reparandæ ergo fuerunt instituti, Mediatorum opera, Ipsarumq; partium belligerantium consensu, resumebantur iterum Noviomagi restaurabanturque, atque jam in eo esset, ut salvi conductus literæ invicem traderentur, ex Confederatis sereniss. quoque Lotharingiæ Dux pro suis legatis easdem petiit à Gallis, qui cum vidissent, se, quod Colonia diu fecerunt, negare amplius non posse, ex quo semel admitti tractatibus pacis Lotharingicos sub finem fere Coloniensis Conventus concessere, ea tamen formula Tabulas instruxerunt, ut, quoniam verbis nequiverunt, ipso facto eosdem remove velle videri possent, siquidem non nisi *Principis Lotharingiæ* titulum, Ipsi Duci, Ministris vero *Ejus Deputatorum* nomen dederunt, cumque prius sustinere impossibile fuerat, quod omnino jure pleno in Ducatum, defuncto Patruo, successisset Carolus, posterius tamen tueri ausa est: *Gallia* negavitque majoris qualitatis Ministros se agnoscituram esse, eâ ratione, quod pat. *Ejus cum Germania*

mania

mania Principibus esset conditio, at vero in *Ger-*
mania à solis Electoribus Ambassadors, à Princi-
pibus vero ceteris non aliosquam Deputatos se a-
gnosceret, cujus disciplinam postmodum secuta i-
tidem est Suecia. Unde etiam quas Neoburgico
Duci destinaverunt salvi conductus literas, &
Mediatoribus jam tradendas submiserant, Plemi-
potentiarum Gallici, revocarunt, mutaruntque le-
gatis Ejus Ambassadors nomen in Illis tribu-
tum, errore scribentium id irrepsisse, causati. Quo
factum est, ut non solum Lotharingicus passim,
sed & Neoburgicus apud Angliæ Regē, tanquam
Mediatorem, de injuria gravissime quererentur,
sed & Brunsvicenses ac Luneburgenses Duces,
communi defendendæ causæ accederent, qui in
Belgio præsertim Fœderato hoc sine laborabant,
ubi peculiari d. 31. Octobr. 1676. decreto factò,
conclutum est, dandam esse operam, ut Principum
postulatis satisfiat. Quale quid cum efficere cura-
rent, prolixa subnata est disputatio, an Princi-
pibus Germania jus competat mittendi legatos chara-
ctere representatio vestitos, quos Ambassadors di-
cunt, quæ primum quidem cum Exteris fere solis
Eis intercedebat, cumque multi in Principum
sententiam conscendisse viderentur, & jam in eo
esser, ut ex voto Eorum primaria quæstio, etiam
Ipso consentiente Cæsare, desiniretur, in aliam
mox habitum, ab Illis, quibus discordiarum
semina in Imperio spargere consultum existima-
batur, controversiæ Status cepit reformari, ut
cum antea de solo Ambassadors titulo concerta-
batur

batur, nunc ceteræ quoque *ceremonia* in *liteta* producerentur, ac tota denique res huc rediret, *utrum Principibus Germania jus sit mittendi legatos cum caractere, vel Ambassadors, cum omnibus honoribus & annexis, ita ut ceterorum, ac nominatim Electorum Ambassadoribus, ceremoniarum sollemnium ratione equaliter debeant haberi?* Ubi, cum *Principes* id quoque prætenderent, eâ ratione, quod *ceremoniæ* istæ à jure representationis dependerent, eoque concesso semel legatis caractere, sine dignitatis detrimento negligi non possent; *Electores* quoque adversus se concitarunt, qui prærogativis juribusque Ordini suo, ab antiquo præ Principum classe competentibus, periculum concipi insigne metuebant, nisi omnibus modis resisterent conatibus istis, in plenam denique ac omnimodam utriusque Collegii exæquationem desituris. Duæ itaque factæ sunt disputationis partes, prior inter *Principes & Exteriores Coronas*, Gallicam Suevicamque, de ipso legationis jure propriè dicto, altera, inter *Electores* atque *Principes*, super quibusdam ceremoniis externis & curialibus formulis, quanquam in tractationis decursu postea eâdem operâ rationes ad utramque disceptationem pertinentes investigari solebant, atque communibus adversariis obtendi, cum, quæ contra *Electores* proferri possent à *Principibus*, per se quoque adversus *Exterarum Coronarum* hypotheses militarent. Ut nos privati homines in re tam gravis momenti, de juribus Magnorum Principum hinc inde affectis ne-

tis negatisque, sententiam dicamus certam definiamusque, sicut nemo forte prudentium postulaverit, ita ad tantæ temeritatis facinus nunquam nos auctoraverit propria judicandi libido. Ne tamen hâc parte mutila sit nostra tractatio, præmissis scriptorum hujus argumenti allegationibus, momenta rationum, qualia utraque pars pro se allegavit, proponemus, retentis, quantum fieri potest, ipsis auctorum verbis, decidendique jure, ad quos pertinet, illis relicto.

XIII. Nam ex quo Principibus ista controversia mota est, varia in eam rem adornabantur scripta, quorum aliqua inedita sunt, alia vero publice extant: prioris generis nominare possum, *ex parte* quidem *Principum, scriptum*, quod Ducis L. legatus Noviomagi composuit, ubi multis exemplis veteribus ac recentibus ostendisse traditur, Duces suos solitos & mittere legatos, & recipere pleno jure à Gallia etiâ sæpe agnito. Ejusmodi quoque sunt Gallico sermone conceptæ *Rationes*, quas Ducis N. Ministri Mediatoribus Anglis communicaverunt, in quibus probare conantur, Principibus legationum jus eadem, qua Electoribus, competere gradu; iterum *Memoriale*, quod postea Domus B.L. legatus, super his Imperatoriæ Aulæ exhibuit, & *littera*, ideo A. 1677. d. 8. 28. April. ad Cæsarem eodem perscriptæ, quæ omnia pro obtinenda utrorûq; legatorum æqualitate militant. *Ex parte vero Electorum*, tanquam de re à Principibus noviter prætenso, conquesti sunt, institutis per *litteras* quoque

que deliberationibus, quibus modis conatibus istis obviam ire suisque passim assertas, præ Principum legatis, prærogativas tueri satis possint, quo pertinent *litera* E. B. d. 15. 25. Jan. A. 1678. ad Collegium Electorale hac fini exarata, & varia insuper *vota*, circa illud tempus in Senatu Electorum super hac re lata, quibus communi operâ dignitatem priscam defendendam atque ideo Cæsaream quoque Majestatem rogandam esse existimaverunt, ut discrimen, quale hæcenus etiam ratione ceremoniarum inter membra Imperii obtinuit, amplius tam in Imperio, quam extra illud conservare, Principalesque Domus, ne quid adversus audeant, hortari admodum velit. *Editus* est alias ad asserendum heic Electorum prærogativam Gallicus libellus, *Lettre d'un desintereffé touchant le titre d'Ambassadeur. &c.* cujus autor, postquam de sinceritate, qua ad scribendum sine partium studio, tanquam Imperialis cujusdam Civitatis, atque extra functionem publicam constitutus incola, accesserit, multa fuerat præfatus testatusque, Principum dignitati & nominatim legationis juri nequiquam obstare Electores, partitim mox horum jura, ex antiqua consuetudine atque observantia Illis loco præcipui competentia, enumerat, unde denique concludit, quoniam Ipsi Electores multam ante principes obtineant prærogativam, æquum esse, ut & in legatis utrorumq; , quoad ceremonialia præfertim, ista maneat differentia. Vicissim tamen professâ denuo operâ Principum causam defenden-

dendam suscepit, scriptor satis eruditus, de cujus vero nomine variaz sunt curiosorum hominum suspiciones, ego autem satis constare arbitror, is confictâ *Casarini Furstenerii* appellatione de *jure suprematus & legationis Principum Germania*, tractatu edito, Principibus jus esse legationis plenum, ideoque Ministros caractere representatio vestitos, mittere posse, asserit, quibus idem, qui Regum, Italorum Principum, ac Electorum Legatis, communis est, honor debeatur, hocque non solum *juridicis* argumentis *probare* intendit, nequiquam posse salvo jure Principibus denegari, sed & *politicis* rationibus persuadere denique conatur, *consultius* esse, ne Cæsar, Electores, Exteri, se hîc difficiles ostendant; quæque omnia prolixius ibi sunt disputata, postea *Colloquio Gallico, Entretien de Philarete & d'Engene sur la question du temps agitée à Nimuevegue, touchant, le droit d'Ambassade des Electeurs & Princes de l'Empire*, exhibentur concisius: cæterû an rursus *Furstenerii* libello destinata sit *Refutatio*, qualem sub manu Typographi verlari, famam esse, nuper Amicus retulit, dies futura docebit.

XIV. Argumenta autem disceptantium non unius sunt generis. Alia enim Exteri sibi propria habent, alia vero cum Electoribus communia, sed à *Gallis* quidem ea potissimum sunt audita, primo quod non mereantur Principes tractari, ut liberi, cum se à Cæsare, prout voluerit, patiantur circumagi, sicut prolixius ostendere conabatur libellus, qui flagrante novissimo bello,

de

de presenti Germania, Statu, in Gallis prodit, cujus autor id agere voluit, ut ostenderet, ante motus bellicos Principibus competiisse civilem libertatem, la souveraineté; nunc, cum specte defendendi Imperii ab Austriacis pro lubitu trahantur, cum exterorum amicitia, libertatem domi perdere. Deinde cum nimia in Germania sit Principum multitudo, verendum esse dicunt, ne in propriae suae caeterorumq; summorum Imperantium dignitatis diminutionem vergat, si quando isti in consortium ceremonialis disciplinae recipiantur, & Majestatis splendor, qui in legationibus potissimum se exserit, tam multis fiat communis, sed & si quid obtinere velint, Principes, possessorios actus esse producendos, in rebus enim ceremonialibus non rationem, non potentiam, non dignitatem, sed solam possessionem valere, Electores eam habentes, & Principes Italiae, alias quoque ab Imperio liberos, si idem Germaniae Principes ostendere possent, facile litem compositum iri, haec tamen autem ejus rei exemplum in Tabulariis suis Galliam nondum reperisse, quae tamen, ne prorsus difficilis Principum petitio appareat, denique istam declarationem edidit (spoponditq;), quod Caesaris exemplo insistere, parique ac Caesar modo legatos illorum tractare vellet.

XV. Praeterea *Electores* conservandae suorum prerogativae plura insuper obtendunt, & qui pro illis pugnarunt, sequentibus fere usi sunt argumentis. primum quidem, quod Regibus parum

S

dicantur

dicantur habeanturque, per ipsam Auream Bullam, adeo ut & Electoralis Eminentia addat aliquid Regiz, nec enim aliam ob causam exteros antecedere Reges, Bohemum, quod fieri jubet A. B. C. 8. Quod accedente legibus usu, Reges & Respublicæ Eos tractent pro souverainis Dominis, quod titulis amplissimis & Majestatis plenissimis, eadē etiam Aurea Bulla, ornentur, in quam rem insuper Rudolphi II. rescriptum allegant. Quod longe majora jura ac præcipua in Imperio possideant, qualia potissimum duobus gravissimi momenti casibus conspiciantur, in Electione Imperatoris, & quadam rerum Imperii administratione peculiari, quod prioris ratione, jus habeant Capitulationis præscribendæ, posterioris vero, quotannis & quoties volunt, se congregandi, ideoque semper solenne, perpetuum, legale, per se subsistens, proprium ac singulare corpus faciant & collegium, cui innixum sit stabile & efficax Unionis pactum. Quod in Comitibus Universalibus septem Electores tantum possint, quantum Principes simul omnes, quod ibidem rerum maximarum, vel inter se, vel cum Cæsare, præconsultationem, minorum etiam definitionem, possint instituire, quod nec ipsa Comititia indicere, neque alia multa facere possit Cæsar, absque illorum consensu, sicut præsertim in fœderibus faciendis, collectis imperandis, concedendis vectigalibus, & jure cudendi monetæ, requiratur, quod soli gerant officia realem Reipubl. gubernationem spectantia, verbi gratia, Archi-Cancel-

Cancellariatus & Vicariatus, quod cætera habeant officia Imperii hæreditaria, Pincernæ, Dapiferi, Marefcalli, Camerarii, Theſaurarii, quemadmodum hæc atque plura *Autor Gallici libelli, lettre d'un desinteresse. &c.* & paſſim publici juris Doctores, nominatim *Bæclerius Not. S. R. I. l. VI. c. 2.* ex ſchedis Boineburgianis, *Freinsbemiſis libelli ſui de Præcedentiâ Electorum ſuper Cardinales, diatribâ 111.* conduxerunt. Addunt exteriorum quoque ceremoniarum discrimina, inter Electores atque Principes obſervari ſolita, quod ubi coronatur Imperator, ſoli Electores cum Cæſare prandeant, coenantq; in publico, in ſua quiſque ſeparata menſa, pompatico paratû inſtructuque, & eadem exactitudine, cum cæteri Principes uni menſæ accumbant, aut adſtantes ſpectent. Quod Electores Regibus Dignitatem, Principes Majeſtatem dent. Quod legati Regii præcedere contendant Principes, Electores non æque. Quod Electores legatis Regiis domi ſuæ ſuperiorem locum non concedant, id vero Principes faciant. Ex quibus omnibus hanc denique conſuſionem, ut dixi, eliciunt, quoniam inter Electores atque Principes Ipſos tam poteſtatis quam dignitatis ratione multa appareat differentia, æquum eſſe, ut in Legatis Eorundem iſta quoque obſervetur. Id vero, in primis urgent, pactis habere Electores, ut non ſolum Ipſis cognomina inſcribantur Regibus propria, ſed & legatis Eorum ſolennes, quæ nunc receptæ ſunt, ceremoniæ exhibeantur, tempore etiam pacificationis

Monasteriensis ea lege convenisse Galliarum Regem cum Electoribus, ut hi Regi darent Majestatem, ille Electoribus fraternitatem, deinde, ut idem Electoralibus legatis, qui Venetis, honor esset apud se, sed ne apud illos vicissim legati Gallici à Cæsareis distinguerentur, in potestate autem esse Regis Galliarum aut alterius cujusque, tractatu vel pacto concedere Principi uni honores atque prerogativas, quas alteri, etsi pari utatur jure, negaverit, & licet forte justitia distributiva, quæ circa honores & præmia versatur, obliget distribuentem, ut æquitatem servet, & paribus pares honores indulgeat, illos tamen, qui neglecti videntur, jus nullum perfectum posse obtinere, ex quo alter ad ejusmodi præstationem cogatur. His postea possessorios accessisse actus, extrare enim plures legationes Extraordinarias ab Electore Brandenburgico aliisque missas, quibus pleno representationis jure connexisque ceremonialibus utebantur missi, apud Gallicos non solum, sed & alios legatos, ut denique Consensus cæterarum quoque nationum supervenerit, siquidem certum sit, in Batavis & apud septentrionis Reges, legatos Electorales æquo cum aliis à Rege aut à Republica vel Principe libero missis, haberi honore, quod & in Olivensi Tractatu apparuerit, ubi Brandenburgici nulla in re à Regiis fuerint distincti, quæ omnia à Principibus allegari non posse aut ostendi, putant, quare nec simile jus ipsis competat.

XVI. Sed non fuere segnes in demonstranda
petitio-

petitorum suorum justitia, Principes, quique pro illis calamum strinxerunt, *rationibus* pugnasse atque *exemplis*, visi sunt. Ex illarum genere est, quod Principes ejusdē speciei gaudeant suprematu, qualem qui habent, pleno jure gentium, quod in legatis, bello, pace, fœderibus consistit, cum omnibus appendicibus frui, & quoniam hoc respectu jus legationis plenum competat Electoribus, extra controversiam, ita ut Eorum legati pleno Characterē, ut Ambassadors, tractentur, idem quoque, & eodem modo, Principibus competet, cum, quoad suprematum, nullum inter Electores ac Principes discrimen, ne minimum quidem constitui possit, vel intelligi, nam vanos esse, qui in ipso suprematu formas sibi fingant diversas, specieque hujus facultatis Electores ac ceteros Imperii Principes differre arbitrentur, quo nihil fingi possit, ab omni veritatis specie alienius. Deinde quoniam Principes æquē ac Electores in magnorū Principum Confessu, ac Congressu summarum Christianæ Europæ Potestatum generali, sibi locum vindicant, obtinentque, fœdera ineunt, bellum gerunt, cum Exteris Regibus liberisque Rebus publicis, Arbitrio Eorum, controversiæ publicæ submittuntur, interventus Eorum, quam hodie Mediationem, vocant, admittitur, pacem tractantibus ac ferientibus fœdus sponsores existunt, sive ut nunc loquimur, Guarantiam præstant, aliaque juris gentium commercia exercent, cujus rei luculenta exempla passim habentur, quare necessum esse autumant,

ut honos idem legatis quoque Eorum exhibea-
 tur, quicumque aliis, pari amorum jure utenti-
 bus, solet concedi, jus enim gentium non pati,
 ut illi, veluti per contumeliam, ab aliis distinguan-
 tur, qui eandem quam alii in manu habent cau-
 sam, qua sibi juris gentium privilegia judicent,
 scilicet armorum potestatem. Quod *exempla*
 attinet, *aliena* æque ac *propria* in rem suam pro-
 ducunt, Ex illis nominatim *Electorum* Germa-
 niæ, & *Principum Italia*, quorum utrisque ple-
 num jus legationis ubique exercendum compe-
 tat, utrorumque autem exempla sibi quoque pro-
 sint, *Electorum* quidem propterea, quoniam illi
 pariter ac præcipui Imperii Principes in eadem
 sint causa, quoad suprematum vel libertatem ac
 potentiam, consequens itaque esse dicunt, ut nec
 dignitate atque honoribus, qui suprematum ha-
 bentibus aut eorum legatis tribui solent, separen-
 tur: argumentum vero, quod ab *Italia* Principi-
 bus petitur, tanto efficacius esse, existimant, quan-
 to minus appareat ratio, imo in plerisque ne co-
 lor quidem discriminis ullus. sunt hi fere Dux
Sabaudia, Magnus Dux *Florentia*, Duces *Man-
 tua*, *Mutina*, *Parma*, qui omnes, utut si *factum*
 respicias, exteriorisque rationem administratio-
 nis, res suas post multas machinationes *Jovio*,
Guicciardino, *Thuano* aliisque descriptas, ab Im-
 perio seorsim nunc habeant, eidem tamen ratio-
 ne *juris*, eodem plane modo, ac cæteri Germaniæ
 Principes subsunt, judiciis ejus & Comitiorum
 decretis obligantur, eandemque Cæsari obedi-
 tiam

tiam debent, quam homagii feudalis consueta formula ubiq; similis, præscribit, sicut per partes solide ostendit *Hermannus Conringius de Finib. Imp. Germ. cap. XXIII.* qui alias quoque in totam *Italiam* jus Imperii hodiernum integrum demonstravit *libelli de Germanorum Imperio Romano* 6. 12. per universam vero Imperatorum seriem deduxit *Baclerus Vindictis Anti-Blondellianis* pag. 253. *seqq.* ut frustra sint, quæ ab aliis, de plena Italiz ejusque Principum libertate, diversimode acquisita, tradantur: quare ita concludunt *Nostri*, cum nec in prematu, nec feudorum qualitate, nec alio nomine melioris sint conditionis principes Itali, quam Germani, in nonnullis etiam deterioris, quod scilicet, ad modum ferè *Immediatæ Nobilitatis*, decretis Comitiorum stare debeant, in iis tamen actuale suffragandi jus, solo Sabaudico excepto, non habeant, cumque, hoc uno excepto, omnibus communis sit *Imperii Principum* natura & ratio, superesse, ut dignitate quoque minimum æquales censeantur, & quicquid Italici publici honoris concessum est, id Germanis quoque sine injuria & contumelia negari non possit. Sed potissimum hujus rei argumentum *sua exempla*, atque adeo *propriis possessoris actus* constituunt, quos quidem allegari opus non esse putant, quod res meræ facultatis, quales sunt potestate, conditione, dignitate mihi competente uti ac frui, ipso jure possideantur, atque in his ratio pro possessione sit, ut tamen appareat, Eos, ne quidem si, his certandum esset, ju-

dicem vereri, ex abundantia aliquot Specimina allegarunt, omnia enim enumerare possibile vix esse, nisi cui Archiva passim paterent, nec necessum, & sufficere, vel unum ex Principibus obtinuisse, cum cæterorum eadem sit conditio atque ratio; verum copiam potius quam defectum se ostendere exemplorum, tam *ante* quam *post pacificationem Westphalicam* observatorum. Prioris generis sunt, quod *Archiducis Austria Alberti* legatis à Rege Galliarum ubiq; idem, qui Regiis, honor habitus sit, & Ille *frater* appellatus, multo ante Electores; sic quoque in Anglia A. 1621. legatum Archi-Ducalem de loco certasse cum Veneto, & Regem Jacobum, qui iudicium sibi sumere noluerat, scripto testatum, se *parem utriusque honorem* exhibiturum esse. iterum A. 1607. cum de Induciis Belgicis tractaretur Hagæ Comitum, Gallicum legatum, Jeanninum, Archi-Ducali, Verreikenio, novissime advenienti, more consueto, *primum visitationis honorem* dare non dubitavisse, ex *Negotiationibus Præsidii Jeannini*, quæ in Belgiiis prodierunt, probant: ex quibus simul observatur, iisdem tractatibus, Mediatorum, Regum Galliarum, Angliarum, Daniarum, ac Electorum, Palatini atque Brandeburgici, Principumq; Serenissim. *Hassia Landgravis*, ac *Wurtembergici* legatos, *equali jure* habitos, communeque illis *Ambasiadorum* nomen tributum esse. in tractatibus, inter Reges Galliarum, ac Sueciarum, Ducem Wurtembergicum aliosque Germaniarum Principes Lutetiarum Parisiorum A. 1634. initis, qui ab his, &

nomina-

nominatim Duce *Wurtembergico* ac *Bipontino* mit-
 tebantur, Ambassiadores fuisse, ex Tabulis, Hi-
 storix Cardinalis Mazarini sub junctis, discimus,
 in quibus *Legati extra ordinem* appellantur. Gui-
 lielmum *Ducem Juliacensem ac Cliviensem* Anno
 1540. *Ambassiadores* misisse ad Franciscum I. Me-
 moriales libri Gallorum consignarunt, *Ducens*
Bavaria, multo antequam Electoratum accepit,
 legatos misisse cum caractere, qui etiam in Con-
 cilio Tridentino *Venetis controversiam loci* move-
 rint, *Florentinis* vero & *Helvetiis* sint prelati, ipse
 Venetorum Historiographus, *Petrus Justinianus*
 falsus est, distinctius vero *P. Snavis*, & *i. cardinalis*
Pallavicinus exposuerunt, ubi memorabilis est
protestatio, quâ persuasus ab aliis *Bavarus* saltem in
 præsentia ita cessit, ne domino suo aliisque *Germania*
Principibus, præsertim ex familiis *Electoralibus de-*
scendentibus præjudicio sit. Cum A. 1634. legatio,
 quam *Fridericus Holsatia Dux* in *Moscoviam*
Persiamque misit, ad *Narvam urbem Suecicam*
 venisset, legatos *Suecicos* in *Moscoviam* destina-
 tos, multo comitatu una ab urbe leuca *obvians*
venisse, cæteraque eos velut magni Principis cha-
 racterem referentes, *omnibus honoribus coluisse*,
 displosis cum intrarent tormentis, ex historia il-
 lius legationis apparet. *Ducis Neoburgici* lega-
 rum A. 1646. in *Poloniam* missum, cum *Uladis-*
laus Rex, cum *Maria Ludovica Mantuana* nu-
 ptias celebraret, ut *Mantuanum tractatum*, am-
 bos à Rege pariter atque exteris legatis equali hono-
 re habitos, notant. Et hæc quidem ante Mona-
 sterien-

Verientes tractatus contigerunt. *Post eosdem* similia licet observare, quæ eo majoris debent esse autoritatis, ex quo Principibus controversia primum moveri cepit. Ita in fœderis Rhenani, A. 1658. Franeofurti confecti tractatibus, nullam inter Electorales & Principales legatos differentiam fuisse admissam, sed utrosque idem *Consiliarios & legatorum Plenipotentiariorum* accepisse nomen, Tabulæ testantur. in Conventu Deputationis A. 1655. *Brunsvicensem* apud Commissarium Cæsareum *primi gradus honorem, potiorumque locum* habuisse, & in legatione A. 1667. à quibusdam Electoribus Principibusque Imperii, ad Regem Galliarum, pacis promovendæ ergo, quæ postmodum Aquisgrani conclusa est, missa, quinque Plenipotentiarios, quorum *tres ab Electoribus, duo à Principibus* fuerunt, à Rege Christianissimo *equaliter esse habitos*, nullamque inter eos factam distinctionem, passim observatur, nisi malis hoc, & similia exempla, regulæ §. II. propositæ subjicere, uti mihi quidem visum est. in primis vero memorabiles sunt, *Ducis Neuburgici* novissimæ duæ in Poloniam adornatæ legationes, una A. 1669. altera A. 1674. nam in utraque legatos ejus splendide exceptos, & magnifice cultos novimus, *texere caput* coram Rege, posterior etiam coram Regina, Cæsaris sorore, nec ulla solennium observatione à Regiis legatis distincti sunt, eum & *excellentiâ* ipsis dederint legati regum, & cæteroqui *circa visitationem & loci honorem*, pari jure sint usi. scriptum, quo Lotharingicus

Minister

Minister nuper docuerit, *Lotharingia* Duces sæpius pleno jure misisse legatos, supra nominavimus. atque eo ipso tempore, quo hæc agitabatur controversia, Ministros Ducæles ad pacis tractatus destinatos, in Tabulis salvi conductus, à *Cæsare*, ultima mensis Martii die A. 1677. *Viennæ*, & *Rege Hispaniarum*, per Generalem Belgii Regii Governatorem, Ducem de Villa Hermosa, *Bruxellis*, d. 7. Jan. ejusd. anni, consignatis, expressis verbis, *legatos, Ambassadeurs & Plenipotentiaires* agnitos, constat. Ex his aliisque exemplis denique *Confessionem* summorum Principum ac Rerumpublicarum eliciunt, atque ita, concludunt, quoniam *plenum legationis jus* atque adeo *Ambassadores* mittendi facultatem in Principibus dudum agnoverint, Ipsi *Galli*, multis actibus, & tam solenni declaratione, in *Apologia* superiori tempore pro *Philippo Christophoro*, *Trevirensi Electore*, edita, quæ nuper quoque A. 1665. *Lutetiæ Parisiorum*, libro apud *Cramoyssium* typographum Regium, cum privilegio Regio, eo titulo: *memoires & Instructionis pour servir dans les negociations & affaires concernant les droits du Roy de France*, edita, est recusa, ubi præter multa Principibus competentia jura, hoc quoque solenniter iis vindicant adscribuntque, ejusmodi verbis: *Ils envoient Ambassadeurs vers les Roys & Princes Estrangers*. Quoniam idem *Hispani*, in *Lotharingicis* ministris: *Angli* in *Austriacis*. *Sueci* in legatione *Holsatica* versus *Moscoviam*. *Poloni* in *Neoburgicis*. *Batavi* in

universo

universo Germaniæ Principum Ordine, nupera sua Resolutione, judicaverint concesserintque, non posse istos ab eo quod semel placuit resilire, quin contemptum aliquem in Principes, aut animum si non infensum, saltim aversum profiteantur, eoque affectibus seagi, non ratione, palam ostendant, quod quidem citra causam credere generositas tantorum Principum non patiatur.

XVII. Ut autem causæ hujus æquitas amplius pateat, ad hæc, quæ Principibus fuere opposita, aliqua *regerere* Alii non desierunt. Quod enim *Gallorum* paulo audacius attinet iudicium, non mereri Principes tractari ut liberos, id quale sit, per se manifestum esse, arbitrantur, nam utique nulla servili coactione, sed suis quibusdam rationibus inductos, atq; ita sponte, potentiores nuper Germanicos Principes, Cæsareis consiliis armisque accessisse, peculiaribus fœderibus initis, quod eorum libertati adeo nocere non possit, ut eandem etiam augeat, stabiliatque propria isthæc Cæsaris confessio: sed nec omnes Principes in hanc pertinere classem, aliquos enim medios fuisse: alios etiam sub initium belli pacifica officia Regi obrulisse, missis legationibus; Quo consilio vero libellus iste in Galliis editus sit, latere eos non posse, qui norint inter vota hostium ordinaria esse, Rempublicam hostilem quantum in se est, reformare velle, in statum suis propositis magis idoneum aut opportunum, quod quidem feliciter heic fieri non posset, quam Principibus inter se, atque à Cæsare separatis, tributaque cuique

cuique summa civili potestate, ut, dum singuli pugnant, universi vincantur. Quod nimiam Principum multitudinem causentur, id quoque vanum esse, præterquam enim quod non sint tot in Germania Domus serenissimæ, quot Romæ Cardinales, qui tamen cum Electoribus contendant, nec numerus Germanicarum magno excessu Italicas vincat, etiam considerari debere, non omnes Principes id prætere, sed illos tantum, qui suprematum exercent, hoc est, qui magnum habent territorium, exercitum extra fines ducere, armisq; & fœderibus plurimum ad summam rerum conferre possunt, quod tam multis non competat, neque enim superioritate territoriali, quæ omnibus Statibus communis est, sed suprematu, magnis principibus proprio, hos niti. Quate possessionem in principibus seorsim tam acriter exigant, causam non videri, cum enim in Electoribus, & Italis principibus, quibus utique major libertas ac Germanis tribui nequeat, eandem agnoverint, in his Ipsis censei agnovisse, quod actus possessorii illorum pro horum quoque actibus haberi debeant, cum eadem omnium sit ratio, verum nec his deesse in propriis personis exempla, multis speciminibus esse ostensum, & nescire se, qua fide, talia in Archivis Gallicis non reperiri, dicatur, annon facti sint Ipsi Galli, Neoburgicum esse in possessione? neque enim ex alio capite salvi conductus literis *Ambassadorum* nomen insertum existimari posse, & istam excusationem, quasi scribentium negligentia

tia irreperit, quam in simili fere causa olim Coloretus Magni Hetruriæ Ducis ad Principes Germaniæ varios, legatus, deprecandis minoribus titulis hîc inſcriptis, prætexuit, non parum habere effectum, quin multis nuac videri ridiculam, quod ſatis conſtet, quam ſolliciti, tempore præſenti, in ejuſmodi rebus eſſe ſoleant negotiorum tractatores, & quam difficillimos paulo ante in hoc ipſo nomine concedendo ſe præbuerint Ipiſi Galli, neque Lotharingo quicquam voluerint indulgere: & quoniam Ipiſi fatebantur, qui in eadem cauſa ſint, eos pari honore frui debere, cum hâc una ratione moti, Brandeburgicum à cæteris Electoribus, Neoburgicum à Principibus reliquis, non ſeparaverint, uti primum facere ſe voluiſſe, fama erat, & verò Neoburgicum poſſeſſionem obtinuiſſe ſint convicti, non eſſe, quare in cæteris Principibus, Neoburgico nihil inferioribus, reſtitent amplius. Nam quod Cæſaris exemplum expectare atque inſiſtere ſe velle declaraverint, in ſpeciem dici, mirantibus aliis, unde tam ſubita Chriſtianiſſimo Regi adverſus Cæſarem reverentia, ut velut primi Chriſtianorum Principum decretis ſe ſtare velle profiteretur, aliis vero exiſtimantibus, non poſſe Gallos hoc exemplo niti, cum utique paterfamilias ſuos propinquos, quales quoddammodo reſpectu Cæſaris ſint Imperii Ordines, familiarius habeat, quam ab exteris fieri deceret, nec forte Ipſum velle Regem, ut Imperator Aurelianenſem aut Condæum Principes, eodem, quo Ille
moda

modo honoreque tractet, quamvis hos inter atque Germaniæ Principes insignis intercedat differentia, quod heic suprematus realis sit, qui non nisi personalis ibi reperitur, & quoniã alias etiam in hujus generis rebus parũ attendant Galli, quid Cæsar faciat, uti non solum in Monasteriensi Conventu apparuerit, ubi hic Sabaudò & Mantuano legato Excellentiam negavit, illi dederunt, sed & in Principibus Germaniæ hodiernum videamus, quibus amice scribit, serenitatem, aliaque dat Cæsar, quod Galli non faciunt, iniquum videri, in iis tantum judicio Cæsaris insistere velle, quibus erga alios quoddammodo grave esset. Verum enim vero insistant & heic exemplo Cæsaris Galli, & habituros esse, dicunt, Principes, quod volunt, nam professum nuper Cæsarem, jus Iplis esse mittendi Ambassiadores cum charactere representatio, tantum circa quasdam ceremoniarum minutias Cæsareum legatum Comitem Kinskium dubitasse, eã ratione, quod hãc de re nondum apud Imperatorem egissent Serenissimi Principes, Electorum exemplo, quare dubitandum non fuerit, si Viennæ id quæreretur, æque Illis facilem fore Cæsarem ac Electoribus fuit, cum constet non minorem submissionem ab his, quam ab Illis Cæsari deberi.

XIIX. Quæ autem argumentis pro *Electoibus* adductis leguntur *responsa*, in his fere consistunt. Non imèrito posse dubitari, an propriè dicantur *Electores Regibus æquari*, & quamvis id cõceda-

tur, nihil tamen ad rem præsentem valere, si-
 ve enim id ratione *juris* intelligas, eo sensu plures, &
 nominatim *Baldum in l. fin. C. de testam. milit.*
 Principes quoque pro Regibus habuisse, si vera-
 tione *externi honoris*, cum Externos per omnia vi-
 parem esse concessuros, salum de facto, utut jure
 idem deberetur; in Curia certe Romana, Ele-
 ctiores cæterosque Duces nullo nisi *sedis discrimi-*
mine haberi, non *natura honoris* discerni, neque
 legatis illorum honorẽ *sala Regia* dari, qui tamen
 Venetis pridem concessus. In Gallia quoque E-
 lectorales nondum potuisse obtinere, ut se regant
 coram Rege, quod tamen legatis Principum Ita-
 liæ liceret, neque etiam, ut solenni pompa in-
 troeant, quod ex Italis soli Veneti sint consecuti.
 Quoniam itaque, ut Ceremoniarum Magistri
 nos docent, *due* tantum sint legatorum genera,
Regiorum, quo, à Coronis, & Rebuspublicis
 quæ Coronarum loco habentur, qualis Veneta
 est, missi, pertineant, & *Ducalium*, quo missi à
 Ducibus, Principibusque & Rebuspublicis ta-
 libus, quæ non nisi Ducum honore fruuntur,
 uti est Genuensis, referantur, cujus differentiæ
 ea sit ratio, quod, sicut inter Reges & Duces
 discrimen dignitatis utique est, eidem in lega-
 tis quoque aliquomodo appareat, in audientiis
 præfertim, sicut illis quidem honor habetur *del-*
la sala regia, his tantum locus datur *nella sala*
Ducate, idque Romæ non solum, verum & alibi.
 Hinc necessum esse dicunt, ut, nisi primum Or-
 dinem adhuc obtineant Electorales, in alterum,
 eundem-

eundemque cum Principibus debeant poni, sed licet concedatur, Electorales inter Regios vel ideo esse referendos, quod Venetis, eo pertinentibus, optimo jure equari, imo preferri debeant, sicut peculiari libello Daniel Weymannus Clivienſis quondam Cancellarius demonſtraverit, manifeſtum tamen fore, illis in rebus à Principum legatis diſtingui non poſſe, in quibus nec Regi à Ducalibus diſtinguuntur, at vero minime diſtingui hos quoad *excellentiæ* appellationem, honoremque *primæ viſitationis & potioris loci*, & in univerſum quoad illa omnia, quæ in Congreſſu legatorum inter ſe invicem obſervantur: ſed circa pauca aliqua alia, à Regibus Iſiſ indulgeri ſolita. quare eſto ſic, concedent Principes, ſint Electores Regibus pares, modo ne Iſiſ infra Duces Italiæ deprimantur, habeant Electorales inſuper *honores* Regiis legatis proprios, & in iſiſ Collegium Electorale eminere Principes facile patientur, modo in illis, quæ jam Ducibus quoque Italiæ, eſſi eorum legati longo nihilominus infra Regios intervallo habentur, *communes* facti, atque paſſim tributi ſunt, Principes quoque Germani, qui non minus quam Itali ſuprematus jure ampliffimas ditiones tenent, & dignitate familiarum ac originum, procul dubio ſuperiores haberi debent, in conſortium admittantur, cujus generis ſint urique ceteronam ante nominatæ, de quibus nunc liſ veſtatur. Atq; hæc adhibita declaratione, facile cetera corrumpere opinantur, neq; enim reſiſtere Principes præcipiis

T

juribus,

juribus, quæ diutina possessione ac usu recepto acquisiverint Electores, quousque terminos publicis legibus præscriptos, & Westphalica præsertim pacificatione confirmatos, non excesserint, de quibus Comitibus hodiernis durantibus multa fuerit disputatio, præsertim quod jus Capitulationis præscribendæ attinet, & cætera illa negotia, ad quæ solus Electorum consensus sufficere credebatur, sed cum ea sint alterius generis, atque omnis ista Electorum prærogativa, non in jure suprematus, sed in certis functionibus consistat, quæ circa communia Imperii negotia exercent, & à paucis fieri Reipublicæ intererat, hætenus discrimen illos inter atque Principes nullum apparere, ubi de jure ex suprematu profluente, quale utique legationum est, quæstio vertatur, suprematum enim eos, non ut Electores, sed ut Principes, magnarumque ditionum Dominos, habere: ane credendum, potestatem eligendi Imperatorem augere suprematum Principis in sua cujusque Provincia? aut plus in suos subditos Electores, quam cæteros Principes, posse, faciliusve Istos quam hos armari, aut efficacius copias educere? id neminem dicturum putant, at vero his maxime suprematus vim contineri. quod potestatem Eorum in Comitibus concernit, eam neque revera tantam esse, ut citra figuram dici possit, septem Electores tantum posse, quantum Principes simul omnes, neque etiam ad rem pertinere, eum potissima quæque in Imperio, quæ nimirum jus suprematus propius attingunt, suffragiorum

giorum numero non subjiçiantur, sicut qui Comitiorum consultationum materiam examinabit, facile agnitus sit, Principum in suis ditioribus potestatem minus tangi, sed ea maxime, quæ ad generalem totius Imperii administrationem pertinent, deliberationibus committi, atque huc pertinentia munia omnia Electores non jure proprio, sed perpetua quadam Imperii commissione exercere, non ut incrementum suprematus, sed ut functionem sibi circa communes Imperii res delegatam, & quæ profecto Imperium olim committere poterat, quibuscunque libuisset, etiam privatis: sed ex istis, utut aliqua auctoritatis multum præ se ferant, sicut de vicariatu dici debeat, dubitari tamen adhuc posse, an vicariatus Electoratus cohæreat, Palatinum certe contrarium defendisse, idcirco translato ad Bavarum electoratu, novoque erecto, vicariatum sibi putasse relictum, velut connexum Palatinatu Rhæni, adeoque territorio, non officio, & quamvis hoc quoque admittatur, propterea tamen essentielle discrimen, quod diversas producat honorum species non oriri, nam & Sabaudum vicarium se ferre Imperii in Italia, neque ideo majore honore frui, quam alios Italiæ Duces, de reliquis muneribus minus dubii superesse, cum ista potius ad solennes pompas, quam publicos usus hodie referantur, reperiri quoque plura ejus generis, quæ alii sibi contra Electores vindicent, & quæ ad alios pertineant, nam Wurtembergicum Vexilliferum Imperii esse, & certo etiam modo

Argentoratensem Rempublicam, Carinthia Ducem Venatorem Imperii dici; in coronatione Caroli IV. Marchionem Juliacensem Iceptum regale præ Brandenburgico obtinuisse, & sub eodem Imperatore, cum Wenceslaus coronaretur, de Regali ense præferendo controversiam, inter Saxonie & Lutzenburgensem Duces, motam, à Cæsare, quo turbas præveniret, ita esse compositam, ut filius ejus minor natu, Sigismundus, decennis puer, illum præferret, ex quibus omnibus satis appareat, prærogativas illas vel non proprias, aut minores saltem esse, quam ut tale discrimen, quale intenditur, possint inducere. idè de cæteris ceremoniarum differentiis judicium ferri debere, nam si propterea Electores à Principibus heic discriminari deberent, quod Imperatore in publico cibum capiente illi separatim habeant mensas, hi mixtim sedeant, sequeretur eodem modo Imperatorem à cæteris distingui Regibus, siquidem ex libris Ceremonialibus Romanis, & nominatim Christophori Marcelli Archiepiscopi Corcyrani, idem posset colligi, apud Papam in publico prandentem, ubi Papa & Imperator suam quisque propriam habeant mensam, cæteri Reges uni mensæ mixtim assideant, hinc ergo illud ad summum evinci, Principes Germaniæ tantum esse infra Electores, quantum infra Imperatorem Reges, quo admissio, Principum legati ab Electoralibus non magis, quam Regii à Cæsareis distinguerentur. Quod de titulo Majestatis, à Principibus Regibus tributo, dicitur, id

id Actis Comitiorum A. 1641. refutari, ex quibus appareat, à statibus omnibus simul scriptum esse, *Regia Dignitas & Majestas*, prius nomine Electorum & Principum, posterius nomine Civitatum Imperialium; reliqua itidem minus ita se habere, nam etiam Electoribus controversiam à legatis Regiis super præcedentia moveri, non solum in Caroli V. coronatione, Nuntii Apostolici, sed & nuperà Leopoldina, iterum Nuntii & Hispanici legati, exempla docuisse. Ex adversum in domo sua Electores cessisse Regiis legatis, exempla apud Trevirenses, Saxonicum, Brandenburgicum, observata, testari, idemque ipsum fecisse Daniæ Regem; cum Bavarus, nondum Elector, & Dux Neoburgicus non cesserint, vigilantque Brunsvicenses, ne apud se id fiat, in quam rem Gallicus de legatis scriptor specimina plura conduxerit. Ex quibus omnibus denique concludunt, quoniam istis prærogativis tale discrimen inter Electores & Principes non constituitur, ut suprematus specie differri dici possint, per se manifestum esse, nec in legatis utrorumque tale quid posse admitti. Argumentum vero in quo isti potissimum robur posuisse videntur, ab his parum attenditur, quasi pactis habeant Electores, ut Iplis eorumque legatis id genus honoris præ Principibus detur, quod enim rem ipsam attinet, etsi fraternitas Electoribus à Rege Galliarum detur, Principibus non eque; non magis discrimen essentialia id facere, quam olim inter Reges Sueciæ & Daniæ fuerat, cum huic, illi vero non, fra-

ternitatem dederat Gallus, neque posse ejusmodi pacta noviter inita, tertio præjudicium facere, quod utique fieret, si essenziale dignitatis discrimen in illis, qui omni jure pares sunt, induceretur, quin posse Principes eodem jure Galliarum Regi denegare Majestatem, si ipsis fraternitatem nolit dare, illamque eorum facilitatem ingenuam, quâ promptiores olim in concedendo isto titulo fuerunt, non pari candore agnoscat. cæterum quod existimatur, licere optimo jure uni dare prærogativas, quæ alteri, pari jure utenti, negari possint, nequaquam ita se habere, & si hoc concederetur, frustraneos fore omnes, qui hæctenus de rebus ceremonialibus honoribusque, rationibus & exemplis militaverint; quin potius inter Europæas gentes politiores, dignitatis curam, juris gentium partem nunc facere, & posse verissime dici, quod excellentia, prima visitatio, potior locus, & similes ceremoniæ inter legatos, sint indicia suprematus, ei, qui misit, competentis, quibus proinde Principes salvâ dignitate non possint renuntiare, aut ut ab aliis negentur suis, concedere: præterea cum dignitas & honor consistat in comparatione, neque enim, si quaeratur, quis sit honor alicui debitus, aliter responderi posse, quam, eum esse, qui alteri ejusdem dignitatis habetur, aut si exemplum deest, qui proportionem aliorum, quos ille dignitate antecit aut sequitur, ratiocinando constituitur, idcirco, si inter pares distinctio quædam perpetua atque solennis, quæ ad stylum curiæ pertinet, introdu-

catur,

catur, contumeliam utique ei fieri, qui neglectus est. id quidem conceditur, posse aliquando, urbanitatis gratia, ob certas causas, amico cuidam Principi ejusve legato singulares haberi honores extra ordinem, sed illi ad dignitatis curam non valent, neque in exemplum possunt ab aliis citari, quoniam talium honorum nec causa nec possessio perpetua est: at vero quicquid multis ordinatio quodam jure conceditur, ita ut ab ipsis etiam exigatur, id aliis supervenientibus, in eadem dignitate constitutis, sine injuria negari non posse, quæ enim exigantur, non esse amplius meræ facultatis, quæ vero in hac negotio non sint meræ facultatis, ea nec esse amplius civilitatis, sed ad dignitatem nunc & publicum stylum pertinere, quæ omnia quomodo in rem præsentem debeant applicari, non obcurum puto fuerit. Æquales esse, suprematus ratione, Principes Germaniæ, Electoribus atque Italis Ducibus, æqualiter quoque olim omnes fuisse tractatos, & cum paulatim in gratiam posteriorum ceremonialia mutata sint, ita ut illa mutatio etiam in juris debiti formulam ævaluerit, erga solos Principes, idem postulantem, veterem stylum servare velle, periniquum videri, cum enim ceremonialia sint sicut nummi, quorum æstimatio non ex prima percussione, sed usu seculi præsentis metienda, perinde heic esse, retento pristino stylo, ac si quis veterem monetam, ubique alias valore imminutam, uni soli secundum primam æstimationem obtrudere vellet. Sed & id admittunt, si patiarur

T 4

æqualis,

æqualis, ut alteri majores decernantur honores, nec eosdem sibi quoque perat, renuntiasse eum hæcenus videri, ut tandem præscriptione submoveri possit, sed tale quid Principes nunquam esse passos, verum in tempore contradixisse. Quæ de natura justitiæ distributiæ dicta sunt, ea supplemento indigere, nam tale quidem jus non posse opponi, ex quo in foro civili alter conveniatur, quoniam tamen amplius pateant justitiæ regulæ, &, inter magnos præsertim Principes, debitum quoque, quod laxiori sensu tale est, comprehendant, aliud utique dicendum esse, neque enim qui honorem exhibet in magna dignitate constituto, rem indebitam suam largiri libertate, sed facere, ad quod officii ratione obligatur, sicut & eos, qui neglecti sunt, aliquando umbram contumeliæ attulisse, notum sit, equidem absoluta potestate Regem vel Principem posse ex paribus uni concedere, quod alteri neget, sed cum commercium illud abrumperet, quod nunc in Europa introductum sit, & contemnitur in illum, quem offendit, atque hostilem prope modum animam profiteri. Quæ de actibus possessoriis & Exterritoriam consensu ex parte Electorum dicuntur, ea concedi à Principibus, sed non cum exclusione, ac si sibi non idem possent atrogate, de quo ex superioribus judicandum fuerit.

XIX. Atque ea fere sunt quæ palam disputabantur, an ab altera parte vicissim his aliqua sint replicata, nescio, saltem in publicum edita non esse,

esse, satis constat. Quid vero tum fuerit obtentum, & an specialior accesserit definitio, id quoque me latet, nam cum Principes quorum intererat Noviomagiensibus Tractatibus mature interesse, tales moras à Gallis neçti, videbant, potius duxerunt interim minoris gradus Ministros, quos *Ablagos* sive *Envoyés* vocant, eodem dimittere, quam periculosa cunctatione disceptationis eventum præstolari, qui enim aderant, Lotharingicus, *Baro de Canon*, cui tamen, ut diximus, Cæsar atque Hispaniæ Rex Ambasciatoris titulum dederant, Lunenburgicus, *Mullerus*, Hannoveranus, *Fillien*, Osnabrugensis *Baro de Plate*, Megapolitanus, *Bostelinus*, Holfatici, *Ulcke & Wetterkopius*, ex parte quoque Episcoporum, Argentoratensis, *Duckerus*, & Monasteriensis, *zu der Mahlen*, Ministri, omnes nî fallor secundi Ordinis legati fuerunt.

XX. Quod supra in univèrsum dicebatur, in arbitrio Principis vel Reipublicæ consistere, nunumque an plures indefiniti numeri legatos, & hos quidem eodem, an diverso caractere mittere velit, id ad Status quoque Imperii applicari potest debetque, ita, ut libertas illa competat ubique, sive ad *Exteros*, sive *Conventus Imperii* missio instituenda sit. In *Comitiis* quidem *Electoralibus*, per *Aur. Bull. c. 18.* diserte, nuntios aut procuratores *unum vel plures* mittere, conceditur.

XXI. Sed an pluribus missis, ad suffragium ferendum singuli admitti debeant, in electione

T 5

Caroli

Caroli V. controvertebatur, Regis Bohemiarum legatis quatuor ad actum electionis admitti volentibus singulis. Equidem *Limnau ad A. B. c. 1. §. 1. obs. 7. n. 6. & c. 19. obs. 5.* ubi juris rationem atque ipsam *mandati* formulam, Aureâ Bulla præscriptam, intueamur, *omnes conjunctim admittendos* censet, nisi mittens Ipse uni plus quam alteri commiserit; sed quoniam ipse *more ac usus* in contrarium esse, fatetur, non est quod prolixè de ista sententia disputemus, cui alias *Canonica Jura* refragari, constat *exc. 46. vers. 1. de elect. & elect. pos. in 6.* quod utriusque in oculis habuisse videtur Bartolus, cum allegatum caput Aureæ Bullæ concinnaret, & quoniam inter Procuratores ad electionem Episcopi, & legatos ad electionem Imperatoris, ea tantum, quoad electionis actum, diversitas reperitur constituta, quod hic præventio locum non habeat, nec melior sit conditio occupantis, uti quidem in altero casu se res habet, in cæteris, ubi manifestè derogatum non est, æquale jus mansisse utrinque, videri posset, ut, quemadmodum *Canonum Jure* concurrentibus pluribus, non nisi unus ad electionis actum admittitur, etiam in casu præsentis ipso *Aurea Bulla Jure* idem obtineat, cum alia esse possint causæ, quare A. B. plures mittere legatos permiserit, neque ideo statim factum esse putari debeat, ut omnes deliberationibus intersint. Sed, ut dixi, superflua est hæc disputatio, postquam *observantia*, quâ præter unum non admittitur, sententiam dixit, inde à Carolina jam

jam

jam electione certam, in quâ unicum Ladislaum Sternbergium intervenisse, idemq; in cæteris Electionibus servatū esse, novimus, cujus rei aperta æquitas est, ne legatis plus tribuatur, quam leganti, aut enim singuli eandem dicturi essent sententiam, & quorsum hæc multiplicatio; aut diversam, & vis fieret Aureæ Bullæ; quæ uni Electori unum concedit suffragium, sicut præclare differit *Strauchius Exos. IV, 24. add. Rumelin. ad A. B. p. 2. Diss. 6. th. 14.* sed quisnam ex istis pluribus legatis debebit admitti? si *Canonici Juris* rationem inspiciamus, duæ præscribuntur viæ, ut intersit, is duntaxat quem Collegium aut major pars elegerit, vel si concordare nequeant, is, qui primus in instrumento vel literis procuracionis extiterit nominatus; sed *moribus nostris* posterius obtinet, ut, nisi alia impedimenta intervenerint, ad solum legationis caput istud munus devolvatur.

XXII. Eodem prorsus modo in *Comitiis Universalibus* ac *Conventibus* cæteris se res habet, ut unum vel plures mittere liceat, sed unus solummodo ferat suffragium, possunt tamen reliqui publicis consultationibus interesse, cui fini separata scamna, quibus sedem occupent, sunt adornata, quod *Comitiorum Descriptores* literis designarunt.

XXIII. In legationibus *ad Exteros* ea res minus dubii habet, quoniam heic fere ad modum liberorum Principum *Rerum publicarumque sui juris* considerantur *Nostri*, & sicuti in cæteris
modus

modus nullus, quomodo legationum jus debeant exercere, præscribi iisdem, ita nec numerus mittendorum definiri, potest. Atque hæc omnia non solum in Electoribus & Principibus obtinent, sed de Civitatibus quoque Imperialibus vera sunt, ut valde absurdi sint, si quid iudico, qui Edictum Divi Vespasiani, quo Civitatibus omnibus, ne plures, quam ternos, legatos mittant, olim præcipiebatur, observante *Marciano* in *l. 4. §. 6. ff. de legat. his* quoque volunt obtendere, quasi vero ex jure municipalium istarum civitatum, & antiquissimo quidem, *Liberarum Nostrarum* præsens Status ullo modo possit judicari. Competet itaque cuique Ordinum arbitranda facultas, uniusne an plurium missio consultior sit, quod ex negotiorum, temporum, aliarumque circumstantiarum rationibus colligi debet, sicut amplius adhiberi in hanc rem possunt regulæ, quas instruendæ huic philosophiæ inquisiverunt commendaruntque *Cominæus* elegantis digressionis, *l. 3. Comment. Marselaer l. 2. diff. 9. Paschalius c. 9.* & nuper pluribus rationibus & exemplis confirmavit *Antor des memoires des Ambassadeurs. p. 436. seqq.* Specimina hujus rei multa habemus. A. 1658. Collegium Electorale quatuor legatos ad Regem Poloniæ misisse, ex *Protacollo legationis*, quod *Diario Europ. part. VII. append. n. 3.* exhibetur, constat. A. 1661. Electorem Brandenburgicum duos Ambassadors Extraordinarios, Nassoviæ Principem & Weymannum Cancellarium, in Angliam, vid. *Londorp. Contin. p. VIII. l. 9. c. 12.*

49, c. 126. ex Civitatibus, Hamburgensem vel Hanseaticas potius, *duos* A. 1626. Lundsmannum & Brandium in Angliam. A. 1654. Peshornium & Mulletum, in Galliam, & nuper Noviomagum Meurerum & Schafhusium. Argentoratensem, sub initia novissimi belli, *tres*, Bernoldum Equitem, Brackenhofetum, & Fridium, in Galliam misisse, novimus, cum antea horum ultimus aliquoties ibidem *solum* fuerat: sed exempla passim extant, & quotidiana suppeditat experientia, ut non opus sit eis recensendis operam intendere.

XXIV. Effectus hujus observationis, duplex est, pro diversâ missorum qualitate, *si enim plures mittantur ejusdem potestatis, ut singuli Plenipotentiaris habeantur, non solum quod communiter omnia gesserunt, sed & quod à quovis eorum, publice cum eo, ad quem missi sunt, aut ejus Deputatis, conclusum est, Dominus ratihabere, & in tabulis quoque tractatum singuli, eque ac à se actum, subscribere tenentur, quod quidem per se manifestum est, majoris tamen securitatis causa, denique Plenipotentiæ literis quoque solet inseri, eâ fere formula, ut, postquam fiduciâ omnes & singulos in publicum mittentis bonum invigilatos, eos suos Plenipotentiaris dixit, & virtute literarum ipsorum ipsis omnibus conjunctis & unicuique in particulari, per absentiam aut valetudinem cuiuscunque inter ipsos, potestatem absolutam concessit, mutens denique se servaturum quoque promittat, firmiter & valide, precise & articulatum, sine ullo errore, quicquid per suos Plenipotentiaris*
 Con-

Conjunctos, aut ab uno aliquo illorum, per absentiam aut valitudinem cujuscumque ex ipsis, fuerit conventum & capitulatum in illo tractatu, approbatum etiam & ratihabiturum intra illum terminum, quem reciprocum constituerint. quemadmodum exempla conventionum, tam cum Extēris, quam cum aliis Statibus per ejusmodi Ministros, initorum, docent, in missis vero ad Electoralia Comitia, per Auream Bullam cap. 19. constituta procuratoris forma ipsa præscribit; in quibus tamen id peculiare observatur, quod nomina non omnium, sed illius tantum, qui electionis actui solus interfuit, Capitulationis Instrumento inseratur, cujus rei ratio ex superioribus potest constare. Sed id quidem regulariter verum est, quandoque tamen & plerumque in Illis qui à Civitatibus Imperialibus mittuntur, contingere solet, ut omnes quidem Plenipotentiatorum nomen ferant, perfecta tamen contrahendi potestas non singulis, sed ad minimum potioribus vel majori parti concedatur, qualis exceptio, nisi mandati tabulis diserte exprimat, præsumenda non est.

XXV. Alter effectus speciatim ad legatos primi Ordinis pertinet, ita ut qui equali Ambasciatorum nomine representatioque charactere vestiti mittuntur, non possint separari ab aliis, sed solennes titulos & honores representationi annexos equaliter participant omnes, quod adeo certum est, ut legati Gallici tres, A. 1620. ad plures Germaniæ Principes missi, ab Hispanicis totidem in communi

Aula

Aula commoratis propositam conditionem, ut in visitationibus singuli alternatim honoribus consuetis fruerentur, ac primus Hispanus, primū Gallicum, secundus Hispanus secundum Gallicū, & sic porro inviserent, prorsus rejecerint, impossibilitatem separationis causati, sicut ab *Auctore des memoires* p. 356. consignatum est. qui etiam ex hoc aliisque pluribus exemplis perpetuam deniq; regulam composuit, *Quod plures numero legati unius Principis unam faciant legationem ac representationem, ideoque sint indivisibiles.* Ex quoniam hæc communis est, ad eos quoque Status Imperii, quibus legatos cum caractere mittendi jus est, procul dubio pertinebit.

XXVI, Vidimus tamen hoc Electoribus, quibus jus Ambassadors mittendi absque contradictione concedunt, nuper dubium reddere voluisse, Exteros aliquos. Cum enim sub adventum suum Neomagi, duo potentissimi Brandenburgici Electoris Ambassadors *d. 14. 24. Octobr. A. 1676.* consueto more, præsentiam suam tam hostilium coronarum, quam sociorum legatis, indicassent, statim Gallici quidem ex Comitibus suis tres miserunt, qui gratulatione solenni apud eosdem fungerentur, peterentque visitationis horam pro tribus Ambassadoribus, dominis suis, is autem qui loquebatur, distinctionem inter Brandenburgicos fecit, soli que primo dedit Excellentie titulum, ac de visitatione cum eo egit; alteri vero pares honores non exhibuit, Quare, his dimissis, illico ex Nobilibus suis aliquam

quem ad Marechallum d' Estrades, primum Gallia Regis legatum, remittunt, significatum, se ambos eadem esse qualitate eodemque representationis caractere vestitos, in mandatis quoque habere, ne se ullo modo separari paterentur, & nisi certi essent, Gallos se æqualiter tractaturos, eorum visitationem admittere non posse, cui respondebatur Gallia quoque Regem suis in mandatis dedisse, ne secundum Brandeburgicum consuetis ceremoniarum honoribus primo æquarent. Sed Brandeburgici mandatis suis inhærentes, nihil amplius propterea cum Gallis agendum existimarunt, ne Domino suo, longo inde tempore in possessione æqualis legatorum suorum tractationis constituto, quicquam præjudicaretur, nisi, quod *juris sui* veritatem multis argumentis ostenderint Mediatoribus, quæ postmodum peculiari *Gallico sermone* libellus, *Demonement de la question, qu' il y a touchant le Ceremoniel entre les Ambassadeurs de France, & ceux de Brandebourg, qui se trouvent presentement au Traitté de paix à Nimmequen*, in ordinem collegit, confirmavitque denuo *Fustentrius Commentarii sui* c. 36. & passim.

XXVII. Eorum vero summa in his potissimum, nisi fallor, consistit. primo manifestissimas heic militare dicunt *rationes*, quod Ipse Galliarum Rex, interveniente Mediatorum, & nominatim Anglici Ambassadoris *de Temple*, opera, Brandeburgico Electori salvi conductus literas pro tribus dederit Ambassadoribus, & quidem

quidem tales singulas unius prorsus tenoris, absque ulla, ne minima quidem priorum posteriorumve distinctione aut exceptione sibi reservata, quare nunc demum causari amplius nihil possit. Quod ad rationem earum Elector eodem modo duos istos miserit, instruxeritque privatis mandatis, sicut antea quoque longo abhinc tempore facere consueverit, ut pari jure sint Ambassadors, quod utique in facultate ejus positum sit, qui pleno gaudeat jure legationis, uti in Electoribus omnes agnoscant, neque enim horum quencquam passurum, sibi præscribi, eadem an diversa qualitate suos dimittere debeat, sed voluntatem mittentis regulam veluti cæteris dare; porro quod Idem Galliarum Rex Westphalicæ pacificationis tempore legatos Electorales, Venetis & Batavis æqualiter jussit tractari, & vero ab hisce pluribus missis, primo æque ac secundo reliquisque eundem exhiberi honorem, etiam à Gallis, ut eo minus se nunc difficiles possint præbere. Accessisse quoque pridem tot summarum potestatum solennes *Declarationes*, quibus Electoribus, & Brandenburgico in specie, jus, de quo queritur, extra dubitationem omnem constituerint, nam & Ipsum *Imperatorem* suis ad Neomagientes tractatus dimissis Legatis mandasse, ut Brandenburgicos omnes & singulos, tum Excellentiarum ac visitationum cæterarumque solennitatum ratione pari modo haberent, voluisseque Ejus majestatem memorati A. 1676. die 21. Novembr. prolixius id & in scriptis quoque pa-

U

lum

lam profiteri. Idem prorsus fecisse *Anglia* Regem, cum A. 1665. duos Ambassadors eodem ablegasset Elector, ac æquali honore fuisse habitos utrosque, utut alias disparis longe fuerint conditionis, quæsiuisse quidem nuper etiam hostiles coronas apud Eundem Regem, ut inter legatos Electorales distinctionem Ille faceret, sed, utut initio se difficilem ostenderet Regia Maj. iterum tamen publica declaratione postea interposita, primum atque secundum æquali prærogativa habuisse, quod in literis ad Colleg. Elector. scriptis, quas supra nominavimus, ostenditur. *Dania* quoque Regem nuperrime speciali mandato, ut idem observarent, suis injunxisse. Et quid multis verbis opus esset, cum satis certum sit atque in confesso penitus, Ipsum *Gallia* Regem, Baronem de Pelniz & Meinderum, quos A. 1667. præter eos quinque, qui mediationis causa, ab Electoribus Principibusq; aliquot adfuerunt, eodem Ambassiatorum titulo miserat Elector, æqualiter & sine ulla honorum distinctione habuisse. Itaque non immerito mirari quem posse, cur post tam multas & tam solennes tot Maximorum Regum editas, proprias quoque, Confessiones, cunctari amplius placeat, præsertim cum ejusdem generis infiniti insuper pro Electoribus, in ipso etiam Brandenburgici exemplo, extent *possessoris altus*, in Congressu aliorum legatorum, ante & post Pacificationis Westphalicæ tempora, obtenti. *Ante illa* in Congressu A. 1614. super componenda successionis in Ducatum

Ducatum Clivensem lite, quæ inter Brandenburgicum Electorem & Ducem Neoburgicum vertebaratur, instituto à Gallicis Anglicisq; legatis duos Electorales æqualiter habitos; idem postea in Polonia contigisse tribus istis, quos ibidem habuerat Elector, cum Uladislaus Rex eligeretur coronareturque, neque in pacificatione Polono-Suecica Stunsdorfensi, ubi quinque Ambassadors Electoris Brandenburgici aderant, aliter fuisse observatum. *Post eadem* luculentiora extare specimen: quamvis enim non allegetur, quod in Congressu Colonienſi, qui A. 1674. æque ac nunc Neomagiensis, pacis faciendæ causa erat institutus, Colonienſis Electoris legati duo, Furstenbergii fratres, etiam apud Gallicos legatos, paribus fructi sint honoribus, sicut & A. 1667. quinq; illi Plenipotentiatii, pacis Aquensis promovendæ causa, ab Electoribus & Principibus aliquot missi; vel sola in Brandenburgicis passim observata exempla id, de quo nunc agatur, satis evincere, nam & in celeberrimo Olivenſi Congressu A. 1659. & 1660. habito, tres legatos Brandenburgicos, Hoverbekium, Somnitium & Ostavium, à legatis omnibus, Cæsareo, Regiis, & ipſo Gallico, Domino de l'Ombres, qui Mediatoris partes Regis sui nomine habebat, & titulum excellentiæ & locum honoris æqualem obtinuisse. In Polonia A. 1668. tempore electionis Regis Michaelis, non solum Gallicum, Episcopum de Beziers, vel uti nunc appellatur, Cardinalem de Bonzi, sed & Suecicum, Comitem

tem de Tott, duos Brandenburgicos Ambassadors, qui iterum Hoverbekius & de Jena fuerant, eodem modo, absque ulla difficultate, tractasse. Nec dubitandum esse, quin idem quoque novissima Regis, qui nunc præest, electione, A. 1674 Gallicus legatus, Episcopus Marsiliæ, fecisset, si præter unum ibi habuisset Elector, cui omnes honores, legatis coronatorum Caputum dari soliti, ab eodem exhibebantur, ea proflus ratione, quam hodiernum Bethunius Marchio, Galliarum Regis Ambassador erga Brandenburgicum ibidem servare consuevit. Imo in ipsa Electoris Brandenburgici Aula, Gallicos Ministros atque Plenipotentiarior, inde ab Anno 1667. ad 1674. plures missos, & nominatim Miletum, Marchionem Vanbrunium, Guilielmum Furstenbergium Principem, Comitem S. Gerani, Comitem Vaugnonis, Verjum, aliosque, Electorales Ministros, qui cum illis tractabant, omnes, æquali habuisse honore, iisque potiozem apud se locum atque excellentiæ titulum dedisse, quod nec recusaverint qui à Rege Angliæ aliisque summis Principibus eodem subinde mittebantur, ut eo magis novum videatur quod jam movetur dubium, præsertim cum, si dicendum quod res est, nunc non in eo vertatur quæstio, an in statu juris tueri queant, Brandenburgici legati, id quod prætendunt, æqualitatem nimirum honoris utrique debitam, sed potius, an ulla æquitatis specie negari possit, quod, sicut ostensum sit, jure optimo maximo, ex rationibus irrefragabilibus, observantia exemplorum,

plorum, possessione haud interrupta, & declarationibus omnium fere Regum tam solennibus, ipsis debeat, quamvis enim non illico concedere ea teneantur Reges, quorum petitio prima etiam per se justa rectæq; rationi est conveniens, videri tamen id amplius negare eos non posse, quod præstare semel consenserunt.

XXIX. Sed ne præter omnem juris rationem fecisse existimarentur Galli, necessum fuerat in argumenta inquirere sententiæ, quam palam profitebantur, atq; ista tum fere sunt audita. Status se in Imperio ipsos ita tractare, ut unum solum ex legatis eorum representativum character imponatur, cæteri vero adjunctorum habeantur æstimatione; quod illi quoque eo magis debeant observare, cum praxi insuper in Congressu Pacificationis Westphalicæ à Gallicis retentæ, omnino conveniat, ubi non nisi primo Brandenburgico locum dederint honoris & excellentiæ titulum, quam postmodum alii secuti sint actus possessorii atque exempla, nam & in Congressu Lubecensi A. 1653. tres Brandenburgicos Ambassadors æqualem tituli sessionisque prærogativam prætendisse, sed Gallicum, Chanutium, denegasse, nec nisi primo ex illis, Hoverbekio, eandem voluisse exhibere, & antea jam A. 1648. cum Hagæ Comitum ab eodem Electore, matrimonii perficiendi causa, quatuor adessent legati, præsentem quoque Gallicæ Regis Ambassadorem, Thuillerium non nisi primo, tanquam legationis capiti, in sua domo præcedentiam dedisse, nec contradixisse cæteros. U ; XXIX.

XXIX. Responsum tamen est à Brandeburgicis ; quod morem in Imperio receptum attineat, illum nec universalem esse, cum pridem Brandeburgicus Elector eum deseruerit, sed nec prorsus in rem præsentem posse allegari, ibi enim exmittentis voluntate diserte fieri ejusmodi separationem, atque uni tantum, quem legatum primarium appellitent, repræsentationis characterè adscribi, cæteris secundariorum nomine expresse tributo, at heic de eo sermonem esse, ubi Ipse Dominus plures eodem characterè esse jusserit, & quidem non in Conventu Imperii, sed in Congressu apud Exteros, qui diversissimi generis sint, plurimum enim interesse, an Status in Imperio vel cum Imperatore, vel cum Constatibus per legatos, an extra Imperium, cum aliis supremis agant Principibus, priorem tractandi rationem nullam posteriori regulam posse præbere, quod liberum sit in Imperio Statibus, quales ceremoniarum formulas inter se instituere, mutare, abrogare velint, apud exteros vero, mores heic receptos esse servandos, nam & fœderati Bèlgii Ordines aliter in suis Conventibus Deputatos singularum provinciarum tractare, quam apud Exteros fiat, neque in Anlis Regum, aut Congressibus aliorum plurium legatorum, domesticas ceremoniarum formulas illis posse aut solere obtrudi: eandem heic Germaniæ Principū causam existimari. Quod Pacificationis Westphalicæ praxin pro se allegaverint Galli, id nihil esse, nam se legationis istius acta, in tabulariis Domini sui asservata, evoluisse, &

se, & contrarium prorsus reperisse exemplum, sicut per Excerpta Mediatoribus quoque communicaverint, quorū eo major esse debeat auctoritas, quod cum iisdē plane congruant, quæ de Ceremoniis, in isto Congressu observatis, ipse Christianissimi Regis Historiographus Statusque Consiliarius, Vittorio Siri, consignaverit, cujus relationes procul dubio ex Archivis Gallicis sint desumptæ, nam ex scripturis præcipuorum Ministrorum, qui pacificationi huic interfuerint, se habere, ipsum profiteri. De cæteris actibus idem ferendum esse iudicium. In Lubecensi Conventu eadem causâ intermissas fuisse solennes visitationes, quod separari se noluerant Brandenburgici legati, à Chanutio Regis Galliarum Ambassadore, qui utique in favorem Suecorum, tum non bene admodum adversus Electorem animatorum, difficultates moverit, atque adeo negaverit quidem honores æquales, sed de facto, non jure, unde cum eo nomine apud Regem conquereretur Elector, id satis fuisse agnitum, dum aliās sæpius Electorates æqualiter jusserit habere. Novissimū autem exemplum, multum continere dicunt errorem, falsum prorsus esse A. 1648. in causa matrimonii aliquos, esse missos, cum antea jam A. 1646. Decembr. mense, Hagæ Comitum augusta solennitate id fuerit consummatum; Qui autem tum aderant, quatuor Illos, non nisi Envoyés fuisse, atque adeo nullo periculo separationem potuisse admittere, quæ tamen iterum non nisi in visitatione; quam Thuillierius, sub discessu sui tempus, ipsis primam exhibuit, fu-

erit facta, in revivitatione enim singulis supra se concessisse locum: id quidem verum esse, abiisse ablegatos eos quatuor, postquam brevi ibidem substitissent, & rediisse postmodum majori qualitate Ambasciatorumque titulo vestitos, sed tum non amplius adfuisse Thuillerium, potuisseque factum esse, ut isthæc temporum confusio errori præbuerit causam.

XXX. Cæterum sicuti unus Princeps plures numero mittere potest legatos, ita ex adversum plures Principes unum aliquem communemque mittere legatum, non repugnat, ita, ut non tantum ab omnibus conjunctim, de quo jam supra egimus, sed & à singulis seorsim missus censeatur, & à quovis eorum separatas fidei literas habeat, & ad diversa quoque, vel eadem quidem, diversorum tamen, negotia, mandatum peculiare consequatur. In universum, ac apud Exteros quoque, id obtinere, ab *Autore des memoires*. p. 572. 594. pluribus exemplis est ostensum, frustra repugnantibus *Paschale* c. 8. *Hotoman* c. 3. §. 11. aliisque, quorum rationes, difficultates aliquando inde oriri posse, fortè perluadent, ipsum jus nullo modo impugnant. Inter Status autem in *Imperia* minus dubii eares habet, postquam unum aliquem sæpe plurium diversorumque Statuum nomine ad Comitata, vel publicos Imperii Conventus mitti, eorumque loco suffragium ferre, notissimum est; potest aliquo modo huc referri l. 16. ff. de legat. sed non debent exinde in municipium legationum classem numerari istæ, quod fecit

fecit *Besoldus de leg. c. 4. §. 8.* Verum ea quidē plenius hoc modo intelligenda sunt, ut unus non solum diversorum Principatum aut territoriorum respectu, ab eodem forte Statu possessorū, qui hactenus diversorum quoque numero Principum rationem habet, atque mox ut Elector, ut Princeps, iterum ut Comes, vel Baro consideratur, in quam rem exempla apud *Bertramum de Comit. lib. 42. & Couringium annot. Lampadian. III, §, 16.* consignantur, verum etiam à Statibus revera pluribus, realiterque distinctis, mitti possit, ita ut vel ejusdem Collegii plurium Principum, secularis æque ac Ecclesiasticæ qualitatis, plurium Comitum, plurium Civitatum: vel distinctorum collegiorum Statuum, Comitum & Civitatum, & sic porro, mandatis, auctoretur, quæ omnia exemplis specialioribus possemus ostendere, nisi eadem in singulis Recessuū subscriptionibus, veluti communi loco conducta, reperirentur. Hoc vero in Comitibus Imperii omni generi permissum esse arbitror, nisi quod ad *Conventus visitationis Camera Revisionisque* singuli Status peculiare suos legatos dimittere teneantur, postquam novissimo *R. J. Ratisbon de A. 1654. Damit dann. 130* discrete constitutum est, daß keinem von den Deputirten Ständen Käthen zweien unterschiedliche Gewalt oder Vota auffgetragen werden sollen.

CAPUT. XI.

De Requisitis specialioribus legatorum ad Conventus praesertim Imperii mittendorum, publicis legibus moribusve praescriptis.

- I. *Quanam in legatis Statuum ad Conventus publicos specialiter observanda.*
- II. *De legatis ad Comititia Consultatio Comitialis A. 1641.*
- III. *Syndici Civitates legati Principum in Comititiis esse nequeunt.*
- IV. *In Comititiis Electoralibus quales mitti soleant, debeantve.*
- V. *Quales in Conventibus Deputationum.*
- VI. *Quales in Conventibus Visitationum Camera.*
- VII. *In his ceterisque Conventibus consuetudo multa introduxit.*
- VIII. *An Status aliquis ad Conventus Imperii eum mittere possit, qui Cliens est aut Minister externi regis.*
- IX. *Utrum ad Conventum Evangelicorum, Evangelicus Status legatum Pontificia religioni addictum possit ablegare.*
- X. *An Clerici possint mitti.*
- XI. *Protestantium legati missa per A. B. tenentur interesse, sed observantiâ diuturnâ recedunt.*
- XII. *An salvâ conscientia interesse possint.*
- XIII.

XIII. An eo tempore, quo adhuc sedebant protestantium legati, unus ex illis, religioni Pontificia addictus, manere potuerit.

XIV. Perduelles heic non possunt esse legati.

XV. Nec transfuga apud illum à quo aufugerunt.

XVI. An legatus quis mitti possit ad illum, cujus subditus est. dist.

XVII. Si tamen talis, ut legatus, admissus, privilegia legatorum omnia ei competunt.

XVIII. Miles alterius, potest naturalis sui Domini legatus esse apud eum cui militat, sicut & bolto captivus.

QUOD alteram partitionis superiori capite propositæ partē attinet, qualis conditionis, ætatis, virtutū cæterarū ratione, esse debeant legati mittendi, sexcenta politicorum, ad quos propriè pertinet, scripta definiverunt, instruxeruntque eadem opera quomodo ad regulas istas se gerere quisque debeat, quod vero ex Amicis *Eruditissimus non nemo*, hoc munus non esse politica, sed alterius disciplina existimavit noviter, id quo valere debeat, comprehendere nondum possum. Alias, ut ut valde laboraverint Isti, in recensendis legatis requisitis, pragmaticis tamen viris plurimam partem; & nupet quoque *Autori des memoires des Ambassadeurs*, non nisi locos cōmunes texuisse visi sunt virtutum generalium; quales legatis nequaquam propriæ, sed omnibus illis qui publicas obtinent functiones & in Reipublicæ administratione versantur, cōmunes debeant haberi, quare Ipse principio statim libelli sui

lis sui ulteriori opera characteres proprie huc spectantes inquirere sustinuit. Sed ex instituto presentis disciplinæ *generales* istas *regulas* nos non attendimus, neque amplius ad nostram pertinere tractationem censi possunt, quam quod in eligendo legationis, præsertim *ad Exteros* instituendæ, subjecto, eodem oculos quoque convertere suisque rationibus propius applicare, status, par sit. Qualiter autem *specialiter* comparati esse debeant, qui *in Imperio* à statibus mittuntur, id maxime heic dispicendum est. Nam sicuti in legatis *totius Imperii* nomine mittendis, ex publicæ legis formula, quædam forte necessaria sunt, ad quæ præter istam non respiceretur, verbi gratia, quod tales debeant esse *germani*, ut in *monitiis Statuum communibus ad Capit. Leopold. art. 41.* denuo habetur; & *diversa religionis* de quo R. N. in Regensp. de A. 1594. §. 43. 44. Nebenabsch. in Augsp. de A. 1559. §. 2. quæque alia sunt hujus generis; eodem modo in his quos *Status singuli* ablegare volunt, consideranda sæpius aliqua sunt, quæ vel *publicis Imperii legibus* perscripta, vel *moribus* communiter recepta, mittentis arbitrium aliquatenus circumscribunt.

II. Nominatim quod requisita *legatorum ad Comitia* attinet, in Comitibus A. 1641. ac sessione quidem d. 25. Septembr. 5. Octobr. habita, in Senatu Principum consultabatur: Was zu Erhaltung des Fürsten Raths Reputation, fünffsig für subjecta in Reichs Fürsten Rath admittirt

mittirt werden sollen? ubi varia Statuum vota sunt audita. *Austriacum*. Zweifelten nicht es würden die Ständ solche subjecta erkiesen und abordnen / so entweder vornehme Stands-Personen / oder sonst in vornehmen Officiis begriffen / und den Reichs-Tägen abwarten thäten / oder da sie die Reichs-Täg nicht abwarten könnten / doch solchen auftragen würden / die jetzt gedachte Qualitäten hätten / nicht aber den Syndicis, Agenten und Stadtschreibern: quod repetiit legatus *Culmbacensis, Gustraviensis*, aliique. *Bavaricus* requirebat verpflichtete Rätze so würckliche Diener. *Altenburgicum*. man solte adeliche oder gelährte würcklich verpflichtete Rätze schicken / oder denen benachbarten Ständen solches auftragen / denen das *Juramentum silentii* aufzulegen / cui assenserunt *Wasseravici Comites*. plura addebantur disceptabanturque à *Saliburgensi* atque *Wurtembergico*. sed in alteram partem *Curionis* dixerat ; Weil die Ständ nicht allzeit dergleichen subjecta hätten / ob nicht auch die zu zulassen welche die Ständ hierzu insonderheit beändigten. contenderatque *Corvejanus*, daß die Agenten / dem Herkommen nach / admittirt werden möchten / quæ propterea adduximus , ut appareat, tum quidem in diversas abiisse sententias Ordines, quales cognosci plenius possunt ex *Protocollo*, quod *Londorp. Cont. part. IV. l. 1. tit. 151. p. 716. seqq.* exhibet, unde etiam apparebit per
majora,

majora, id denique *conclusum* fuisse, daß sie (legati Ordinum ad Comiticia) 1. in der Ständ Pflichten. 2. Deroselben würcklichen Diensten/ 3. zu den Reichs- Consultationen tauglich seyn sollen / *cujus posterius membrum laxam utique recipit interpretationem.*

III. Quod de Syndicis dictum est, eo pertinere puta; Quemadmodum in univ^{er}sum Reges vel Republicæ liberæ eum cui legati munus concredatur, pro arbitrio eligere possunt, vel apud se, vel ex alia regione, imo etiam illo ipso loco, ad quem legatum mittere volunt, quod multis argumentis ostendit, exemplisque omnium fere populorum comprobatur *Autor. des memoires p. 26. seqq.* Ita eodem fere instituto, Imperii nostri Principes, in missionibus, etiam ad publicos Imperii Conventus, idem sibi licere arbitrati sunt, eoque illarum sæpe Civitatum, in quibus Comiticia celebrabantur, Syndicos vel Scribas mandatis suis auctorarunt, qui suffragiū Ipsorum nomine ferrent, sicut illis ipsis Comitibus Duces Saxoniz, ratione Hennebergici Comitatus Principalis, Ratisbonensem Syndicum substituisse videmus, adversus hunc morem, nisi fallor, Austriacum votum differuit, quod etiam secutis proxime Comitibus A. 1654. gravissimo præjudicio roboratum est, atque ita in vim publici juris evaluisse videtur, quando Syndicus R. cū Principis cujusdā nomine in Senatu Principū admitti vellet, *Cæsareo decreto interposito, est submotus: Daß der R. Syndicus und andere / so gleichwohl etwa*

etwa von einem oder andern Vollmacht haben / über selbigen Fürsten und Herzn mit special andlichen Pflichten nicht verband / keines wegs admittirt, sondern von dem Reichs Marschallen ausgewiesen werden sollen / und würden ihre Principales wissen / andere beandigte in dero stelle zu verordnen / sicut *Comitiologia Ratisbonensi part. 3. §. 27. p. 133. repetitur annotatum.* Alias enim suæ cujusque civitatis Syndicos homagiali juramento sibi obstrictos, mittere posse principes, decreto isthoc nihil repugnante, certum videtur, uti etiam in *Comitiis A. 1641.* Archiepiscopi Salisburgensis, & Bambergensis Episcopi exemplis sumus edocti, nisi dicere malis, illorum legatos, non ut Syndicos, sed ut Consiliarios insuper, fuisse admissos. In *Pralatis & Comitibus* idem tamen adhuc obtinet, ut Civitatum Imperialium Syndicos suo quoq; nomine ablegent; quod ex *Recessuum præsertim novissimorum subscriptionibus* distinctius cognoscitur, ut adeo ante allegata *Comitalis Consultatio præcise ad Principes* videatur pertinere, nam & quod de *Agentibus* in *Senatu Principum* non admittendis tum dicebatur hætenus observatum video, ut à nemine Principum, tales fuerint missi, à *Pralatis* autem & *Comitibus* non æque, iisdem *Comitiis A. 1641.* nomine *Abbatia S. Maximini, Comitumque Hannoviensis atque Leiningensis, Jeremiam Pistorium, uhterschiedener Fürsten und Stände Rath / und Agent am Käyserl. Hoff /* ad fuisse sciamus. *Civitatis autem Imperialibus,*

bus, an ex Ordine Senatorio quosdam, an vero Syndicum aut Scribam, alteriusvè Civitatis, velint ablegare, liberum hæcenus esse videtur.

IV. Legatos ad Comitua Electoralia *legatos* esse debere, c. 1. §. 18. 21. & passim alibi *Aurea Bulla* disponit, quod eo modo explicat *Limnanus Comm. ad d. l. Aur. Bull. p. 166.* debere eius esse, conditionis, ut nihil illis possit opponi, quod, eos ab hoc illustri conventu arceat, uti est in, famia juris, vel facti, vilis conditio, & ejusmodi plura. Sed hæc talia esse videntur, quæ in, aliis quoque legatis inspicienda sunt. quare propius huc pertinent, quæ in sequentibus addit, si statum & conditionem Nunciorum, hæcenus ad eligendum Imperatorem ab Electoribus absentibus missorum, spectemus, eos Principes, Comites, Barones, aut Nobiles fuisse, ex Capitulationum electis præscriptarum exordio, cognosci posse, solere tamen his etiam ut plurimum adjungi Viros doctos & præstantes, quorum verò nomina non referantur in Capitulationes, cum non sint legationis capita: quod eo factum mihi videtur instituto, cum *alii* inter privilegia, Nobilium statui connexa, referant, ut in legationibus obeundis cæteris præferantur, quemadmodum apud *Nolden. de Stat. Nobil. tb. 79. Mauritium diss. de Nobil. tb. 37.* & passim notatur, *alii* vero in literatos id iniquum esse con- querantur, atque adeo adversus hanc Nobilium prærogativam multis argumentis contendunt,

tendant, pro qua tamen *Nobilis Annotationum in Religionem Medici Autor*, pag. 327. seqq. proflixam scripsit apologiam, voluisse heic Electores, ut temperamento quodam utriusque partis sententiæ componantur ita, ut nihilominus Nobilitati sua constet dignitas præcipuusque honos.

V. In Conventibus Deputationum nihil peculiare reperio, ad quod in dimittendo legato respicere debeant Ordines, nisi quod certo aliquando casu, cum super causis appellationum, ac renovationis emendationisque Matriculæ, Deputationis Conventus, Spiraë habendus, constitueretur in Comitibus Augustanis A. 1582, in super injunctum fuerit Statibus, ut legatis suis, eo missuris, juramentum, quoad istum actum, remittant, prout ante quoque sæpius in ejusmodi congressibus factum sit, peculiarique heic juramento obstringantur. vid. *R. I. d. A. S. Damit abt. 59. & die Anwesende. 73.*

VI. In legatis ad Conventus Visitationum Camerae id sollicitè passim Imperiales requirunt Constitutiones, sollen *qualificirt* seyn, sicut præsertim *R. I. Spirens. de A. 1570. §. 102. & 103.* præter *sanctionem*, ratio quoque hujus rei, allegatur: *Diemeil se billich / daß die sentgen so andere visitiren / allerding auch nicht weniger als die visitandi, qualificirt seyn sollen: Esen und wollen Wir / daß die visitirende, Stände / jedesmahl ihre ansehnliche redliche / gelähre / geübte Räch und Syndicos zur visitation schicken / und sonst kein andere darin, gelassen werden / talis autem*
 X
 qui-

quinam sint, specialius *R. I. Ratisb. de A. 1654. §.*
 Damit dann. 130. exponitur, sollen der Deputir-
 ten / oder beschriebenen Ständen wirckliche o-
 der zum wenigsten zu diesem Actu verpflichtete
 Rätthe seyn / die der Rechten und des Process wol
 erfahren / und in den revidirenden Sachen / mit
 Advociren oder Urtheil-sprechen / vorhin nicht
 gebraucht worden / noch sonst interessirt seyn :
 Principi vero Illi, qui ex prisca legum necessita-
 te propria adesse persona tenebatur, nunc, ubi le-
 gatum mittendi licentia facta, id insuper præ-
 scriptum est, atque injunctum specialius, ut
 majoris autoritatis causa ex *primariis Ministris*
 suis aliquem huc mittat *d. R. 7. A. 1654. §.* Wie
 num. 128.

VII. Sed in his aliisque Ordinum Conventi-
 bus, circa personas mittendas, *consuetudine,*
moribus, observantia, hujus generis plura sunt
 introducta, quæ publicis literis describi non so-
 lent, speciminis loco afferre possum, quod in
 particularibus Comitum W. conventibus non
 admittatur, qui juramento alteri Statuum est
 devinctus, sicut nec Illi, ad generalia Comitia,
 qui commune votum gereret, cum facile essent
 missuri, qui superiori Statui simul est devinctus,
 et quæ alias sunt observationes, quales cum non
 nisi in iplo rerum actu condiscantur, in *Commen-*
tariis Academicis frustra hactenus quaeriveris.

VIII. Quoniam ante observatum est, posse
 Principem pro lubitu legationis subjectum elige-
 re, etiam ex regione prorsus aliena, qui pos-
 set, an

set, an ista quoque libertas Imperii Ordinibus respectu communium Imperii Conventuum competat, an vero publicis legibus sit circumscripta, sicut nominatim quaesitum haud ita pridem novimus, *an Clientes vel Minister externi Regis ab aliquo Ordinum, ad Conventum, in quo de rebus atque arcanis Imperii agatur, mitti possit?* ubi quidem negativam defendit nonnemo, cujus opinionem utique juvare videtur *Leopoldina Capitulationis Artis. §.* quo Caesarea Majestas, ne Exterorum legati, ullo modo, sive clam sive palam rebus Imperii, & ad suos Principales nihil attentibus, se immisceant, se curaturam promittit, ista procul dubio ratione, quod alias turbandis Republicae rationibus utilitatibusque intervertendis, occasio daretur Exteris, sternereturque via, qui finis omnino petiret, si ipsi status inter suos legatos allegare possent proprio arbitrio, quos communis Imperii sanctio, etiam alieni Consilii praetextu accessuros, admodum hinc arceret. Aliquando tamen multo rigore id observatum non fuisse, varia testantur exempla, ex quibus etiam illud est, quo ad Comitia A. 1641. Otingensem Comitum, Danicum quendam Consiliarium, Ejusque Regis in Aula Caesarea Residentem, misisse, ex subscriptione Recessus novimus.

IX. Postquam religionis diversitas aequali fere in Imperio habetur jure, parum forte intererit, huic an alii addictus sit mittendus, nisi quod dubium alicui posset suboriri, *utrum ad Conventum Evangelicorum, Evangelicus Status, legationem*

*Pontificia religionis ablegare possit, & sic deinceps, ego tamen, nisi aliz circumstantiæ suadeant, negare nolo, sicuti enim istiusmodi casus omnino rarus continget, ita fieri tamen poterit, ut ejusmodi Ministri fides atque dexteritas Domino a deo probata sit, ut talium quoque negotiorum expeditionem, præ omnibus aliis, eidem, absque ullo verioris doctrinæ intertrimento, committi posse existimet, ubi quidem grave videtur, Constatum potius, quam proprio judicio, quid factu opus sit, exponere, sed nihil certi definitio, ubi publicæ leges silent. Id tamen me non movet, quod in contrariam sententiam, argumentum de non admittendo tali legato, inde trahi posse aliqui existimabunt, quod ejus rei causa sit in ipsa missi persona, eaque rationis analogia heic possit applicari, ex qua à Ptolomæo ad se missum Theodorum, qui *ἄθεος* vocabatur, Lysimachus audire noluerit, de quo *Grotius* *J. B. P. II, 18, 3*. Ut enim non dicam, alios diversim penitus super isto exemplo sentire, & nominatim *Zieglero Comm. ad d. l. Groc. p. 412*. videri eum, qui propter solam hæreseos labem, aut atheismum quoque, rejicere velit legatum, in jus gentium peccare, sane ad religiones discrepantes, publice tamen permissas, imperite admodum trahitur ista philosophia.*

X. De Clericis *olim* res expedita fuerat, eos mitti non posse, quoniam jure Canonico *agens ruitur. 40. can. 16. 7* et ab ejusmodi muneribus per privilegium excipiebantur, sed postquam ex dignitas

gnitas cum seculari quadantenus cepit confundi, aliud dicendum est, & ipsi forte Clerici hodie istam exclusionem in onerum numero essent habituri. Frequentebatur autem iste mos, de mittendis Monachis, aut Jesuitis ut plurimum ab Hispanis, quos alii postea secuti sunt, multis inducti rationibus, quod tali casu tanti sumtus faciendi non sint, ipsa negotia occultius geri, sub schemate religiosæ pietatis multæ difficultates, & quæ in præcedentiâ aliisque hujus generis solennitatibus observandæ scrupulositates legatis alias facile molestias creare soleant, felicius averti, possint, sicut ex his apparet, quæ super his differuntur apud *Boccalinum*, & *Thomam Campanellam*. Quare Status etiam, non solum Catholici, sed & protestantes eam consuetudinem recepisse videntur, nisi quod hi rarius forte ad Comitiales ablegent, cum ab illis, & nominatim Ecclesiasticis Ordinibus, Archiepiscopo Bisanzino, Tridentino, Brixensi, Verdunensi Episcopis, vel in Comitibus A. 1641. missi, dignitate Clericali fuerint exornati.

XI. Alias in concursu plurium diversæ religionis legatorum, singuli, quod legum publicarum necessitate ipsis injungitur, tenentur observare, quamvis unius alteriusve religioni apprimè convenire non videatur, idque satis certum est, nisi insecuti mores aut observantia juri scripto heic derogaverint, cujus rei specimen habemus, in Imperatoris Inaugurationis, & similibus actibus, qui missæ celebratione solent inchoari, ad

X ;

quam

quam officii causa Imperatorem comitari debent Electorum aut Principum quoque legati, nam in missa, ante electionem Rom. Regis cantari solita, omnes Electorum legati *presentes* esse jubentur *Aurea Bulla* c. 2. *prim.* sed postquam in sacris, & praesertim circa missam quoque, divortia sententiarum invaluerant, protestantes, eam damnantes, in aliud interim conclave secedere, Deumque pro felici electionis successu invocare consueverunt, sicut ex relationibus electionum, quales apud Goldastum in *Polsicis Imperialibus* aliquae habentur, constat, & nominatim sub exemplo electionis Maximiliani II. *Senar ser. Mogunt. l. 1. c. 25.* Matthiae, praeter *Thuanum l. 21. 7. essentis in historia Inaugurationis Matthiae: Ferdinandi II. Matenes. de electione Ferd. 2. libr. 2.* Ferdinandi III. *Carpzev de L. Reg. s. 11. f. 7. n. 10.* amplius ostendunt, add. *Buxtorf. ad A. B. sh. 27. Limn. 7. P. II, 3, 36. 37. Maxxi. diss. de Comit. Elect. cap. 2. §. 10.* quanquam Ferdinandi IV. tempore reditum esse ad Bullae Auteae dispositionem, ac cepisse illos iterum cohabitare, observet *Sprengerus Instit. Jur. publ. l. 1. c. 29. p. 177.* & de electione Leopoldi I. praeter *Pastorii Flor. Germ. p. 655.* testatur *Diar. Europ. A. 1658 p. 872.* idemque in Comitibus Universalibus A. 1653. cum promulgaretur Caesarea propositio, factum, annotant *Auter der Grundv. part. 2. c. 2. p. 71. & Comisiolog. Ratisben. part. 3. §. 27. 28. p. 123.* sed contrarium rursus initio praesentium Comitiorum A. 1663. vidimus, uti ex *actu Professionis & propositionum*, Autori der Grundv. sub-

nexo,

nexo, quique in *Diat. quoque European part. X. p. 5.* legitur, satis apparet.

XII. Unde iterum res eo redit, quod jam olim fuerat disceptatum, *an protestantes, vel Eorum legati salva conscientia missa possint interesse*, ubi quidem in *negativam* concedere voluit *Bertramus de Comit. th. 65. & Fritzius Diatrib. de elect. Rom. Reg. f. Comment. ad c. 2. A. B. §. 1.* Alii tamen *affirmativam* veritorem esse, pridem ostenderunt, *¶ Cui non solum, inter quos, Carpozovius de C. Reg. c. 11. §. 7. Schuzium V. 1. D. 10 th. 12, lit. E. Autorum Comitiologia Ratisbon. part. 3. §. 8. p. 124, seqq. Autorem det Grundy d. 1.* aliosque nominare possumus; sed & *Theologi*, quibus hanc rem expendendam reliquit *Limvau ad A. B. c. 2. §. 1. obs. 5.* extantque in hanc sententiam requisitæ à suis Principibus *Consultationes, B. Lutheri, Tom. V. Jenens. Germ. p. 28. col. 2. & Balt. Bidenbachii, Decade V. Consil. Theologicorum,* à fratre Felice Bidenbachio Maulbrunnensi Abbate editorum, *prima*, quibus ejusmodi protestantium præsentiam nec *juri* ullo, nec *sacris* quoque *litteris* adversam, docuerunt, quod ad præstandum Cæsariofficium politicum, petitum & mandatum, ad quod ex necessitate muneris teneantur, adeoque non proprio instinctu, accedant, annexâ insuper protestatione, se auditione missæ nec DEO cultum, nec ipsi missæ reverentiam facturos; quod in suæ conscientiæ securitatem *exempla* similia piorum Ministrorum, in sacra historia consignata, habeant, *Nahamanis II. Reg. V. 17. 18.* etiam

postquam verum DEUM Israelis cognovit, confessionemque fidei coram Eliazo Propheeta edidit, Dominum suum ad templum Idoli sui Rimmon comitantis, item Danielis ac sociorum, *Dan. III.* cum Rege suo in conspectum Statuæ Idololatriæ procedentium, qui propterea nunquam fuerint increpati: Quod politica quoque ratione, ut intersint missæ, suadere videantur, ne alias inobedientiæ adversus Cæsarem contigui possint, aut primo statim Imperii initio animi utrinque alienentur, præsertim vero eius præsentiam, sine reverentia missæ exhibita, magis testari dixerunt confessionem protestantium, apud suos æque ac pontificios, in tali actu publico præsentibus tot nationibus celebrato, deo editam, quam si abfuerint. Dubium vero, quod ex *I. Corinth. X, 14.* movit *Bertramus*, satia nisi fallor expeditum est apud *Auctorem Comitiolog. Rasiob. allegato loco.*

XIII. Ea vero alia quæstio est, an eo tempore, que adhuc secedebant protestantium legati, unus ex illis, religioni pontificia addictus, potuerit manere, contigit hoc in electione Ferdinandi III. quâ recedente Saxonico, *Brandenburgicum legatum*, persona sui Principis oblitum, suam privati religionem illic ostentandam potius duxisse, observavit *Hulfemannus Diff. pract. de Correction. fratern. §. XVIII. n. 313.* posset aliquis hoc salvo jure factum opinari, quod in tali casu cesset ratio, ob quam protestantes missæ interesse nolunt, quoniam hanc illi pro cultu Idololatriæ habent, eamque

eamque putent salvâ conscientiâ non posse audi-
ri, at hic tutus sit in conscientia, qui aliam de
hac refovet persuasione. In adversam tamen
partem efficacius argumentum esse videtur,
quod in ejusmodi publico actu Legatus repræ-
sentet suum Principem, ex ejusque persona uni-
ce soleat æstimari, quare in ejusmodi casu idem
facere debeat, quod Princeps faceret, si ad-
set. Quamvis autem allegata ratio originem
isti secessioni forte potuit præbere, tamen
cum postea in publicum veluti morem atque
observantiam abierit, nunc legato privatim ea de
re disceptare secum, aut ex parte Domini remit-
tere aliquid, sine expresso mandato, non licet,
præsertim ubi alius quoque præjudicium potest
fieri. Neque valet, si dixeris, repræsentare
quidem Principem legatum, sed non ita, ut pro-
prium personam penitus deponat, quam in tali
casu eo magis liceat ostendere, quo minus reli-
gionis capita inter objecta characteris repræsen-
tationis possint referri, nam, utique non deponit
penitus suam personam legatus, sed in hoc actu
publico tamen ex eadem non æstimatur, & reli-
gionis res repræsentationi nō subjici ex parte tan-
tum verū est, nimirū quatenus in intellectu istæ
consistunt, eoq; hæctenus id solū sequitur, Prin-
cipem injungere non posse legato suo, alterius
religionis affectu, ut eandem ac Ille de missa fo-
veat opinionem, in quantum vero voluntatis o-
pera sunt, & ad actus exteriores pertinent, o-
mnino à jure repræsentationis non sunt exemptæ,

X 5

potestque

potestque Princeps legato mandare, quid sui loco de missa verbis vel factis debeat profiteri, aut palam ostendere. De allegato exemplo iudicium vel ideo inspendo, quoniam ceteræ me latent circumstantiæ, potuit enim factum esse, ut potentissimus Elector legato suo id private Instructionis tabulis discrete indulerit concessentque, quod alias fieri posse dubio caret, heic enim solum de eo casu sermo est, ubi expressum Domini mandatum in neutram partem extat, statum vero antecedentium observantiã erudiri potest legatus.

XIV. De perduellibus, vel his qui hostili in Imperium animo aliquid machinantur, frustra quaesiveris, an legati esse possint Statuum ad Conventus publicos, si enim Republicæ debitores ex causa civili legatione fungi non possunt, uti Divus Pius Claudio Saturnino & Faustino rescripsit, in *l. sciendum 4. pr. ff. de legat.* quanto magis pœnæ capitalis rei, adeoque ex tanto crimine Republicæ debitores facti, hinc arcebuntur.

XV. In legationibus ad *Exteros* vel *Constans* faciendis major utique circa eligendam personam libertas Ordinibus competere videtur, quoniam hoc respectu conditionem Principis absolutifere æmulantur, parique cum eodem utuntur jure, ut necesse non sit, speciatim de Nostris heic differere: Id vero nuper quoque disputatum, an Status aliquis possit mittere transfugam, ad illum, à quo transfugit, & recte, nisi fallor, nega-

negatum est, cum alteri jus maneat puriendi hominem quavis occasione prehensum, quod nullius terrii facto eidem possit interverti, quale quid omnino fieret, si ut legatum eundem apud se admittere tenetur.

XVI. De subditis quoque dubitabatur, an ab aliis tanquam legati mitti possint, ad illum, cujus imperio subjiciuntur, quod iterum nonnemo super libello edito negavit, quod speciem contentum melius & contentus in Istum Principem referat, vidimus quoque haud ita pridem specimen hujus rei, in Galliarum Rege, qui pro legato apud se habere noluerat Dominum de Rheede, Belgicum Senatorem, ideo, quod bona sub Eius ditione sita habeat ille. Alii hanc limitationem addunt, nisi tale quid fiat ex fiducia protuberantis affectu inter Principes, de quo quidem heic nulla questio est, ubi de juris necessitate sumus solliciti. Omnium optime rem composuisse mihi videtur *Autor des memoires*, is libelli sui p. 23. seqq. differentiam facit inter subjectionem, an illa ex sola communique nativitatis sorte, an insuper ex peculiari juramento, ad cuius præstationem certi muneris aut Status ratione quis teneatur, orta, arctiorique vinculo sit conjuncta, priorem non impedire autumat, quo minus aliquis, postquam adulta ætate in alia civitate sedem fortunarum fixit, hujus nomine legationem obeat, apud illum Principem, sub cuius ditione in hanc lucem editus est, in quam sententiam omnium fere populorum praxin allegat, insignemque Gallorum, Hispano-

Hispanorum, Anglorum, Polonorum, Venetorum, Batavorum, imo & Germanorum catalogum texit, qui in sua quique patria naturali legati fuerint. Exterorum, cujus rei manifesta est ratio, quoniam obligatio illa adversus patriam civitatem, quam parentes nostro nomine contraxisse intelliguntur, imperfecta est, quoad proprio facto non confirmatur, soluta autem penitus cessat, quamprimum in aliam concessimus civitatem, etque fidem discrete obstrinximus, adeo, ut haec posterior nunc patria nobis, si non *natura vel loci*, saltem *juris*, habeatur, de qua distinctione *Pufendorf. diss. de oblig. ergo patr. §. 12.* videri potest, quod eo quoque verum est casu, si illi antea expresse, ut cives, fidem quoque dedimus, postea autem, permittente ea, alteri Principi novo jurejurando nos addiximus, quoniam qui patitur subditum suum alteri Principi praestare juramentum, tacite eidem remisisse confetur obligationem, qua nascendi fors, aut communis civium conditio, antea eum affecit. Atque haecenus res expedita est, cum talis proprie loquendo subditus non sit. Quod alteram vero subjectionem attinet, de ea verum est, quod ab initio diximus, jure stricto legatum heic esse non posse: quod ita accipiendum est, ut Domino suo talis pro legato non possit obtrudi, sicut enim in univrsum Princeps non tenetur indistincte omnes recipere, quos alter vult mittere, sed quosdam repudiare potest, salvo jure gentium, ita potissimum de subditis suis idem valet, quibus,

pre-

præcludendæ omni tricationi publicâ insuper lege potest interdici, ne se ad ejusmodi munus in patria Republica obeundû ab aliis patiantur autorari. Illud tamen dubium est an Princeps aliquis pragmatica sanctione constituere possit, ne illi, qui in suo territorio nati, ab aliis, in quorum sunt fide, ut legati, huc mitti possint, ita ut legatorum quoque privilegiis fruantur, negat id *Autor. des memoires*, quod hæc libertas juris gentium esse videatur, nemo vero Principum per legem aliquam, ordinationem, aut reservatum particulare destruere possit jus consensu omnium populorum factum. Nobis curatius nunc inquirere non vacat, arbitramur tamen pro contraria sententia multa adhuc possedici, in quam etiam A. 1675. April. mense, *conclusum* facere voluisse *Federati Belgii Ordines*, ne apud se, quicumque in Belgio natus, Exteri Principis Ministrum in posterum ageret, ex *Diario Europæo part. XXXII. p. 324.* discimus.

XVII. Ut ut autem Princeps non teneatur subditum suum pro legato alius Reipublicæ admittere, postquam tamen semel admisit agnovitque eum pro publico Ministro, non potest prohibere, quo minus apud se omnia juris gentium privilegia, legatis alias competentia, sibi attribuat postmodum vindicetque, propterea quod ista à qualitate legati sint inseparabilia, ita ut concessio uno, alterum quoque eadem opera concessum intelligatur, quare ex tali admissione non solum ea consequitur, quæ securitatem sanctitatemque legati,

XIX. Legatum quale Statuum legatis dari solent.

XX. Electorum legatis ad electionem Casarem, omnes illi quorum finis transiens, res necessarias communis pretio tenentur vendere.

I. **P**RO diversitate legatorum, non solum in se, sed prout ad alios vel in Imperio vel extra idmittuntur, etiam solennitates missionis variant, quæ pro hac vel illa temporum ratione alia quoque fuerunt, etiam apud alios populos. Sicut mores Romanorum explicat *Alb. Gensil. in legat. l. 1, II. seqq.* aliorum alii, nos ad præsentia potissimum instituta heic observata respiciemus. In universum distinguimus, quod quædam ex iuris perfecti necessitate, quædã civilitatis cuiusdam debito proficiscantur, quæ alias peculiari *Curialium* nomine appellantur. Utraque vel missionem ipsam, vel admissionem, vel dimissionem concernunt, de quibus ordine dicemus.

II. Ad ipsam missionem referimus primo *mandatum*, quo potestas tractandi publicis tabulis describitur, vel libera vel restricta, quod ceu fundamentum & essentialis pars quorumcunque tractatum, ubiq; & in omnibus legatis requiritur, adeo ut ne quidem Imperatoris nuntiis sine literis hisce credatur. *l. 1. C. de mandat. Princip. l. 5. C. de iure fisc.*

III. Exceptionem ponit *Autor des Verdicts / wies auff Reichs Tügen pflege herzu geben* (qui primum Lipsiæ, deinde Noribergæ An. 1641. seorsim prodit, nunc *Londorpi Actor. publicor. Tom. IVto & Lebrmanns Chronico Spir. l. 7. c. 124.* intertus reperi-

reperitur) *Cap. 2. circ. fin. in Civitatibus Imperialibus*, quod suos ad Comiticia ablegatos tali mandato instruere non teneantur, ita enim tradit; *Nierben* ist inacht zunehmen / daß die Frey- und Reichs-Städte welche einen oder mehr Ihrer Raths-Freunde zu dem Reichs-Tag verordnen / nicht verbunden seint / Ihnen einen Gewalt mit zugeben / sondern wird mit dem ihrer schlechten anzeig gegläubet / und solches auß alter hergebrachter Gewonheit. *de quo Civitatum precipuo jure varia est, publici Juris Doctorum disciplina. Justus Reisenbergius in decreti Spirensis Nomothesia publica*, credere videtur, opinaturque hanc ejus rationem esse, quod Civitates Imperiales ipsos Senatus Principes, & membra gubernationis publicæ, ad Comiticia ablegant, quorum personæ principaliter & radicaliter fides imitatur. *Bertramus de Comit. lib. 55. de fide illius Autoris, ac rei ipsius veritate subdubitat, pluribus argumentis in contrarium motus, ex quibus potissimum est, quod in multis Reoessuum textibus, & nominatim R. I. Wormat. de A. 1545. §. Dem allem. 5. R. 7. Ratisbon. de A. 1546. §. Dieweil wir 5. diserte legatos suos pleno mandato, mit vollkommenem Gewalt / instruere jubeantur: in conventibus quoque Deputationum hi mandatum, æque ac aliorum Sacrum legati, teneantur exhibere, sicut ex R. 7. August. de A. 1582. §. 73. 74. constet, à conventibus autem Deputatorum ad Comiticia universalia validum ducatur argumentum, quanquam si contraria consuetudine*

Y

in Im-

legati, sed & dignitatem Principis legantis concernunt, inter quæ primum locum obtinet exemptio à juris dictione loci in quo residet, & alia plura, sicut præter *Grotium de I. B. P. II. 18, 5. 6.* explicavit *Autor des memoires. p. 33.*

XVIII. Quemadmodum vero alias qui tales est alterius Principis potest simul Domini sui naturalis legatus esse apud hunc, cui militiæ jramento est obstrictus, quod conductis pluribus exemplis ostendit sæpe laudatus *Autor des memoires. p. 61. seqq.* ita apud Status quoque idem obtinere nullus ambigo. De bello captis majus dubium esse poterat, an illi, captivitatis tempore, legati apud illum, à quo detinentur, esse possint, quoniam tamen *idem Autor des memoires p. 64. seqq.* prolixius illud adstruxit, nihil addendum reperio, neque cæteris explicandis operam intendo, quæ præcise ad legationes statuum non pertinent, sed cum aliis communiter iisdem competunt, qualia locis propriis debent inquiri.

CAPUT. XII.

De solennitatibus missionis: ubi de mandato, literis credencialibus, salvo conductu, legatio.

- I. Ordo dicendorum.
- II. Mandatum in omnibus legatis requiritur.
- III. Neque hic excipiuntur Civitas Imperialis ablegati.

IV. Man-

- IV. Mandata hac ex usu Imperii nostri substituendi clausula solent muniri.
- V. Sape etiam nomina Eorum inferi, quae postea missurus fuerat Princeps, etsi deinceps non mittantur.
- VI. Quae forma huius mandati tam interna, quam externa.
- VII. Ab hoc mandato differt Instructio.
- VIII. An princeps respicere possit ratificationem, si legatus contra privata Instructionis tabulae legit.
- IX. Literas credentiales omnis generis legati habent.
- X. Aliquando & litera salvi conductus dantur.
- XI. Et quidem legatis statuum non solum ab Exteris, sed ab ipso Cesare.
- XII. An & his qui bello impermixti fuerit.
- XIII. Quid circa saluum conductum ad Concilium Tridentinum Protestantium legatis dandum, disputatum.
- XIV. De saluo conductu Statibus Bannitis pro legatis suis ad Conventum Imperii dari solito.
- XV. Quales conductus legatis Statuum ad Conventum probatorias ex Constitutione Imperiali competat.
- XVI. Item legatis Electorum ad Comitia Electoralia, ex privilegio Caroli IV.
- XVII. An & hic saluum conductum prestans tenetur ad. damnum per latrones transcurrentibus legatis illatum.
- XVIII. An legatus Statuum alicujus sine rogato conductu provinciam alterius intrare detineri possit, ut suspectus.
- XIX. Le-

in Imperii conventibus aliud receptum sit, ei propterea nihil cupiat derogatum: unde *Limnanus* quoque §. P. IX, 1, 112. si veritate & observantia niteretur illud dogma, quid ad oppositas rationes responderi posset, inquit, primam quidem distinctione componendam esse, ut dicatur, debere Civitatum ablegatos habere mandatum, à Principalibus sibi datum, quod ex allegatis textibus evincatur, sed in Comitibus illud non cogi exhibere: deinde à conventibus deputatorum ad Comitibus universalibus non licere concludere, quoniam in illis, ut exhibeant mandatum, non ex generali aliquo jure, sed ex speciali Civitatum cum Imperatore & reliquis Statibus conventionem, fuerit introductum, aliud autem plane esse, quæret, an Civitatum legati in Comitibus Imperii mandati sui formulam exhibere teneantur, aliud, an civitates ad id se obligare possint, ut in Comitibus Deputatorum legati sui mandatum teneantur exhibere. Alio modo id privilegium in tuto collocare nititur *Mylerus ad Rumei. p. 2. D. 3. sh. 10.* qui distinguit utrum Civitatum ablegati sint extranei, an vero ex Senatoribus suis desumpti, ut de posteriori casu id intelligi debeat, in priori vero omnino mandatum, ejusque exhibitio requiratur. Verum *Knipschildius*, harum rerum, & juri præsertim Civitatibus competentium valde gnarus scriptor, eam prærogativam nullam esse, & contrarium prorsus in praxi observari, ostendit opere suo de jur. & privileg. Civit. Imperial. l. 2. c. 2. n. 127. quem postea ipse *Limnanus* Addit. T. 2.

p. 354. *Conringius de Comit. Imp. Germ. eb. 41.* alii-
 que sequantur, & *Sprengerus Lucern. Imp. p. 7.*
 vanum esse dixit, quod à quibusdam aliter cre-
 datur. *Autor quoque der Grundy. part. I. c. 6 p. 58.*
 generaliter de omnibus legatis eodem modo tra-
 dit, quod Moguntino Directorio mandata sua
 teneantur offerre, qui, cum ipse interfuerit Co-
 mitiis, tale quid singulare, si verum esset, in Ci-
 vitatibus, non fuisset omiffurus. Sed & literæ
 Imperatoriz quibus ad Comitiam invitantur Civi-
 tates, veritatem hujus rei amplius ostendunt,
 quarum exemplum, cum Comitiam A. 1613. in-
 dicerentur, ad primariam quandam civitatem
 scriptarum, apud *Londorpium Contin. part. 1. lib. 3.*
 c. 13. p. 672. eandem, ac in literis ad alios Status ob-
 servatur, formulam ostendit, daß Ihr hindan-
 gefert aller eurer Geschäfte / obangedeutenen Tag
 zu Regenspurg / durch etliche aus eurem Rath
 Mittel / besucher / und dieselben von gemeiner
 Stadt wegen mit gnugsamen Befehl / wie her-
 kommen und gebräuchlich / ohne hinter sich
 bringen / und Einmischung frembder daher nicht
 gehörigen Händel / abfertiget. & postea : und
 euch hierinnen gehorsam erzeugt / damit durch
 Eurer Gesandten langsam erscheinen / oder aus-
 bleiben / oder unvollkommenen Befehl die Sa-
 chen in keinen Aufzug geraten. Unde satis pu-
 to apparebit, quid de Myleri opinione judican-
 dum sit, memorabile autem est, quod heic ad
 contrariam quoque observantiam provocatur,
 quam non solum in eo consistere, ut Civitates
 Y 2 legatis

legatis suis mandatum dent, sed insuper, ut hi etiam teneantur idem publice exhibere, novissime à Viro Magnifico, Senatore cujusdam Imperialis Civitatis, qui suæ Reip. nomine legatus Comitii hodiè quoque durantibus initio interfuit, mihi relatum est, ut confidenter hætenus asserere possim, *Civitatuum Imperialium* ad Comititia ablegatos, aliquid præcipui hæc nec *jure* posse, nec *actis* solere prætere.

IV. Quoniam contingere potest, ut legatus morbo vel aliter impeditus negotiis superesse nequeat, & vero eidem alium in suum locum per se non liceat nominare, uti præter *Marselaerum de legat. l. 2. c. 9.* nuper quoque ostendit *Autor des memoires. p. 574.* ideo ne legatio reddatur inanis & frustratoria, apud Nostros mandatis solet præcaveri, qualia ex usu Imperii nostri *substituendi clausula* passim muniuntur, quâ legato facultas ista tribuitur, vel *expresse*, quam in rem exempla legatorum Palatini atque Anhaltini vi clausulæ istius substituentium, in Comitiiis A. 1566. & 1567. habitis, observata, consignavit *Autor des aufsihr. Berichts wie es auff Reichs. Tãgẽ hergehe. c. 2. & Bertram. de Comit. th. 55.* vel in *consequentiam*, sicut in formula Procuratorii Electoralibus legatis, ubi ad eligendam Cæsarem mittuntur, dari soliti, & tit. 19. Aureæ Bullæ descripti, ratihabere promittit Dominus, quicquid per suos nuntios, nec non *substitutos aut substituendos ab Ipsis* fuerit actum, unde eo ipso habere eos jus alios substituendi, necessum est.

V. Sicut

V. Sicut autem sæpius ipse mittens substitutum ac vicarium in mandati literis discrete constituit nominatque, ita, in missionibus potissimū ad Comitiam, novum non est, ut iisdem nomina quoque eorum inferantur, quos ut legatos postea missurus fuerat Princeps, etsi deinde non mittantur, quod ea fieri solet sine, ne in posterum iterata opus sit legitimatione apud Directorium Moguntinum facienda, si, revocatis prioribus, novi adveniunt legati, quorum nomina propterea compendii causa junctim cum cæteris in primas unicasque mandati tabulas fuerunt relata. Atque hæc causa est, quare alii sæpe & plures, quam in Comitibus fuerunt, in subscriptione Recessuum reperiantur legati, cum illa subscriptio, non ab ipsis legatis, præsentibus, sed Moguntino Secretario, ex literis mandati, Imperiali Directorio, exhibitis, soleat adornari, quemadmodum apud allegatum *Autorem* deß ausführlichen Bericht. c. penult. & *Sprengerum Lucern. Imp. p. 58.* annotatum est, in his autem & jam missorum, & pro re nata mittendorum, sed ob causas supervenientes domi retentorum, nomina comprehendantur. *Conf. Limn. T. I. Add. IX, 1, 210 p. 419.*

VI. Quod *formam* hujus mandati attinet, si de *intrinseca* ratione sermo sit, cuique Statuum liberum est, quomodo instruere velit, præsertim in missionibus *ad Exteros*, dummodo negotio conficiendo illud sufficiat, alias *in Imperio* aliquando publica lege præscribitur formula, quam in concinnando sequi iidem tenentur, quemadmodum

formam procuratoris, mittendi per Eum Principem Electorem qui nuntios suos ad Electionem faciendam duxerit destinandos, Aurea Bulla continet cap. 19. quam observari de Imperiali potestatis plenitudine decrevit Carolus. A. B. c. 1. §. 18. utut hodie tam exacte non servari, notet *Limn. ad A. B. d. l. obs.* 27. literas enim conscribi in lingua Germanica, non latina, in qua præscripserit Carolus, verba quoque ab Electorum arbitrio dependere, modo realia observentur. quali autem tenore mandatum legatis ad Conventus Deputationum dari debeat, communi Imperatoris atque Ordinum consensu in Comitibus Augustanis A. 1582. statutum est, quod ex *R. J. d. A. §.* Unde damit. 60. apparet, quam in rem §. *Wir N. befennen.* 74. exemplum præterea extat, utut ad quoscunq; Deputationum Conventus pertinere, quod illo tempore in casu particulari fuerat dispositum, non ausim asserere. Ratione exterioris formæ discrimen est, papyro, an pergamenæ chartæ, apertis an clausis tabulis, hac an illa lingua, inscribatur, ubiquidem quantum mihi constat, publici juris necessitate ad alterum horum non adiguntur Ordines, nisi quod in legatis ad eligendum Imperatorem missis, mandatum *literis patentibus*, sigillo Electoris majori sigillatis scribi, jubeat *Aur. Bull. c. 1. §. præterea.* 17. & §. *debeat.* 20. quale quoque in pergamena charta debere confici, *Limneus ad A. B. Preliminarium observationum* 2. n. 8. existimat, præjudicium novissimo electionis Conventu A. 1657. observatum, allegans, quo *Electoris Saxonie legati,*

legati, mandati sibi dati literas, in papyro scriptas, exhibentes, admoniti fuerint, morem aliud requirere, & mandata ejusmodi membranis inscripta exhibenda esse. Quod si vero jure eo obstringerentur, quod ad propagandam Imperii Germanici Majestatem pertinere arbitratur, *Henricus Bruningius de var. Univers. specieb. th. 7.* ut subditi nimirum ac membra Imperii Imperatoris utantur lingua, facile quid in negotio presentis judicandum esset, appareret, hunc enim in rebus Imperii non alia quã latina aut Germanica lingua uti debere, ex Capitulationibus notũ est, vid. *Capit. Caroli V. artic. 14. Ferdinandi II. art. 12. Ferdinandi I. artic. 13. Rudolphi II. art. 13. Matthie art. 14. Ferdinandi III. art. 16. Ferdinandi IV. art. 42. Leopoldi art. 43.* quamvis Germanicæ major usus, quã latinæ nunc sit, sicut huc referi debent, quæ super diversis utriusq; linguæ institutis, publice apud nos receptis, annotavit *Limnau ad A.B. Prelim. obs. 1. & Comment. ad Capitul. p. 206. 211. seqq.* Illud tamen hætenus licet observare in Conventibus Imperii atq; inter Ipsos Status, etiã quoad mandati hujus conscriptionẽ, Germanicam retineri, in missionibus ad Exteros communiter latinam, rarius verò, & à quibusdam solum, Gallicam aliamve usurpari.

VII. Sicut autem mandatum, tractandi facultatem continet, quæ alteri parti palam possit ostendi, ita insuper specialior agendi ratio atq; modus privatim legato datur, separatisque præscribitur tabulis, in secreto secum retinendis, quas

Instructionis nomine nunc appellamus, alii *actionis formulam*, *Veteres Commonitoria*, *Græci Chirographa* dixerunt. vid. *Duaren. ad tit. mand. n. 3.* Differentias utriusque mandati, manifesti atque occulti, *Paschalisus c. 59. Besoldus c. 17. §. 5.* cæterique hujus argumenti scriptores passim explicant.

IIX. Potissima vero quæ heic moveri solet quæsitio, ea est, quæ & ante aliquod tempus apud Nostros ventilabatur, *num si quando contra Instructionis secreta formulam egerint legati, Princeps nihilominus conventis cum altera parte sic initis teneatur, an vero ratificatione, ut loquuntur, possit respuere?* de qua, quod supra dicere cepimus, absolvendum est; certe si *juris* rationem intueamur, sicut in univèrsum in generali præpositione accidere potest, ut nos obliget, qui præpositus est, agendo etiam contra voluntatem nostram, sibi soli significatam, ita nominatim in legato, cui instrumento Procuratorio absoluta potestas fuit concessa, se res habet, obligaturque mittens, etiam quando missus fecit contra mandata arcana, in negotiis tamen publicæ functionis, cum enim legatus attulerit pleni mandati formulam, credentialesque literas, quibus, obligari se velle iis, quæ legatus egerit, semel professus est. *Domibus.* fides bona exigit, ut postea steterit iisdem, & si quid secretius suo legato mandavit, id sicut extra scientiam ejus, ad quem missus est, versatur, ita fraudi ei esse nec potest nec debet: distinctio enim sunt actus volendi, unus, quo

quo nos obligamus ratum habituros, quicquid ille in tali negotiorum genere fecerit; alter, quo illum nobis obligamus, ut non agat nisi ex præscripto, sibi non aliis cognito, mandati fines si exceßerit legatus, tenebitur ipse, & mittentis adversus legatum à se missum illa quæstio est seorsum, sed conventis rumpendis adhiberi non potest, prout eximie docuit *Hugo Grotius de J. B. P. II, 11, 12. & III, 22, 4.* decidendi fundamentis ex *l. cuicumque. §. §. 11. §. l. sed si. 11. §. 2. seqq. ff. de instir. action. desumptis.* Conferri huc debet exemplum *Philippi Archi-Ducis Austriæ*, qui, cum à socero *Ferdinando Catholico Rege* facultatem accepisset, cum *Ludovico XII. Galliarum Rege* pacem faciendi, eodem modo mandata transmississe dicebatur, prout apud *Pontum Heuterum Hist. Austr. l. 6. c. 5. Specul. Honor. Austr. Fuggerian. p. 1141. Gerard. de Roo. Hist. Austr. l. 11. & Marian. Hist. Hisp. l. 27. c. 19.* descriptum est, iudicio vero politico, quamvis studio partium forte non prorsus vacuo, illustratum, ab *Autore des memoires. p. 584.* ubi multa in hanc rem pertinentia à *JCtis Hispanicis* disserebantur, præsertim *an post discessum legati submissa alia mandata, & voce secreti ac legati Ministri explicata, non scripta, pro parte mandatorum summam negotii complexorum, haberi eandemque auctoritatem obtinere debeant?* quod dixerunt *JCti Hispanici*, negavit vero *Philippus*, atque ita se à calumnia defendit, quod juxta priora mandata, generalia nimirum, subscriptione & jurajurando regali, *Ferdinandi & Reginæ*

conjugis, munita, egerit, posteriora & specialiora mandata per Abbatem Bernardum Bailium postea submissa, vel ideo attendere nequiverit, quod subscriptione regia caruissent, sicut ex nominatis scriptoribus sunt, qui nullum dolum aut delictum aliud, præter nimiam fidentiam, Philippo imputari posse tradunt. Ut autem de jure certum sit, mittentem tali casu satis obligari, dubium tamen esse poterat, *annon restitutionis in integrum beneficium locum haberet?* ita quibusdam videtur, quoniam mandatiorum delicto mandantibus læsionem contrahi, sine beneficio restitutionis, omni ævo iniquum habitum, & legislatione plerarumque gentium civili vetitum sit, mali quoque exempli & publice noxii res debeat haberi, si Regnorum & Rerum publicarum salus, à Ministri fide, qui corrumpi varie posset, suspendatur, in has angustias nunquam redactos esse Reges, nee redigi posse, denique & heic militare dicunt regulam perpetuam, *ubi læsio evidens, ibi restitutio*, non tam ex jure Justiniano, æquiritatis alias studiosissimo, quam ex ipso naturæ atque gentium jure, coortam. Aliis tamen quæ opponant, non desunt, & existimo ego, non posse extra præsentis casus definitionem dari, in quo plene æquiescas, pro varietate autem circumstantiarum utriusque partis rationes locum aliquando habere posse, si dixeris, absurdi nihil dixeris. Quæ alias disputantur annon bono fine legato liceat transgredi mandata, passim reperiuntur, neque eximie huc pertinent, ubi non in

univer-

universum delegatis, sed cum determinatione ad Imperii Status agitur, in quibus præsupponuntur generales istæ observationes.

IX. Ut ratione individui postea nihil possit excipi, *littera fidei*, vel *assertoria*, quas vulgo *credentiales* appellant, efficiunt, quales habere omnis generis & conditionis legatos necesse est. Equidem ob præsumptionem fidei integritatisque, in *Nobilibus* aliqui exceptionem ponunt, ac si his, si legati sint, quamvis litteras credentiales non exhibeant, fides tamen habeatur, vic. *nobilissimus. 3. dist. 97.* quorum nomina conduxit *Josias Noldenus de Stat. Nobil. th. 79.* sed secus esse, & non solum fundamentis *juris* destitui istam opinionem, verum etiam *praxi* in Imperio observatæ repugnare, præter *Schuzium V. 1. d. 9. th. 6. lit. d.* ostendunt *Kirchnerus de legat. 1, 7, 14.* & *Maurisius diff. de Nobil. th. 33.* Quædam de origine earum, *Benev. Straccha de asscuracion. gl. 11. n. 31. de obligatione* ratione scribentis *Trentacinquius var. resol. V. 1. l. 3. ref. 18.* ac *Nicolaus de passeribus de script. privat. l. 3. q. 5. tit. de literis credentia lib. n. 4. seqq.* annotarunt.

X. Aliquando etiam ubi periculum aliquod metuitur, nostris legatis speciatim, ex adverso conceduntur *littera salvi conductus* seu *passeporens*, quibus securitas promittitur legatis, ut ipsi cum comitatu rebusq; suis, non solum ad locum destinatum venire, ibique morari, sed & si forte prospero eventu caruerit negotiatio, eadem incolumitate domum reverti possint, quod in legationibus

tionibus pacificatoriis imprimis receptum est, in quam rem aliqua differuntur ab *Henelio* libello de *preliminaribus Tractatuum pacis* §. 14. seqq. Equidem inutilis videri posset observatio ista, quod jam antea ipso naturali ac gentium jure securitas hæc legatis quibusconque constet, divinoque ac humano præsidio ita sit munita, ut major aut perfectior obligatio, propria ejusmodi legationes mittentium recipientiumque conventionem reddi nequeat. ut enim non dicam generalius esse naturalis istius imo & gentium juris vinculum, variisque, in statu præsertim hostili, obnoxium exceptionibus, ut vanum non sit, fide expresse interposita calumniis omnibus viam præcludere, etiam huc valet, quod *Grotius de J. B. P. III, 25, 1.* dixit, justitiam sæpe in cæteris sui partibus habere aliquid obscuri, at fidei vinculum per se manifestum esse, imo ideo quoque usurpari, ut de negotiis omnis dematur obscuritas, unde quamvis ejusmodi conventio, obligationem ex naturalis ac gentium juris præcepto, de non offendendo aut violando legato, descendente, in se perfectiorem efficaciorumque non reddat, in respectu tamen ad casus humanos præsentis, adversus alios specialius jus nobis tribuit, novamque suppeditat medium, quo intercedente, præceptum aliud, de fide interpacientes data sitmiter servanda, incipit vim suam exserere, obligationemque producit, objecto quidem argumentoque in priori illa obligatione comprehensam, constitutione autem & effectu novam, dum

dum qui antea, sine ejusmodi securitatis literis, solo naturali aut gentium jure, nunc quoq; postquam eas concessit, ex sua conventionem proprioq; facto obligetur, adeo, ut si contra agat, non tantum in justitiam universalem peccet, transgrediendo legum præcepta, sed & particularis justitiæ reus fiat, jus ab humano promisso descendens infringendo, cujus ratione & de injustitia & peculiariter de perfidia admissa, auctori quidem & vindicæ utriusque legis ad luendam pœnam, læsæ vero parti ad præstandam satisfactionem insuper obstringitur, sicut amplius ista dijudicari possunt, ex principiis universalioribus ab *Obrechtio in sponsore pacis c. 1. §. 3.* suppeditatis, unde cautionem ejusmodi inuilem aut superfluam non esse, satis apparebit.

XI. Cæterum in expediendis harum literarum formulis plerumque multum temporis consumitur, cum in titulis præsertim eorumque minimis syllabis nimium sæpe soleant scrupulosi esse compaciscentes, quod multis speciminibus non solum novissimæ Noviomagensis, sed & superioris Westphalicæ pacificationis acta præliminaria, per novem & amplius annos, tracta, restantur, sicut operosæ istæ negotiationes apud *Londorpium Cont. part. IV. l. 1. c. 39. seqq. c. 49. 50. 51. 52. & part IV. l. 2. c. 1. seqq.* reperuntur, & eorundem opusculo tribus partibus distincto, ac *Præliminarium pacis Imperii* inscriptione A. 1648. edito, extant; in his autem transigendis Mediatorum opera consistit. sed ab Exteris quidem, lega-

tis

ris Statuum Imperii ad pacis Conventus, si quando hi inter belligerantes partes fuerunt, concedi debere ejusmodi literas expeditum est, an de Imperatore idem dicendum, dubitari posset, ob multas rationes, nisi præjudicium ipsius Westphalici Conventus haberemus, in quo præter Exterarum Coronarum, etiam *Electoris Trevirensis, Principis Caroli Ludovici Palatini, Ducum Brunsvicensium ac Lunenburgensium, Landgravia Hassia, omnium ac singulorum Imperii Ordinum, Gallia aut Suecia federatorum ac adherentium, Deputatis, Imperatorem, vi Tractatus Preliminaris, inter Conradum Luzovium, Plenipotentiarium suum, Claudium Memmium Gallicum, & Johannem Salvium Suedicum, Legatos, Hamburgi d. 15. 25. Decembr. A. 1642. initi, Salvi Conductus tabulas tradere debuisse, notum est, quarum exempla etiam *Londorpius* passim, & nominatim *Cont. part. V. l. 2. c. 57.* exhibet.*

XII. An autem his quoque, qui bello fuerunt impermixti, ejusmodi literæ debeant concedi, quando ad locum pacificationis legatos suos dimittere volunt, eodem tempore disceptabatur, in causa *Fœderati Belgii*, pro cujus legatis ab Imperatore tales petierat Rex Galliæ; sed existimavit Ferdinandus III. non esse necessarias, observantiam in suam quoque sententiam allegans, prout ex literis ad legatos suos *Colonia commaratos d. 25. Decembr. A. 1641. Ratisbonâ* scriptis, apparet; Was die jetzt genannte Niederländische Stände anlangt / haben selbige gang und gar keines

keines Gleids von nöthen/ ſinremahl mit welchem weder Wir / noch das Römische Reich einigen Krieg führt; gleichwie auch A. 1636. der verordneten Ständen Abgesanter *Foppius ab Aisama*, da ihm auff die *Instantz* und *Widerhaltung* des *Groß-Herzogen* in *Hetrurien* frey sichere *Geleits-Brieff* zu denselben *Tractaten* gegeben worden / hat er dieselben eben der *Ursachen* wider geben; quoniam tamen variæ petendi causæ possunt esse, & vero aversum proflus animum ostenderet, si quis, illi præsertim, quem hostem non habere profiteretur, tale quid denegaret, vel ex abundantia solent concedi, quod & Imperatorem postea Belgis fecisse constat.

XIII. Sed non tantum legatis, ad Congressus civilis, verum & Ecclesiasticæ pacificationis ergo institutos, missis, fidei publicæ literæ dari solent, inter illos, qui diversarum in causis religionis sunt partium. cum Concilium Tridentinum indiceretur, circa salvi conductus formulam; Legatis Statuum Imperii Protestantium concedendam, multa iterum fuit disputatio; promisit eam dare Carolus Imperator, sed cum viderent illi, quam periculosum sit, securitate ab Imperatore concessa niti velle, quâ in Concilio Constantiensi A. 1414. Sigismundus Imperator Johannem Hussum quoque muniverit, qui tamen cum comparuisset, in carcerem deductus, damnatus crematusque fuerit, expressâ quoque lege postmodum latâ, ne servetur fides hæreticis aut de hæresi suspectis, licet fide publica *Cæsaris*
ad

ad Synodum venerint, quippe qui jurisdictioni Ecclesiasticæ Pontificis Romani præjudicare, eamque impedire non possit: quare alieno periculo cautiores facti, eo acquiescere noluerant, præsertim cum & in Wormatiensî Conventu, quo, literis assecurationis, ab eodem Carolo V. Cæsare acceptis, venerat Lutherus, ex Ipsis Ordinibus, Pontificiæ religioni addictis, non defuerint, qui Constantiensis Concilii decretum & vestigia heic voluerint sequi, eique, quod pro hæretico haberetur, fidem minimine servandam esse dixerint, uti famam tum fuisse *Sleidanus Comment. lib. III p. 56.* annotavit: petierunt igitur, provideret Imperator, quo illa Constitutio abrogaretur penitus, vel suspenderetur, aut qui sunt Tridenti proceres Ecclesiastici, fidem simul suam, comuni Concilii nomine, interponerent, sicut in Concilio quondam Basileensî factum sit: ubi quidem annuebant primum Concilii Patres, sed de cætero mira vacillatione conceptam cautionem adornabant, ut Saxonici ac Wurtembergici præsentis legati coacti fuerint, pleniorum certiorumque urgere formulam, eique plane similem, qualis in Basileensî Concilio Bohemis esset data, quod quidem in suam Conciliique injuriam explicavit Pontificis legatus, ac si ita Concilio non fiderent protestantes, aliter tamen postmodum concipiebatur, cujus copiam Cæsarei legati protestantibus, antequam expediretur, ostenderunt, cumque nec sic satis idoneam judicassent isti, rejecerunt penitus, multisque argumentis

quid

quid desiderarent, exposuerunt, de quibus inter ipsos etiam pontificios legatos, Mantuanum, & Simonetam, diversæ oriebantur opiniones, quorum ille nonnihil indulgentiorem, hic magis severum se protestantibus exhibuerat, durabatque ista disputatio, donec Concilium penitus finiretur, quemadmodum hæc omnia apud *P. Suavem Histor. Concil. Trid. libr. 4. & Sleidanum Commentar. libr. XXII. XXIII.* prolixius reperiuntur consignata.

XIV. Aliquando etiam legatis Statuum ad Comitata, aut similes Conventus Imperii, speciales salvi conductus literæ solent concedi, si nimirum *in bannum declarati*, innocentiam ostendere velint, aut ad amicam rei, ob quam ejusmodi pœna fuerat irrogata, compositionem, admittantur; observationis utriusque specimina habemus, illius quidem in Civitate Bremensi, cujus legatis publicæ fidei ad Comitata A. 1653. indulgentiæ tabulæ apud *Londorp. Cont. part. VI. 5. c. 19.* reperiuntur: posterioris vero, in Domo Electorali Palatina, cujus Principibus, Carolo Ludovico, Ejusque fratribus ac sororibus, Friderici Palatini filiis filiabusque, Eorumque Matri, pro legatis suis ad congressum, Ratisbonæ A. 1641. d. 6. Maji. definitioni exortarum controversiarum constitutum, mittendis, à Cæsarea Majestate concessas salvi conductus literas, paulo ante nominatus liber *preliminarium pacis Imperii part. 1. Tract. 12.* exhibet.

XV. In Conventibus Circularibus illis, qui rei

2

mone-

monetariæ causa instituitur, publica Imperii sanctione constitutum est, ut legati Statuum, eorum Comites, aliique eodem mittendi, speciali ab Imperatore ac Imperio securitate indulta salvoque conductu muniti existimentur, quemadmodum ex *Edicto Monetali*, sub titulo *Käysers Ferdinands neuer Münzordnung*. A. 1559. Augustæ Vindelicorum promulgato, §. 160. apparet, iis verbis: Damit auch die Probation-Tag/desso statlicher besuchet werden / so wollen Wir und meinen hiermit ernstlich / daß die Räte / Münzmeister / Wardein / und andere / die die angereate Tage zubesuchen geschickt werden / alle / und Ihr jeder besonder / zu einer jeglichen Zeit / unser und des Reichs frey gestreckt Sicherheit und Geleid / zu / auff / und von solchen Probation - Tagen haben / und ihnen dasselb stet / fest / und unverbrüchlich gehalten werden soll / ben Vermendung Unser / und des Reichs schwere Bnignad / auch Peen und Straff / in Unserm Käyserl. Land - Frieden begriffen: Quod hanc tamen habet limitationem, ut quamptimum aliquid adversus Edictum illud Monetale committant, securitate ista priventur, ac pœna pecuniaria aut corporali eris, pro qualitate delicti, affligi possint, prout eandem *Maximiliani II. Münz. Proclama.* d. 21. Jan. A. 1671. Pragæ, & alterum, *Cæsareæ Majestatis ac quatuor ad Rhenum Electorum nomine*, ejusdem anni d. 24. Septembr. Francofurti publicatum, dissette exprimit.

XVI. In *Electorum Legatis* ad Comitiam Electoralia,

Electoralia, peculiari Caroli IV. privilegio obtinet, quod à quolibet Statuum per territoria sua, & ultra etiam, si longius poterit, jure forte conducendi per alienum quoque districtum, præscriptione, pacto, aliaventione acquisito, necessario debeant conducì; unde distinctio conductus liberi & necessarii seu præcepti, apud Struchianam *Dissertation. Jur. Publ. XI, 4.* explicata. cujus præstationis tanta est necessitas, ut ob ulla inimicitias aut contentiones & guerras eandem, prout alias in hostium legatis fieri potest, observante *Marselaero L. 2. c. 12.* detrectare non liceat, sub pœna amissionis suffragii, pro ea vice, si sit Elector, qui conductum deneget, perjurii vero, & amissionis omnium feudorum ac possessionū banique Imperialis, in cæteris Ordinibus, quam quis ipso facto, sine declaratione & sententia incurrat, quemadmodum multa diligentia super his disponit *Aurea Bulla cap. 1.* ejusque juris partes, præter Commentatores, insigni *dissertatione*, sub titulo *Conductoris Carolini*, explicavit *Bæckerus*. Perinde autem debetur iste salvus conductus, si ve Electores eum petierint insuper, si ve non: quidem visum aliquando fuerat *Linnæo*, distinguendum esse inter Electores ipsos, & Electorum Nuntios, ad eligendum Cæsarem profecturos, eo fine, quod illi petere debeant securitatem, hi non debeant, verum ubi perpenderit, verba *A. B. C. l. §. quisquis. 4. si ve conductum petierint, si ve etiam non duxerint exigendum*, haud commode ad nuntios, melius ad Electores referri: mu-

tasse se sententiam tradit ad *A. B. d. obs. 3. n. 2.* qui præterea *moris* fuisse & adhuc esse, observat, ut Elector, utpote principale agens, possit petere conductum, pro se, vel Nuntius suis, vel eum omnino non petere, Nuntios autem pro se petere *moris* non esse; ubi ea tamen differentia intercedat, ut Electori petenti saluum conductum, specialis debeatur, non petenti autem generalis nihilominus præstanda sit securitas. Ex parte Illorum à quibus conductus petitur, *A. B. d. cap. 1. §. ad præmissorum. 7.* requirit, ut ad majorem firmitatem & certitudinem ampliorem, isthæc omnia literis, & juramentis suis firmare, & ad ea bona fide, ac sine dolo implenda efficaciter se obligare debeant: sed illud *moribus* huc usque post constitutam pacem publicam, in Imperio observari, ut juramentum assecurationis non petant Electores, solumque requirant conductum, annotat, & ex formulis literarum petitoriarum probat *idem Limnaus ad A. B. d. l. obs. 4. n. 4. & obs. 10. n. 1. 2.*

XVII. An vero & hic saluum conductum præstans, teneatur ad damnâ per latrones transseuntibus legatis illata, quæti posset, cum non suo arbitrio, sed ex legis necessitate iste concedatur. Verum eo non obstante, propter communis juris regulam *l. 7. ff. de incend. ruin. naufr. l. 1. §. 12. de offic. Præf. Urb.* etiam Imperiali Constitutione. *R. X. in Augsp. de A. 1559. §. Als wir auch. 33. & 34. R. X. in Augsp. de A. 1548. §. ferner. 20.* repetitam, & Spirensis Camera observantia roboratam, quod præter *Gailium l. obs. 64. n. 1.* ac *Mynsin-*

Mynsingerum V. obs. 70. testatur ἀυτοῦτης *Rosen-
thalus de feud. c. 5. concl. 22. & Sixtinus de regal. l. 2.
c. 2. n. 35.* affirmandum censeo. Confer. *Limn. ad
A. B. c. 1. §. 4. obs. 4.* ubi distinctins ea res proponi-
tur, quæ perpetuam habet exceptionem, nisi
spoliatus à via publica deflexerit.

XIIX. Cæterum in conductu libero si legatus
eum non rogavit, inttavitque clam provinciam
alterius status, an ut suspectus detineri possit, di-
sceptatum est superiori seculo, in causa Legati
Ducis Brunsvicensis, ad Electorem Moguntinum
missi, à Landgravio autem Hassiæ intercepti,
multis contractis scriptis invicem editis, qualia
Horstaderus von Bischof. T. R. l. 4. c. 5. seqq. colle-
git, in summam vero contracta, juridicoque il-
lustrata judice recensuit *Struachius Dissert. Jur.
publ. XI, 2. seqq. & XV, 1. seqq.* affirmavit Landgra-
vii observantia in Imperio recepta id obtinere,
ideo ut nec Cæsaris legati excipiantur. Et ex Do-
ctoribus nostris *Mevius ad Jus Labec. lib. 1. c. 1.
n. 6.* idem tradit ex *Consuetudine* valere, non
ex *Jure Gentium*, hoc enim permittere liberum
usum maris, fluminum, viarum publicarum, id-
circo quod jure licet, non demum precibus im-
petrandum esse; posse vero Principem juri gen-
tium, in suo territorio, ex causa salutem publicam
concernente, derogare & eam libertatem re-
stringere; quæ quidem facilius ad transitum
multitudinis numerosæ armatæque applicantur,
quam legati, paucis comitibus stipati, quæ omni-
no extra casum publicarum turbatum, aut alia-
rum

rum circumstantiarum, detineri non posse arbitror; exemplum allegatum regulam non facit, sed potius ex Statu illorum temporum admodum vario periculosoque, debet excusari, quem admodum im warhafften Bericht Eurfürst. zu Sachsen und Landgr. zu Hessen wegen Aufhaltung des Braunschweigisch. Secretarii, fere innuitur, quando ad certum casum ista observantia restringitur, iis verbis, in gefährlichen sorglichen und Kriegszeiten mögen Legaten besuchet / und Ihre Briefft erbrochen werden. sed multatio concurrens, quae specialiore requirunt considerationem, nunc non suscipiendam.

XIX. Quoniam vero legatio personale munus est, quale sine aliquo gerentis detrimto debet perpetrari, vid. l. 18. §. 12. C. de numeris. & honor. itaque, etiam apud Graecos, his qui legatione funguntur, *legationum*, hoc est, quisquid ad necessitatem victus, sine itineris, sine ad honorem pertinet, suppedisari solet, quo quantum referantur, specialius notat *Movius alleg. Comment. ad Jus Lomb. l. 1. §. 10, 20. seqq.* quoniam enim in Principis sui territorio degunt, a provincialibus Magistratibus alimenta, & hujus generis caetera praebentur, publicis plerumque diplomatis ideo directis, quo quemque modo excipere oporteat, qualia fere fuerunt *Fractaria*, sub *Romani* non solum Principibus, de quibus peculiares, utroque Codice, & Theodosiano VII, 6, & Justiniano. XII, 52. tituli extant: Sed

Francisci

Francicis quoq; Regibus recepit, quas, & *mansions* dicebantur, in quam rem eruditam habemus annotationem *Hieronymi Bignonii ad Martensii form. l. 13.* ut ut hodiè apud Nostros frugalitatem eam, qualis isto fuerat ævo, nusquam repereris, sicut satis constabit, si hodiernæ hospitum rationes, cum *dispensa missorum* regionum in *Capitulis Francicis l. 4. c. 74.* descripta, conferantur. In aliena autem Regione commorantibus, duobus fere modis sumtus imputantur, velenim initio statim, una cum instructionis literis, regula præscribitur, quantum singulis diebus, mensibus, annis, ad sui comitumque suorum, quorum numerus quoque definitur, sustentationem erogare velit Princeps, ut eo fine res suas componere possint, qui modus ab Exteris potissimum frequentatur sicut specimina in *fœderati Belgii Ordinibus Diar. Europ. part. XVI. Append. p. 302. & part. XIX. p. 121.* reperiuntur, vel fidei legatorum simpliciter relinquitur, disponere de pecuniis ac impensis, prout necessitas muteris, mittendisq; dignitas postulaverit, ita tamen ut finita legatione earum reddere teneantur, & hic quidem modus majorem requirere videtur curam, ne ex una parte luxus, ex altera sordities quædam, ubique tamen splendor officio condignus, appareat.

XX. Et quoniam solenne alias est, ut magnorum Principum legatis res necessariæ majori ac aliis vendantur pretio, quod non deceat eos tanta solertia mercari, ideo ex dispositione *A. B. c. 1. §.*

decernentes. 3. id peculiare habent Electorum legati, quod profecturis iis ad electionem Caesaris, omnium Statuum, quorum fines transeunt, cives atque subditi, *visualia in communi pretio atque cursu pro suis hominumque suorum necessitatibus vendere seu vendi facere, conquantur.* gravissimâ in secus facientes pœnâ ibidem constituta. Equidem quod *hodiernos mores* attinet, Electorales legati dum per territoria Statuum iter faciunt, à territorii Dominis, Principalium suorum agnatis vel amicis, benigne excipiuntur tractanturq; non lege, sed civitate atque affectione id requirente, unde fit, ut alibi sine omni dispendio transeant, alibi cum modico, prout Civilitati Statuum respondent vires patrimonii & opulentia, alibi arbitrario, quando Civitates Imperiales pertranseunt, communiter festiva gratulatione excipiuntur, illisque in signum grati adventus offeruntur certis mensuris, vinum, avena, pisces, prout annotavit *Linneus ad A. B. d. l. obs. p. 6.* quæ omnia ad quoscunque, cæterorum etiam Statuum legatos usus nunc derivavit, sed hæc quidē ad solennia ipsius missionis pertinent.

CAPUT. XIII.

De intimatione adventus, solenni receptione, hospitalitate publica, legitimatone, aliisque solennibus circa admissionem legatorum Statuum, tam apud Exteros quam in Imperio receptis.

I. Qua-

- I. *Quanam circa admissionem legati solennitates observentur.*
- II. III. IV. *Diversa Exterorum populorum instituta in receptionibus legatorum recensentur.*
- V. *Ut & in hospitalitate, qua in dies aliquot impensis publicis habentur.*
- VI. *In Gallia receptio solennis nec Electoralibus nec Principalibus legatis conceditur.*
- VII. *Attamen in Polonia, Anglia, apud Batavos.*
- VIII. *Quid obtineat in Aula Casarea.*
- IX. *Inter Status ipsos invicem.*
- X. *In conventibus Imperii publicis.*
- XI. *In Comitibus Electoralibus.*
- XII. *Legitimitio persone quomodo fiat apud Exteros.*
- XIII. *Quomodo in Imperio, in aula Casaris, ac Statuum.*
- XIV. *In Comitibus fit apud Directorium Moguntinum.*
- XV. *Et majoris respectus ergo apud Casareum Commissarium.*
- XVI. *An apud Moguntinum Directorium legitimitio in propria persona necessario facienda, an per Secretarium quoque fieri possit.*
- XVII. *In ceteris quoque Conventibus apud Directorem expeditur.*
- XVIII. *Quid in Concilio Tridentino super legitimitatione Protestantium legatorum disputatum sit.*
- XIX. *Discussio Plenipotentie qualis,*

I. Circa

I. Circa *admissionem* vero, quædam sunt actus *transcæntis*, ut non nisi semel in legatione contingant, quædam *permanentis*, quorum præstatio quavis oblata occasione repetitur. *Prioris* generis sunt *adventus intimatio*, eamque secuta *solennis receptio*, *legitimatio persona*, *mandati aut plenipotentiæ discussio*. solent enim appropinquantes legati notum facere adventum, ubi à Principe obviam mittitur aliquis, cujus curâ & hospitium legatis expediretur, & omnia quæ ad commoditatem opus essent, præberentur, sequitur postea *receptio*, qua sub primum ingressum majori cum pompa & splendidiorè comitatus apparatus excipiuntur retinenturque cum familia universo in dies aliquot impensis publicis. Quod jam olim apud *Romanos* obtinuit, uti sub libertate *Quæstor* mitti solitus est, quod exterarum gentium legatis, donec monebant, ex publico ærario sumtus decernebantur, sicut mores istos Romanorum non solum, sed & Atheniensium, & aliorum populorum veterum, prolixius descripsit *Carolus Paschalinus legat. c. 35.*

II. Hodie, si de *Exteris* sermo sit, pro diversitate Regnorum ac Rerumpublicarum, diversa quoque Receptionis hujus sunt instituta. In *Gallia* peculiare munus est *Introduktoris legatorum*, cui plerumque, aliquando etiam Secretario Status, negotiis externis expediendis præfecto, notum faciunt adventum, qui postea à Rege mandatum super receptione accipit, fitque illa loco quodam non procul Lutetia Parisiorum sito, ubi
ex

ex Ducibus, Paribus, vel etiam Mareschallis Franciæ aliquis, Rheda Regis, Reginæ, aliorum Procerum, Introductorem comitatur, atque ita legatos ad ædes ipsorum receptioni destinatas conducunt, quos illico Regis nomine Princeps fere Cubiculariorum, Reginæ autem, Regis fratris, Ejusque Conjugis nomine, alius ex præcipuis Ministris suis salutat. sed hæc non nisi in exemplis rectius cognoscuntur, qualia in confirmationem rei, alias extra disciplinæ regulas positæ, subinde allegabimus, specimina ejusmodi Receptionis in *Aula Galliarum* observata in legationibus variis eodem missis, *Diar. Europæum* passim exhibet, nominatim vero in *Belgicis* A. 1666. A. 1670. *part. VI. p. 139. seqq. & part. XXIII. p. 222. Sæcica* itidem A. 1666. *part. XV. p. 382. Polonica* eodem Anno. *part. XV. p. 389. Anglica* A. 1669. *part. XX. p. 445.* reperiuntur. In *Hispania* eodem fere modo se res habet: conf. exemplum receptæ legationis *Venetæ* A. 1667. ad Aulam eam missæ *Diar. Europ. part. XVII. p. 263.*

III. In *Anglia* summus cubiculi sacri Præfectus receptionem injungit, quæ fit à Magistro ceremoniarum, qui Introductoris officio fungitur; excipiuntur autem legati naviculis Regiis, & postquam terram attigerunt, ad portum Turris Londinensis, Rheda Regia, quam nobilitum plures comitantur, per meditullium urbis vehuntur ad ædes singulari cura paratas, ibique in dies aliquot magnifice & opiparis edulis tractantur. Deducit autem Regios quidem legatos,
admi-

ad minimum Comes, Ducales vero & à Rebus publicis missos, Baro. quod *Houvelius* Anglus *Tr. de Legat.* §. 8. notavit. adde exempla receptionis, in legatione *Belgica* A. 1660. A. 1667. A. 1674. *Diar. Europ. part. VI. p. 72, 73. part. XIII. p. 625. part. XXXI. p. 483. Danica. A. 1669. part. XXI. p. 57.* Consueverunt alias, sicut in Cæsarea, Gallica, aliisque aulis, ita & Londini, commorantes cæteri legati, noviter appulsum, rhedis suis inde à Porta Turris comitari, sed cum subinde ortæ essent ob præcedentiam rhedarum contentiones, & præsertim A. 1661, d. 10. Octobr. dum legatus Suecicus, Braheus Comes, introitum pararet, inter Hispanicum, Baronem de Batteville, & Dominum d' Estrades, Gallicū, legatos, armis decertaretur, vincente tandem Hispano, qui dissectis rhedæ Gallicæ funibus, ipse loco funium catenas corio obductas habens, absque impedimento progrediebatur, *Editum Regis* prodire, quæ cavebatur, ut omnes Exteri legati in posterum comitatem illam, mittendi rhedas suas, in Introductione novi legati, omitterent, prout apud eundem *Houvelium* præscripto loco notatum est, totius autem rei series, & declaratio Hispanica, Galliarum Regi, per Matchionem de la Fuente, legatum Hispaniarum Regis, facta, exhibetur in *Londorp. Contin. part. VIII. l. 9. c. 136. Diar. Europ. part. VII. p. 485. 86. part. IX. pag. 249. & prolixius part. XXIV. p. 343. 344. add. Auzer. des memoires p. 339. seqq.*

IV. In *Suecia* recipiuntur legati per duos Senatores

natores & Magistrum ceremoniarum, conducunturque ad ædes, publicæ ipsorum tractationi destinatas, & quam primum ibi advenerunt, à cæteris quoque Senatoribus nomine Regis salutantur. Apud *Fœderati Belgii Ordines* præcipuè quoq; observantur solennitates, postquam enim notum fecerint adventum legati, mittunt Status ex officialibus aliquem, Aulæ Magistri titulo, Roterodamum aut Lugdunum, unde frequentiores viæ Hagam Comitum ducunt, mandantque, ut condigne suscipiat illos conducatque; voluerunt quidem aliquando hoc intermittere Ordines, sed restiterunt valde Gallici Hispanique legati: appropinquantibus deinde ad quartam fere milliarii partem, obviam procedunt duo ex concilio Statuum Deputati, multis stipati Rhedis, ex quibus illam conscendunt legati, quæ *secunda* Statuum Rhedæ nomen fert. Olim Aurantiæ Principum id munus fuerat, sed Fridericus Henricus, Princeps abrogavit, frustra requirerentibus iterum Gallis; imo & postea loco Deputatorum, ex Nobilibus aliquem submittere volebant, nisi & hic repugnassent Gallici ac Hispani legati, quod majoris honoris esse existimaverint, si ex Senatorum Ordine, quam horum subditis, aliqui eos exciperent. Postquam ad ædes suas pervenerunt, ex singulis Provinciis Unitis singuli mittuntur Deputati, salutatum legatos, qui & perpetua benevolentiae signa iis exhibent, exempla receptæ hæc legationis *Suevicæ* A. 1667. *Diar. Europ. part. XVII. p. 240. Lusitanæ.* todem

eodem anno. *part. XVIII. p. 185.* extant. inprimis autem *Romana*, cæteræque *Italia Principum*, aulæ, scrupulosæ nimis sunt in ejusmodi legatorum receptionibus, quod quidem per partes signare, nihil attrinet. si quis prolixiora desiderat, ei ad eundem fuerit *Autor des memoires*, qui ut cæteras hujus generis ceremonias, ita in receptionibus quoque varios variarum nationum mores, inde à *p. 451. seqq.* multa diligentia descripsit, illustravitque exemplis, ut primariam in hoc argumento operam libello suo præstitisse non immerito visus sit.

V. Circa hospitalitatem, qua sub adventus initium publicitus excipiuntur legati, iterum diversæ observantur consuetudines. In plerisque Regnis peculiare hac fine constitutæ sunt ædes publicæ, qualium nomen Romæ olim *Græcostasis*, in Græcia *πρωτωνίων* fuerat; sed & cibi apparatus & exquisitiores instruuntur, quibus consumendis ex præcipuis Ministris Regiis aliqui Comites adsunt. Olim quamdiu aderant legati, impensis illius ad quem missi fuerunt, habebantur, sed hæc consuetudo nunc penitus est abolita, nec libere tractantur illi nisi ad primum audientis diem, qui plerumque tertius aut quartus a receptione esse solet. Exceptionem tamen faciunt Magni Ducis Moscoviæ legati, qui istam hospitalitatem toto tempore adhuc prætendunt, quod apud se Magnus Dux eandem aliorum quoque legatis exhibeat, in quam rem in aula Gallica A. 1653. adveniente a legato Russico, habitam deli-

deliberationem novimus. In *Anglia* olim apud Regem comedebant; eademque cum illa sedebant mensa, sed cum vidisset Carolus I. Rex, legatos suos apud alios Reges atq; Republicas liberas non pari habere civitate, sustulit illā consuetudinē, constituitq; ut eādē ac in aliis audis ratione separatis ædibus tractarentur, sicut Aloisius Contarenus, Venetæ Republicæ, & Albertus Joachimus, Belgii fœderati, legati, A. 1627. in *Angliam* missi, ultimi fuerunt, quibus apud Regem honor iste habebatur: In *Suecia* duo isti Senatores à quibus receptio facta est, una cum officialibus militaribus aliquot primo die cibum capientibus legatis adsunt, idem secundo observantur, tertio autem majore splendore instruantur epulæ, ac plures quoque Senatores alique officiales accedunt, quarto demum primi isti Senatores duo, magno rhedarum numero, ad audientiam illos deducunt. In *Hollandia* alias ædes habent Extraordinarij, alias Ordinarij legati huic solemnitati paratas, quod si jam occupatis sint istæ, novique superveniant legati, aliæ conducuntur, quas toto legationis tempore hi retinent; sed & heic tribus diebus, magnificæ publicis impensis præbentur dapes, semperque prandentibus cœnantibusque legatis intersunt, qui initio adventus ex singulis provinciis salutarum eos venerant, Deputati; interea nec legatorum aliorum visitationes recipiunt, nec ipsi aliis præbent, effluxo autem tertio die vicissim *Aulæ Magistros*, ab Ordinibus Belgii huic suæ receptioni

ceptloni tractationique constitutos, simili afficiunt honore, nummosque illis tradunt, ministris suis distribuendos. Verum utur communiter hæc ita se habeant, in regulam tamen certam perpetuoque valituram non possunt componi, neque enim est populus, quin libertatem in his aliquam sibi relictam arbitretur; quod adeo verum est, ut & A. 1649, Batavi non dubitaverint expressa, ut vocant, Resolutione constitutere, ne Ambassadors, & Residentes Coronarum in posterum publicis sumptibus tractentur, prout notavit *Autor. des memoires. p. 493.* quam tamen in desuetudinem abiisse, vel potius usu observatam non esse, tum ibidem tum alias allegata exempla facile mihi persuadent. Cæterum novimus etiam specialibus pactis ac conventionibus publicis aliquando inter Reges Principesque summos, circa acceptiones tractationesque legatorum mutuas, solere conveniri, quemadmodum specimina habemus, in *Tractatu inter Regem Dania & Prote. Boron Angliæ d. 15. Septembr. A. 1654. Londini inito, artic. XV. apud Londarp. Cont. part. VII. l. 7. c. 95. in Pacificationis inter Suecia Regem & Magnum Moscovia Ducem d. 20. Jan. A. 1661. contra-ctæ Instrumento, art. 16. vid. Diar. Europ. part. VII. p. 166. iterumque in pacis Trecentalis Tractatu, inter Regem Republicamque Polonicam & Magnum Moscovia Ducem d. 30. Jan. A. 1667. Andruscoviæ factæ, artic. XX, & XXI. ubi numerus quoque personarum publicis impensis excipiendarum definitur, & ut legatis victualia necessaria pro*

ria procentum personis, & quinquaginta quatuor equis: ablegatis procentum personis & quindecim equis subministrantur, si quæ supernumeraria persona in comitatu fuerit, ea specificetur, suisque vivat sumptibus, constituitur, ut exemplum à *Breviario Tractatibus Historicis part. 1. p. 253.* insertum, docet. Quod diversa quoque legatorum genera attinet, si juris regulam respiciamus, *Ambasiadoribus* tantum deberi videntur istæ solennitates, eo quod characteri repræsentatio adherere ac propria esse dicantur, vidimus tamen aliquando etiam ablegatos & solenniter receptos, & publico hospitio exceptos, prius quidem in *ablegato Extraordinario Suecico A. 1675.* in Galliam misso, de quo *Diar. Europ. part. XXXII. p. 142.* testatur. posterius vero in *ablegato Russico A. 1653.* itidem in Galliam dimisso, quod observavit *Autor. des memoires. p. 462. 63.* Atque hæc propterea existimavimus alleganda, ut in applicatione ad legationes Statuum Imperii, eo facilius reddatur dissertatio, negatoque aliquo, non omnis denique solennitatis istius honor debeat.

VI. Nam quod Nostros attinet, negari utique nequit, apud *Exteros* quosque, non pares Eorum, ac aliorum Principum legatis solet, exhiberi honores. In *Gallia* enim receptionem solennem obtinere nondum potuerunt *Electores*, etiam si titulo *Ambasiadorum* missi fuerint, & multo minus *Principalibus* concederetur; unde qui *A. 1638.* eo venerunt *Electoris Bavariæ, Maximilianii,*

liani, *legati*, mutarunt personam, & novo mandato accepto, *ablegatos* egerunt, prout ex *Autor. des memoires. p. 77.* discimus. cujus quidem difficultatis causas indagare voluit *Furstenbergius Commentarii suis. 36.* quod eo tempore Richelius rerum potiebatur, immodicus aliorum contemptor, & qui Principibus sanguinis Regii, atque Electoribus Imperii, ne apud se quidem potiorum locum dabat, præterea Bavarus pro Gallorum hoste haberi poterat, cum illius potissimum arma in superiore Germania Vinariensibus Gallico stipendio merentibus opponerentur, ab eo autem tempore, se neminem Electorem scire, dicit, qui Ambassiadorem miserit in Galliam, quos tamen, si id aliquando, captata commoda occasione, fecissent, forte quod tunc negatum erat, non ægre à Mazarino, in hoc genere facilitate, obtenturos fuisse credit. Interea *publicis Regis impensis* heic quoque *Ablegatos* Electorum tractati, exemplum Bavarici Anno .1676. eodem missi docet. vid. *Diar. Europ. part. XXXIV. p. 388.* sed de negato Nostris introitu eo minus mirari debemus, cum nec Sabaudis aliisque Italiae Principibus, quibus tamen majora longe indulgere solet Rex Christianissimus, ille sit concessus, sicut eodem prorsus modo, Sabaudicum *Ambassiadorem*, Marchionem de Villa, A. 1660. in Galliam venientem, cum solennes receptionis honores eidem concedere noluerant, partem quoque eorum accipere noluisse, sed dissimulata persona Lutetiam Parisiorum ingressum, Princi-

Principis sui negotia, non alia quam *publici Ministri* qualitate vestitum, gessisse, annotat *Antony des memoires* p. 45. & *Diar. Europ. part. VII* p. 2. ut ut quæ ab eodem Duce A. 1667. mittebatur legatio, recepta publice dicatur in *Diario Europ. part. XIX* p. 55. quod de aliquo forte receptionis honore intelligendum est, quam nec Nostris puto negaturi essent Galli.

VII. In his tamen Alii populi faciliores se præbent, siquidem in *Polonia, Electoralibus* quidem plene istum exhiberi honorem, vel exemplum Brandenburgici Electoris testatur, cujus legatos A. 1670. missos, per Generalem Nockum & Litaviensem Referendarium receptos, & rheda Regis deductos esse, tradit *Diar. Europ. part. XXIII* pag. 9. quanquam enim negatum sit alterum petiturum, quo istam solennitatem per Senatores Regni fieri contenderunt, eâ ratione usi, quod cesaria Electori in Borussia Souverainitate, aliter prorsus haberi debeant Ejus legati, quam eo tempore habebantur, quo Vasallus Regni Polonici fuerat; Id tamen ad modum receptionis tantum attinet, jus ipsum vero minime dubium reddit, cum idem quoque fœderati Belgii Ordinibus, in legatione eodem anno missa, fuerit denegatum, sicut ex *Diario Europ. d. part. XXIII* p. 96. apparet, quibus tamen hoc jus, iisdem ac Regum legatis concedi solet honoribus, ubique sine ulla contradictione competit. sed & *Principum* heic parem causam esse, probant specimina legationum varia, præsertim novissime A. 1669.

A. 1674. à Duce Neoburgico missarum, quas iisdem ceremoniis ac pompa, ac Gallicus, receptas, *Diarium Europ. part. XXXI. p. 157.* luculenter docet, sicut nec alia ullâ solennium observatione à Regiis distinctas eas fuisse, notatur apud *Furstenberg. c. 62.* In *Anglia* idem procul dubio contingeret, cum & Hanseaticos, adeoque Imperialium Civitatum ablegatos, pari modo recipi constet, hoc saltem observato discrimine, quod Legati alii curru Regis, hi vero in rheda supremi Cibicularii deducantur. Nec de *Suecia* dubitò, postquam etiam transeuntibus *Hollaticis* legatis, in *Moscoviam Persiamque* destinatis, ad *Narvam* urbem *Suecicam*, tanto comitatu una ad urbem leuca obviam venerunt, deduxeruntque illos multo apparatu, displosis etiam cum intrarent tormentis. Apud *Batavos* constat *Electoralis* nulla re à Regiis legatis distingui, ideo nec quoad receptionem distinguuntur, & quoniam decretum, quod in publico Ordinum Confessu d. 3. Octobr. A. 1676. factum tradit *Furstenbergius*, Jus legationis in solidum, hoc est legatos cum summi characteris honore mittendi facultatem, in *Principibus Germaniæ* agnoscit, ideo quod suprematui indissolubili nexu cohereat, qualis suprematus Principum non magis in controversiam venire possit, quam ipsorum Regum *Galliæ & Sueciæ*; nec super hac, de qua quærimus, solennitate, ceu characteri representatio connexa, aliter forte apud se judicabunt. Neque *Principes Italia* difficiles erunt, postquam etiam

Romana,

Rome, Melitenſibus, quorum ſupremus Magiſter inter Principes Eccleſiaſticos, adeoque Status Imperii connumeratur, eundem exhiberi honorem viderint, exemplo legationis A. 1671. miſſæ, deſcriptæq; *Diar. Europ. part. XXIV. p. 228.*

IX. Sed quid de miſſionibus in Imperio diſſemus? ſicut olim ſtante Republica Romana, legationes externe eorumque qui ſui juris, per omnia, eſſent, à domesticis, hoc eſt Italicis ac municipalibus, ſecernebantur, ac recipiebantur quidem utraque, ſed diverſa prout ratione, quemadmodum explicatum eſt à *Paschalo de legat. c. 40.* Ita in noſtra quoque Republica aliqua licet huius inſtituti reperire veſtigia, quando domesticorum ſere rationem habent Statuum legati ad Cæſarem præſertim miſſi, ut non tanto ſubjectionis gradu, ac municipales iſti, ceperit poſſint, nam in aula Cæſarea utique non prætendunt Status, ſuis eodem, ac Exteriorum ſupremorum Principum legatis, exhiberi honores, cum & in his alias differentia conſtituatur inter negotia, ob quæ legati mittuntur, an veniant ut à Rege, an ut à Vaſallo, vel Principe Imperii, unde cum A. 1662. Rex Sueciæ ſolennem ad Imperatorem deſtinaret legationem, ob confirmanda ſibi Germaniæ feuda, ei ſolemnis introitus in urbem Viennam negabatur, quod veniret à Vaſallo, non tanquam à Rege; ſicut antea quoque A. 1652. eadem diſciplina, adverſus Suecos retinebatur, in quam rem quædam Principis Dittichſteinii, & Ochſenſtirnæ Comitum literæ mutue extant, *Longe*

derpio Cont. p. VII. l. 5. c. 6. 8. consignata, cum enim Illi eam Cesareanz aulis consuetudinem sibi gravem existimare vellent, in confirmationem amplio- rem *observantiam* aliorum quoque populorum allegaverat Dirrichsteinus, es were bekant/ was der Tractamenten halben zwischen einem Königl.ichen Formal-Vortschaffter / und einem Lehentrager für ein unterschied zu machen / und das andere Könige in solchen Fällen kein Bedenken getragen / die Actus Vasallagii von andern Tractamenten / in Erdenz. Schreiben und sonst jederzeit zu distinguiren. quod ad regulam juris pertinet: solere tamen quandoque etiam in causa Vasallagii dimissis legatis plenum receptionis haberi honorem, exemplo legationis à Duce Curlandiz A. 1670. in Poloniam missæ, apparet ex *Autore des memoires. p. 344.*

IX. Quod *Status inter se* invicem attinet, non quidem tam scrupulosa ceremoniarum observatione, quam Exterorum aliqui solent attendere, sed aliquo tamen, sæpius prolixo apparatu, legatos ad se missos recipiunt. de legatione Collegii Electoralis A. 1658. ad Elect. Brandenburgicum adornata, testatur *Protocolium*, vid. *Diar. Europ. part. VII. append. n. 2.* maxime autem heic variatum constat, prout nempe affectus in mittentem, aut aliaz temporum, causæ, personarum rationes postulasse visæ sunt. Communiter ita fieri consuevit, ut ex præcipuis Ministris, genere Nobilibus, obviam mittantur aliqui, curru Principis aliorumque, plerumque etiam equitum turma stipati,

stipati, qui appropinquantem legatum, facta Principis nomine gratulatione super ejus adventu, curru Principali recipiunt, atque ita per elegantiores urbis vias, numerosa civium armatorum multitudine instructas deducunt, explosis sub introitum tormentis. minores Status à Majori missis legatis, præsertim si sint illustri stirpe nati, aliquando Ipsi procedunt. in Civitatibus vero Imperialibus ex Senatorum Ordine mittuntur Deputati. Receptis ita ut plurimum in Aula Principis conclave pretiosa suppellectile ornatum, quod inhabitent, conceditur, & videtur hætenus apud Nostros plerosque priscus ille mos retentus, quo omni legationis tempore non solum hospitalitate publica habentur legati, sed & ut apud Angliæ Reges quondam alii, eadem cum Principe utuntur mensa, siquidem utriusque instituti heic reperiuntur specimina, idque obtinere potissimum cernitur in legationibus agnatorum aut amicorum, aliorum quoque, brevi tempore subsistentibus. Quod si publico diversorio commoratur legatus, ille tamen ad quem mittitur, sumtibus suis solet expedire, sicut ejus modi pecuniæ, die *Betrachtung oder Auflösung fremder Herrn Gesandtschaften* / in partem expensarum Camere Principalis, communiter faciendarum, computantur apud *Sackendorffium T. J. Staat. p. 505.* sed hæc philosophia in exemplis domum absolvitur.

X. In *Comitiis Universalibus* regulariter nemo præter Imperatoriam Majestatem solenniter

recipitur, unde inter ea quæ rarius contingunt, ponitur exemplum Comitii Ratisbonensibus A. 1471. observatum, quo Fridericus III. Imperator, postquam insigni atque antea insolita prorsus pompa ab Electoribus Principibusque Imperii fuerat receptus, Ipse postea Saxoniarum Ducibus, serius advenientibus, obviam processerit. Utut vero iste Cesaris introitus omnium Ordinum præsentium legatorumque, interventu fieri debeat exornarique, prout observatum apud *Bertramum de Comit. lib. 62.* superioribus tamen Comitii A. 1653. comitantibus non nisi tribus Ecclesiasticis Electoribus, Moguntino, Trevirensi & Coloniensi, præsentibusque quatuor Principibus, Ratisbonensi ac Paderbornensi Episcopis, ut & Fuldensi ac Stabulensi Abbatibus factum, præterque hos, Legatos Principum aliorumve Statuum nullos admissos esse, testatur *Antor. der Grundy. part. 1. c. 5. p. 48.* Et quoniam sine pompa introeunt ipsi Ordinum legati, ideoque quinam adsint, tam facile sciri nequit, moris est, ut quamprimum advenerunt, præsentiam Moguntino Directorio, & postea Hæreditario Mareschallo notificent, illi quidem, ut quinam publicis deliberationibus inter futuri sint, edoceatur, huic vero, ut hospitium idoneum possit assignare, quale nec Istitis proprio auspicio occupare, nec ulli civium ad id ædes suas locare licet, sine consensu Mareschalli, jus istud assignandi legatis Hospitia, inter præcipua sui muneris potestatisque exempla referentis. **Quamvis enim**

enim aliquando à Civitate, in qua Comitia celebrantur, hoc ei controversum redderetur, *trans-actio* tamen d. 5. Novembr. 26. Octobr. A. 1614. inter Mareschallum & Civitates Imperiales Augustæ inita, ea lis composita est, Mareschallo ista facultate denuo cessa, prout ex *Tabularum* apud *Londorpium Act. publ. T. 1. p. 164.* repertarum verbis illis prolixius apparet: Und erstlich so viel das entzwischen obbemelten Partheyen bishero strittig gewesen einfuriren / deren bey jeden Reichs-Versamlungen in den frey und Reichs-Städten erscheinenden Reichs-Ständen / oder derselben / wie auch frembder aussere Reichs-gessener Potentaten Botschafftten / und Gesandten belangen thut / ist verabschiedet / daß solches Recht ein zufuriren / gleichwol dem Reichs-Marschall / als dessen Anpnt es anhängig / als lein verbleiben / zu jeden Zeiten aber / wann in einer Reichs-Stadt ein Reichs-Versammlung angestellet / und solchemfuriren vorgenommen werden will / es zuvor durch jeden Reichs-Marschallen / derselben Stadt-Rath und Obrigkeit verkündiget / darauff von denselben jemand auß deren Mittel verordnet werde / welche der Besichtigung und Beschreibung der Logimenter / einquartiren und einfuriren beywohnen / usf wofern jemand aus den Bürgern oder in Wobnern derselben Stadt hieirin beschweret werden

Da 5

wölle

wolte/ solches anden / und daß es geändert wer-
 de begehren / der Reichs Marschall auch daß
 selbige nach billichen Dingen abstellen / hinges-
 gen da auch ein oder anderer Burger / bey dem
 gebührliehen einfurtren sich ihme Reichs
 Marschallen ohnzimlich widersetzen / oder sich
 einer Nothurfft / daß mehr Logimenter/ Stab-
 lungen / oder anders zu Underbringung der
 Ständ oder bemelten Botschafften/ Gesand-
 ten / und ihres Comitats zugericht werden
 müßten / beschetnen wurde / Sie verordnet
 von gedachtem Raths wegen dieselbige zu Ge-
 bühr anhalten / und bey ihnen verschaffen / der
 Reichs Marschall aber selbigen nichts gebieten
 solle. *Atque ea res ita nunc fieri solet, ut indictis*
Comitiis maturius ad constitutum locum pro-
ficiscatur Marescallus, hospitia in certas classes
distribuat, tabulam, in qua nomen legantis le-
gatique generatim creta alba inscribitur, ad o-
stium domus suspendat; talis postea assignatio
advenientibus legatis offertur per Mareschalli
substitutum, cui propterea honorarium offertur,
accedit quoque eisdem latranculator seu licitor
 der Reichs-Profos / qui tabulam istam affixit,
 & munusculum pro opera exigit, prout notavit
Sprengerus Lucern. Imp. p. 54. Quamvis autem
 ejusmodi appensa aut inscripta tollere vel dele-
 re, pro crimine falsi habeatur, ex constitutione
 Valent. Theodos, ac Arcadii AAA. in l. i. C. de me-
 for. 6

eat. *Et epidem.* id tamen ad privati operis auspici-
 cium pertinere arbitror, alias vidimus Comitibus
 A. 1653. habitis à quibusdam legatis Statuum fa-
 ctum esse, cum Civitatum quarundam Deputa-
 tis, multo ut existimarunt Dominorum suorum
 præjudicio, eam assignationem inscriptionemque
 fieri cernerent, quæ non nisi Immediatorum Im-
 perii Statuum Legatis, primariisque Cæsareis
 Ministris deberetur, observante *Autore det*
Grundv. part. 1. c. 6. p. 44.

XI. Eadem fere cæterorum Conventuum pu-
 blicorum est ratio, nisi quod in *Comitiis Ele-*
ctoralibus legati honesto civitatis comitatu reci-
 piantur, & facile solennem introitum sibi met i-
 psis parare possint, quando vi *A. B. c. 1. §. 20. Et*
21. Civitatem Francofurtensem cum ducentis
 equitaturis introire iisdem ac in horum numero
 quinquaginta armatos habere licet, præsertim si
 observantiam hodiernam adjungamus, quâ super
 numero isto dispensari notat *Sprengerus Instit.*
Jur. publ. l. 1. c. 29. p. 174. ut majorem comitatum
 habeant, & sæpius cum mille personis intromit-
 tantur, quod novissimo electionis congressu ab
 Electore Bohemias, nunc Invictissimo Impera-
 tore, factum memorat *Limnanus ad A. B. pag. 171.*
 quamvis dubito an in legatis tale quid reperia-
 tur, ut ut enim ab his quoque numerus Aurea Bul-
 lã definitus præcise omni tempore servatus non
 sit, videretur tamen cogi non posse Senatus Fran-
 cofurtensis, ut plures admittat invitus, de quo
Stranchius Instit. Jur. publ. tit. 3. §. 13.

XII. Re-

XII. Receptionem legatorum sequitur *legitimationis persona*, qua quis illi, ad quem mittitur, de qualitate Legati, sibi tributa, fidem facit, quod fit *oblacione literarum credentialium*. Ubi iterum diversa occurrit ratio. Apud *Exteros* interdum *Ipſis Dominis* non immediatè, sed per *Ministros* ad id constitutos offeruntur, postquam per Secretarium legationis eadem hac fini fuerunt submissæ, ut Domino tradantur, legatisque audientia hora præſiniatur. In *Gallia* id munus est *Secretarii Status primarii*, confer exemplum in *Diar. Europ. part. X. p. 795*. In *Polonia* autem *ſupremi Cubiculi Regii Præſecti*, prout in legatione à Collegio Electorali A. 1658. miſſa docet *Protocolum legationis* ſupra allegatum. Interdum autem legati literas has ſecum retinent, ac prima demum exhibent audientia *Ipsi*, quod apud *fœderati Belgii Ordines* plerumque ſolet obſervari, in quorum Confeſſu à præſentibus legatis Secretarius à tergo præſidis conſiſtens, illas accipit, ſubſcriptione & exarationis tempus primum indicat, poſtea vero publice prælegit, niſi exotica lingua ſint conſcriptæ, ubi ad transferendum in vernaculam reponuntur. In Congreſſibus plurimum legatorum nominatim pacificatoriis, ſinguli *Mediatoribus* ſuas ſolent exhibere.

XIII. Sed in *Império* noſtro, & in Aula quidem *Cæſarea*, literas iſtas *Supremus Cubicularius* accipit, *Cæſareæque* tradit *Majeſtati*, atque tunc præfixum legatis audientia tempus per *Cubiculi poritorem* quendam curat indici, notante *Deſcriptore*

scriptore Status sub Ferdin. II. c. 8. p. 64. Apud Electores vero & Principes plerumque per supremum Mareschallum, vel Praefectum Aula idem solet fieri, quod in legatione Electoralis Collegii ad Electorem Brandenburgicum A. 1658. adornata, d. 10. Jul. 30. Jun. itidem legationis Protocollum ante nominatum contigisse docet. In Civitatibus Imperialibus regulariter in Senatu publico exhibentur.

XIV. In Comitibus universalibus legati Electorum Principum Ordinumque Imperii omnes, pro habilitandis suis personis, Moguntino Directorio non solum *Credenciales* offerunt, sed & *tabulata* exhibere tenentur, inter praecipua sua iura referente ista Moguntino, prout ex ipsis *monumentis Moguntinis*, per schedas Illustrissimi Baronii Boineburgii sibi communicatis, refert *Baccellus Not. S. R. Imp. l. V. c. 5. n. 13, p. 97.* in hoc tamen non convenire Doctores video, *utrum mandatis illius originalis formula penes Directorium maneat, & vel copia ejusdem auscultata, vel testatio simplex super oblato mandati documento, legato reddatur, an vero hic tabulas authenticas recipiat iterum, eoque exemplum in Moguntina Cancellaria ad acta Imperii publica referatur;* posterius regulariter fieri solere asserit *Autor. der Grundv. p. 58.* prius vero *Autor. des ausführlichen Berichts etc. es auff Reichs-Tagen pflege herzugehen / titulo von Besichtigung eines außgeschriebenen Reichs-Tags / velle videtur, qui inter extraordinarios casus utique ponit, si quando ob alia negotia mandato il-*

to illo legatus indiget, ut hactenus auscultata copia apud Acta retentâ, originale scriptum sibi reddi petat, quousque negotia illa expediverit; verba hæc sunt. solchen Gewalt soll der Gesandte zu seiner Ankunfft dem Chur-Meynischen Canslar / beneben Anzeigung seiner Ankunfft/und wo Er zur Herberg zu finden/übergeben/ und bitten/ denselben zu den Reichs-Actis zu verzeichnen/ und darnebens auch/ wann es zur Handlung komme / dessen eingedenck seyn. Es were dann / daß solcher Gewalt etwa zu noch weiter Privat-Sachen und Expeditionen/ als da seynd Lehensempfangnis/ sollicitationes privilegiorum, oder andern dergleichen Sachen gegeben were/ alsdann / wofern Er denselben sehen / und den Churfürstl. Meynisch. Secretariū auscultiren läßt / mag Er den Gewalt so lange/ bis Er den in andern Sachen gebraucht/ wieder zu sich nehmen/ und also die Copiam auscultatâ bey den Actis lassen. Possetque aliquis existimare posteriorem sententiam praxi convenientiorē esse, quod & in ipso isto Moguntino monumento, solum *restationes* super facta mandati oblatione, à *legatis expecti* dicantur, quibus sane opus non esset, si originalem formulam reciperent. sed nihil definiam, priusquam ab istis qui rebus ipsis interfuerunt amplius fuero edoctus, nam heic variationibus locus est, & potest factum esse, ut olim authentic

ticæ tabulæ apud Directorium retinerentur, legatoque copia redderetur descripta, hodie secus esset, vel etiam quod necessitatis aliquando fuerat, in arbitrium opus postmodum convaluerit, ita, ut cum relinquere antea mandati formam cogerentur, nunc liberum sit, eandem ipsam, an exemplum aliquod, an restitutionem simplicem, recipere velint legati. Illud à quibusdam legatis observari, *idem Auctor. des Berichtis* tradit, quod eo legitimationis actu, simul mandati sui copiam collationatâ & subscriptioni Cancellariæ Moguntinæ signatam, dari sibi petant, in eum effectum, ut eandem, quoties opus fuerit vel contra vel pro Mandante palam possint ostendere, idque *Hassiacis* præsertim solenne esse.

XV. Quamvis autem, si *Juris publici necessitatem* intueamur, soli Moguntino Directorio ea legitimatio facienda sit, *decere* tamen, summamque Cæsareæ Majestatis auctoritatem, reverentiamque, quam singuli Status Eidem exhibere tenentur, exigere, notant *Auctor. der Grundv. p. 48. Sprengerus Lucern. Imp. p. 8.* alique, ut apud *Cæsareum* inluper *Commissarium* idem observetur; quare in signum devoti istius obsequii huic quoque Credenciales literæ plerumque solent mitti, & per Secretarium audientiæ hora peti.

XVI. Annæ autem, quod specialiozem legitimationis *modum* attinet, Moguntino quoque Directorio *per Secretarium* mandati tabulas mittere, atque ita ad publicas consultationes se habile reddere

reddere licebit, si asserit *ibidem Sprengerus* absque hæsitatione, sed quanta difficultas subsit, non sine aliquibus præsentium Comitiorum motibus apparuit circa finem mensis Octobris Anni 1677. Cum enim legatus Sereniss. Ducis B. Z. & G. mandatum suum credentialesque literas per Secretarium submisisset Directori Moguntino, hic remittendo easdem, præterit, ut ab ipso legato in ædes Directoriales, simul præstita, ut loquatur, visitatione, afferrentur, nam & *observantiam Imperii* id requirere, & mandato Electoris speciali sibi inunctum esse, ne in præjudicium hujus moris quicquam pateretur committi, quo indistincte omnes Electorum æque ac Principum, cæterorumque Ordinum legati, imo & ipse Cæsaris Con-Commissarius, in ædibus Directoris M. se debeant legitimare, cui eo minus subtrahere se valeat B. Z. quod ostendi satis possit, per integrum seculum Principalis istius domus legatos aliter facere non consuevisse. Ex adversum alter *rem mere arbitrii* esse contendit, an Ipse ad ædes Directoriales venire, an per Secretarium mandatum submittere, an idem in Conclavi re- & correlationis exhibere velit, neque ullam sibi heic imponi posse necessitatem, præsertim cum *observantia à D. M. allegata actus* multi extent *difformes*, nam & *Eichstadenfis* Episcopi legatum diversis vicibus duo mandata per Secretarium misisse, idem in Comitibus A. 1654. quibus Ipse adfuerit Elector, fecisse *Hannoveranum, Doct. S.* & accepisse Directorem absque contradictione, neque

neque à sui Principis Serenissimi Eiusve Patris legatis, vel his vel aliis Comitibus unquam petitum esse, ut mandata sua in aedes Directoriales ipsi afferrent, cumque ante biennium fere *Palatini Electoris* legatos non solum in contradictorio obtinuerit, sed & *Saxonici* actum aliter gestum, iussu Domini sui revocaverit, declaraveritque pro non actu, vereri se, ne, illâ necessitate Principum legatis imposta agnitaque, formalis inter Electorales ac Principales differentia introduceretur, quam heic nullam possint admittere; Es quoniam huic aliorum quoque Principum legati, in primis S. G. B. C. & M. G. Directori auctoritate M. Electorales accessisse videbantur, initio his compositu difficilis apparebat, præsertim cum media, vel, ut loquuntur *temperamentis* hinc inde proposita varia, pars neutra vellet admittere, sed Cæsaris prudentia, Ipsorumque disceptantium maximorum Principum studio, in communem Patriæ, tum animorum inter Ordines harmoniam admodum flagitantis, salutem satis professo, tandem effectum est; ne succrescerent amplius istæ differentiæ, quæ d. 6. mensis April. sequentis A. 1678. ita denique sunt sopitæ, ut Principales legati, per Secretarios in aedes Directoriales legitimaciones miserint, Director vero *M. Altorf* non admisit, neq. legitimaciones ex manibus eorum intermediare, sed vicissim per sanctos Secretarios, acceperit, eique dederit in manus, ut responsi loco apud Secretarios Principum, legitimacionem auctoritate, præstaret, ac in præsentibus Directoribus

Imperiali iste alius vergeret. Quod de legitimatione Con Commissarii Cæsarei, pari modo facienda, dixerat D. M. id quidem tum controversum itidem fuerat, sed paulo ante, quam Principum causa finiretur, ita nî fallor compositum est, ut Con Commissarii credentiales, ab Imperatore ideo acceptas, Directori M. submisseris, ab hoc deinde primam acceperit visitationem, & in re visitatione denique legitimationem suam exhibueris.

XVII. In cæteris quoque Conventibus Imperii talia apud Directores expediuntur, cujus munus in Deputationum, ut & Electorum Conventibus iterum ad Moguntinum Electorem pertinet; de illis vide *Wagensoilium Dissert. de Convent. Deput. sb. 18.* de his *Raschelium Diss. de Comit. Elect. sb. 6.* In singulis Circularum vero Conventibus penes Principes istos, qui jus convocandi habent, *ausschreibende Fürsten*: sicut annotavit *Limnius T. I. add. IX, 1, 242. p. 427. n. 3.* quos nominatim per singulos circulos insuper enumerat *Idem T. 3. Add. 1, 7, 23. p. 47.*

XIX. In Concilio Tridentino super legitimatione legatorum à Protestantibus missorum multa fuit disputatio, postquam enim advenissent *Wurtembergici*, coram Cæsareis legatis se voluerunt legitimare, quod cum Pontificio significaretur, apud se id fieri debere operose contendit, quoniam vero, & id inter gravamina protestantium esse, respondebant, ne Pontifex Concilio præsideat, valde resistebant isti petito, urgebantque postmodum, ut saltem id, quod *Braun-*
deburgi-

deburgicis antea, *Ipsis* quoque indulgeretur, ac in *pleno Concilii Confessu* maudata exhibere liceret, quod & *Saxonici* postulaverunt, neutri vero potuerunt obtinere, nisi quod autoritate *Cæsareanorum* legatorum, præsentiumq; trium *Ecclesiasticorum Electorum*, ista compositionis via, in *vim temperamenti*, ut vocant, tandem obtinuit, ut audirentur quidem in *Publico Confessu*, verum non *Ordinario*, sed seorsum in *adibus legati Pontificis* habendo, quod & d. 24. Jan. 1552. factum est, existimante parte utraque, nihil in sui juris præjudicium committi; Pontificio quidem legato, quod vel sic pontifex pro Capite Concilii haberetur, protestantibus vero, quod ab universo Concilio susciperentur, siquidem id peculiare hic observabatur, quod *Electores*, *Cæsaris* ac *Regis Ferdinandi* legati, omnesque *Concilii Patres* adfuerint, qui alias conventibus, quos *adibus* suis habere solebat Pontificius legatus, interesse non contueverunt. feliciores tamen hæc in parte fuerunt *Argentoratensis* Reip. legati, qui *credenciales literas* tertio ex *legatis Cæsareis*, *Wilhelmo Pittavio*, obtulerunt, suisque *legitimationem* apud eundem, nihil repugnantem, fecerunt, quemadmodum isthæc omnia prolixius descripta reperiuntur in *Historia Concilii Tridentini P. Snavis* l. 4.

XIX. Quod *discussionem plenipotentia* vel *mandati* legatis dari soliti, attinet, plerumque eodem actu, quo *literæ credenciales* offeruntur fieri consuevit, sicut in *Imperii* quidem *Conventibus*

tibus res clara est, aliquando in primo cum deputatis à Principe illo, ad quem missi sunt legati, Commissariis colloquio, ea res peragitur, prout apud Exteros sæpius observatū vidimus, aliquando nō sine multa colloquentium scrupulositate.

CAPIT. XIV.

*De Characterē representatio
ejusque effectibus, quatenus in legatis Statuum
reperiuntur, & primum de precedentia
representativa.*

- I. Character representativus in quo consistat.*
- II. Limitatur ratione & Consuetudine publica.*
- III. Non potest majorem tribuere prerogativam legato, ac ipse mittens habet, nec adimere eam, quam ante missionem habet.*
- IV. An etiam in ablegato Extraordinario reperiatur.*
- V. Etiam in Ambasciatoribus honorum gradus admittit.*
- VI. An in legatis Statuum Characteris representativus effectus occurrant.*
- VII. Quanam partes sint illius.*
- III. Prima est precedentia: de qua quid in Comitibus obtineat.*
- IX. Ubi soli omnium Electorum adsunt legati, singuli suorum Principalium obtinent locum.*
- X. Ubi aliqui Electores ipsi, aliorum vero legati adsunt, superioribus Comitibus de precedentia licuit.*

XI. Ele-

- XI.** Electores etiam ordine posteriores praferri debere legatis anteriorum, multis argumentis ostendit Patavinus.
- XII.** Assensus quoque Collegium Electorale, concluso in eam rem facto.
- XIII.** Electorum tamen legati Principes praesentes in actibus publicis praecedunt.
- XIV.** Quod hi non nisi in Collegialibus actibus admittuntur.
- XV.** Et hic quidem in legatis solum primus.
- XVI.** Principes ipsi inter se de praecedentia nondum penitus convenerunt.
- XVII.** Inter Principales legatos eadem quae in Electoralibus regula recepta est; sed cum duplici exceptione, prima qualis.
- XVIII.** Altera quanam sit.
- XIX.** An novi Principes Veterum legatis praferri debeant, superioribus Comitibus disputatum est, & in affirmativam conclusum.
- XX.** An substitutus locum substituentis occupare possit.
- XXI.** Regula quenam in concursu aliorum legatorum observanda.
- XXII.** Electorales legati in celebratione curiae solennis praecedunt etiam Regum legatos.
- XXIII.** In Aula Caesarea hi quidem cedunt, sed aliorum Principum Exterorum omnium & Rerum publicarum legatis praferuntur.
- XXIV.** Idem in aliis casibus extra Imperium obtinet.
- XXV.** Pretensio Reipublicae Venetae nullo iure nititur, multo minus Foederati Belgii, suos legatos Electoralibus praferri volentium.

XXVI. Principales legati, ut forte Venetis, nunquam tamen Batavis legatis cedunt.

XXVII. In Congressu Bilefeldensi quid inter legatum Neoburgicum & Belgicum actum.

XXIX. Ut ut ad legatos primi Ordinis hac solum pertineant, ablegati tamen aliquando quaedam præstent.

XXX. Inter legatos Civitatum & Nobilium quæ hæc controversia.

XXXI. Cautela circa præcedentiam varia.

XXXII. Modi componendi eas controversias, cum Exteris ac inter se.

XXXIII. Quis iudex huius rei in Imperio.

XXXIV. Qualia decidendi fundamenta, & remedia juris hæc obtineant.

I. Solennitates quæ permanentem habent naturam, illæ plerumque sunt, quæ Characteris representatio, usu & observantia seculi sunt an nexæ. Per Characterem autem representativum, prout supra dicere cepimus, nihil aliud intelligitur, quam jus fruendi iisdem honoribus, quibus frueretur Dominus mittens si præsens esset, atque is legato, ipso legationis auspicio, tribuitur, vi cuius apud eum ad quem missus est, ac in concursu aliorum quoque legatorum, Principis sui loco æstimetur habeaturque, eâ tamen limitatione, in quantum *recta ratio*, ac publica populorum *iura consuetudinesque* Domino ministrum succedere patiuntur: ut ut enim & nomen & munus legati tam grande sit, ut post Principem augustius nullum reperitur, ita tamen comparatum est, ut, Principis respectu, ultra communem

nem Ministerii dignitatem, quæ gloria obsequii unice lolet æstimari, non assurgat, multo minus Principali præminentia, sive in ipsius mittentis, sive æqualium ejus personâ, repertæ, unquam possit exæquari.

II. Sponte itaque sequitur, *nullum Principem legatis suis dare posse perfectæ representationis Characterem*, hoc est, ut in omnibus, ac Ipsi, honoribus iisdem afficiantur, quoniam Principales Regiique honores in Majestate imperantium, in illo sinu, in illis visceribus, in illa origine sua ita continentur, ita proprii sunt, atque inserti, ut plene formaliterque communicari aut derivari in alios quoscunque, prætendi quoque ab ipso legato, non possint, sine magno in majestatem sacrilegio, in qua utique divinitatis aliquid, sive divinæ imaginis Characterem, inesse, non qualicumque comparatione verborum, sed effectu aliquo interiore divinioreque æstimandum, negare non possunt, qui recte & satis reverenter de summis Impetiis statuere consueverunt. Quemadmodum vero Rex propterea quod DEI vices in his terris gerit, Ejusque Characterem habet impressum, æquales prorsus divino Nummi debitos honores non participat, nec vindicare sibi potest; quod enim oriente Principatu Romano aliqui prætenderint, inter arcana dominationis artificia poni debet, æque ac inventum illud ἀποθεώσεως, non solum Patribus Ecclesiæ irritum, sed prudentioribus quoque gentilibus in vano tum habitum, quod Senecæ ἀποκαλοκύνθουσι testatur: pari modo legati vel

Ambasciatores, utut faciem Regis secum ferant, dignitatisque Regiæ quodam Characterē sint insigniti, eosdem tamen, qui Regi debentur, honores, jure sibi arrogare nequeunt: quod quidem ad summos Principes, præter DEUM nullum superiorem agnoscentes, proprie pertinet, servata vero debita proportione rationumque analogia, ad Nostros quoque facili negotio potest applicari. Accedunt his, instituta atque mores populorum, quibus negari videmus legatis, non tantum quæ solam mittentis dignitatem concomitantur, eoque pro incomunicabilibus habentur, qualia sunt privilegia personalissima, sed & alia, præminentie Principali tam intime non connexa: ita in Gallia auditum nunquam est, prout observat *Farræus* c. 8. Generalem Regis locum tenentem, locum Regis absentis in Senatu capere voluisse, quem vocant, *le de justice*, & constat ligæ tempore, Cardinalem Cajetanum legatum à latere ad sedem Regiam euntem, à Præside Brissonio fuisse retentum, Cardinali quoque Barberino, legato à latere negatum est in *Hispania* jus Uranisci seu portatilis cæli, notante *Autore de memoires*. p. 417. quod profecto non fuisset negatum ipsi Papæ; idem apud Imperatorem Ferdinandum II. accidit Cardinali Cleselio, nec aliter forte contingeret Electoribus legatis, utut ipsis Electoribus in Curia Cæsaris & coram ipso Cæsare Baldachinos suos habere licere, *tabula jurium*. Electoribus loca præcipuis competentium, docet apud *Baclerum Neg. S. R. Imp.* l. VI, c. 2, n. 19. eiusdem

observationis exemplum est, quod Electorales legati nec in curia solenni mensam domini sui occupent, nec curialia officia loco ejusdem expediant, sed subofficialibus, horumque absentia, etiam Ordinariis Imperatoriae Aulae officialibus, una cum fructibus annexis teneantur relinquere, quod alios Principes, propria dignitate fulgentes, praecedant, quod legati in universum Domini sui aequalibus ubique cedant, etiam illis, quibus ipse dominus, si adesset, non cederet, & quae sunt alia hujus generis, uti locis propriis indicabitur amplius explicabiturque.

III. Sicut autem character iste representativus non semper eandem, ita nunquam majorem tribuere potest prerogativam legato, ac ipsa mittens habet, cujus rei ratio manifesta est, quoniam omnis illius dignitas ex impositione hujus dependet, ejusque veluti exemplum est ac effectus, qui causam suam nobilior esse acquirit, cum quicquid sit in effectu praexistere debeat in causa, in quam sententiam discessit *Eichstadenfis* scripto publico, *Ablehnung der Eyrerischen gegen Infirmation*, in Comitibus Ratisbonensibus A. 1653; d. 11. Jan. exhibito, gleichwie der Bernunfft selbsten in wieder laufft / also ist auch weder in dem Reich noch anders wo herkommens und jemahls erhört worden / daß der Diener und Abgesandter ein mehrere prerogativ, als der Herz und Principal selbsten gaudiren / & sic representans melioris conditionis, als der representatus semper soll / da aller respect, so erwa einem Abgesandten erwiesen wird, von seinem Principalem und Herrn her-

Herrühret. ap. *Londorp. Cont. p. VII. l. 6. c. 117*. Interea si quam habet majorem dignitatem legatus extra missionis respectum, eam legati qualitas non impedit, nec splendorem ejus minuit, quemadmodum constat & legatis, Principum sanguinitatis, *Celsitudinem s. Altesse*, & Cardinalibus *Eminentiam*, & quicquid inde honoris fluit, conservari, nam ea heic obtinet regula, ut *legationis honor legato addat quidem, quam non habet, non tamen adimat, quod jam obtinet antea dignitatem*, ita ut illustrioris conditionis persona, si quando à minore mittitur, proprios honores, ex suo profluente statu, retineat profus, mediocris vero aut infimæ quoque sortis homo, mittentis dignitati exarquetur.

IV. Cæterum Characterem representatitium non nisi ad legatos primi Ordinis seu Ambasciatores pertinere, ex superioribus puto apparebit, nuper tamen quæsitum video, *annon etiam, & quousque, Ablegatus Extraordinarius Dominium suum representet?* Equidem Marchio Justiniani, primus in Aula Gallica *Envoyé Extraordinaire*, à Republica Genuensi A. 1659. multum heic juris competere sibi existimavit, siquidem & *jus regendi se coram Rege, & verba verendi in palatium* prætendit, sed eorum nihil obtinuit, quin & cedere coactus est Electoris Brandeburgici Residenti, ibidem tum temporis commorato, ut adeo certum sit, Characterem representatitium in ablegato extraordinario æque ac Ordinario, ex ipsa muneris ratione, nullum repenti, nec in ullo alio, si mandatum excipias, ad conficiendum certum nego-

nego-

negotium ei traditum, loco Domini haberi posse. Non obstat, quod aliquando iidem fere honores a legatis Extraordinariis, ac Ambasciatoribus alias solent, habiti passim leguntur, id enim factum non est, ex jure aliquo a legato competente, prout in Ambasciatoribus vi representativæ Characteris se res habet, sed speciali illius, ad quem missus est, induku ac urbanitate, qualem peculiaris quædam cum mittente eidem forte intercedens necessitudo ac amicitia excitaverat, ut in exemplum ab aliis citari non possit, nam in hoc illimitata est principum libertas, possuntque etiam his, qui ne quidem publici Ministri qualitate cotuscant, singulares prorsus apud se exhibere honores, & quidem si soli adsint, in tantum, in quantum sui erga mittentem affectus amoris exuberat, si alii vero & Ambasciatores præfectorum adsint, quousque concurrentibus hisce nullum dignitatis suæ periculum concitatur, absurdus autem foret, si quis ab altero Principe, cum quo tanta non est consuetudo aut conjunctio, eadem minori qualitate missus, pares exigere vellet honores, quos ne quidem alterius illius Principis alius hujus generis minister, mutato forte rerum statu, ullo modo prætereundum posset, cum quæ ex nuda urbanitate fiunt, nec huic præjudicent, nec alteri jus tribuant, alio quoque tempore valitum.

V. Quod adeo verum est, ut in Iphis quoque Ambasciatoribus hujus observationis specimen inveniamus, nam & his exhiberi solitæ ceremoniæ ac honores suos gradus habent, recipiuntque magis

magis & minus, ita ut ex eadem civilitatis ratione, uni sæpe extra ordinem indulgeantur aliqua peculiariter, quæ alius characteris representativii jure postulare nequaquam potest, possemus plura in hanc rem probationis documenta afferre, si instituti nostri ratio, quo non de legatis supremorum Principum, sed Statuum Germaniæ scribere profiteamur, ad generaliora ista digredi amplius pateretur, satis tamen id quod diximus apparebit, si quis vel Extraordinariæ legationis, nomine Regis Angliæ aliquot abhinc annis, à *Fancombergio*, ad quosdam Italiæ Principes ac Status susceptæ, historiam, quæ Gallico sermone descripta A. 1670. prodiit, postea vero in nostram conversa vernaculam *Diar. Europæo part. XXIV. append. p. 186.* quoque exeat, paulo curatius evolverit: sed & *Autor. des memoires p. 382. seqq.* alia istiusmodi solennium legationum exempla recenset, quibus in receptionibus, audientis, cæterisque tractationum ceremoniis, multa peculiaritæ, in exemplum ab aliis non trahenda, fuerant observata. prout amicitia mittentis, illustris & grata insuper missi persona, & affectus illius ad quem missus est legatus, erga utrumque videbatur suadere.

VI. Sed faciendæ est ad Nostros applicatio, videndumque an in legatis Statuum quoque character iste representativus inveniat, de quo quidem ex superioribus facile iudicium poterit adornari, postquam dictum est, non nisi primi ordinis legatum eo pollere, & quibusdam solum

Ordi-

Ordinum hujus generis ministrum mittendi jus esse: dicemus tamen specialius secundum distinctionem hactenus usurpatam. In legationibus ad Exteros, Status illi, qui Ambassadors mittendi jus habent, Characteris repræsentativi operæ utique suis vindicant, eo argumento, quod hujus ratione inter legatos nulla sit differentia, ut ut alias mittentes maxime differant, repræsentationis enim jura adherere dicunt illis, qui qualitate Ambasciatorum vestiuntur, citra Dominorum respectum, ut licet dignitas Regia ab Electorali, utraque à Ducali & Principali sit diversa, in hoc tamen æquales habeantur omnes, qui eas possident, quatenus jure suprematus gaudeant, & in Orbe Christiano rerum summæ præsent, in suis quisque terris, ex quo iste legatorum Character profluat, nam hactenus fratres habendos esse invicem, quanquam ordine honoris distinguantur, quemadmodum & fratres sibi cedant ordine ætatis, etiamsi jure familiæ existimentur patres. In Imperii autem Conventibus, quoniam recepta non est Ambasciatorum appellatio, videntur nec connexi repræsentationis effectus locum posse habere; sed cum non minoris sint dignitatis hinc missi legati, ut ut eodem nomine, ac alii, non compellentur, ab eo tempore, quo ab Externis ceremoniam artem didicerunt nostri, paulatim aliqua ejus generis se heic quoque insinuarunt, & ad hos quoque legatos translata sunt, quod quidem exemplo publicè noxio factum, eoque consultius esse, si abrogentur heic iterum

iterum ab Italis ad nos derivatæ ceremoniæ, existimat *Sprængerus Lucern. Imp. p. 72.* disciplinam forte *Besoldi* secutus, qui *dissertationis suæ de legatis c. 7. §. 6.* Germanos simis propterea comparat, taliaque cum exiguo gravitatis ac integritatis modo recepta queritur, invehiturque eo nomine justo acerbius in Aulicos, ceremoniam philosophiam sectantes, sed privata isthac judicium an aliquid effectura sint præsus dubito. Cæterum cum non solum Exteri, Principibus nostris, sed & in aliquibus Electoribus, heic moveant controversiam, in ipso quoque Imperio hos inter non conveniat, in rebus hujus generis, necessum fuerit specialius super istis videre, quæ concessa, quæ negata, quæ dubia atque in lite adhuc sunt, ne alias confusa dissertatione lectorem circumvenisse queamus inculpari.

VII. Sed ibimus in rem præsentem, dispiciemusque de singulis Characteris representativæ partibus. *Operatur* autem ille, ut supra dicere cepimus, vel ea, quæ semper *perfecti juris* fuerant, qualis est *præcedentia*, quam ideo *Jacobus Goshofredus* aliique *Jctorum representativam* solent vocare; vel, quæ initio sui nudæ *Civilitatis* speciem habebant, paulatim vero in *debitam* aliquod, videntur evaluasse hætenus, ut eodem nunc, ac ista, jure, prætendantur, quo refero cæteras *titulorum, visitationum, revisitationum, occurrusuum, comitationum, ceremoniarum* deniq; *omnium*, in acceptionibus, audientis, aliis tractationibus consuetarum, subtilitates, quas utri-
que

que insignem legationum juris locum tenere, tradit *Autor. des memoires*, subtiliorem veto philosophiæ moralis partem constituere, *Furstenbergius* dixit, ut dubium non sit, quin hodie apud Principes eorumque legatos in numero *debitorum* referantur, laxius saltem sumto debiti vocabulo, eo sensu quem *Grotius de I. B. P. II, 7, 4.* explicavit.

IIX. Sicut in universum, istam de *procediæ* iure concertationem utique non vanitate ambitionis, sed justitiæ & honestatis fundamento conniti, ostendunt *Strauchius Amten. Jur. Can. Semestr. I. Eclog. Pl. 22. Esjac. Gothofredus de jur. pract. prot. 9. 3.* ita in primis legati heic studio omni incumbere solent debentque, ut eandem cum his, quos re præsentant, sibi vindicent præcedentiam, sicut *Gentilis, Paschalius, Marselaer* alique certatim legatos suos instruunt, à Nostris quoque studiose observatur, tum *inter se*, tum *cum Externis* congressibus habitis. Et in *Comitiis* quidem, tanta sæpe animorû contentione, ut inter impedimenta & mores vulgo nominentur istæ lites, sicut nominatim de *Comitiis A. 1653.* iterum pronuntiat *Autor. det Grundy. part. 2. c. 1. p. 62. 64.* quamvis in iisdem competentium modestiam valde commendat *Comitiologia part. 3. p. 127.* Alias heic & *legis pragmaticæ*, & *infecuti mores*, *declarationesque* *Ordinum* videntur regulam fecisse, quam legati Eorum sequi debeant: nam *Electorum* qui primum in Imperio locum obtinent, (frustra olim *Butgundo ac Austriaco*

repli-

repugnantibus) eorumque legatorum præcedentia, *Aurea Bulla* c. 3. & 4. definita est; quam post introductum octavum Electoratum paulo aliter sese habeat, ex *Concluso Collegii Electoralis* vero Session und Präcedentz betreffend / in Comitibus A. 1653. facto, cujus exemplum præter *Londarp. Concil. p. XII. l. 6. c. 109.* exhibet *Pastorius Teutsch. Flor. p. 303.* in quo ea tamen obtinet conditio, ut cessante forte octavo electoratu ad *Aureæ Bullæ* præscriptum redeatur.

IX. Sed hoc quidem casu, ubi soli omnium Electorum adsunt legati, res expedita est, nam singuli tuorum Principalium obtinent locum, secundum regulam juris communis in *l. I. C. de offic. vicar. & c. precipimus. 26. dist. 93.* est autem ille ita constitutus, ut si una continuaque sede omnes sedeant, prout in Electionis Imperatoris Conclavi fieri solet, primum locum Moguntinus, secundum ac tertium Trevirensis ac Colonien- sis, vicibus alternis, quartum Bavarus, quintum Saxonicus, Brandenburgicus sextum septimumq; Palatinus obtineant, quod si Bohemus præsens est, primo post Ecclesiasticos loco collocetur: sin vero latera observentur, uti extra electionis casum se res habet, tum, ubi præsens Imperator aut Commissarius Eius, è regione hujus Trevirensis, è dextro latere, Moguntinus, Bavarus, Brandenburgicus, è sinistro, Colonien- sis, Saxonicus, Palatinus sedeant, quemadmodum hoc schemate constat.

Brandeb. Bavar. Mog. IMPERATOR. Col. Saxon. Palat.
Trevir.

Absente

Absente autem Imperatore Ejusve Commissario, idem utriusque lateris maneat ordo, nisi quod inter Coloniensem & Trevirensis, sessionem in sinistro latere capientē, hujus ratione alternetur, quanquam Trevirensis priori semper loco votum exponat, & adveniēti Bohemo, in dextro latere Moguntinum inter atque Bavarum detur locus.

X. Quod si autem cum uno vel altero ex Electoribus ipsis præsente cæterorum legati concurrant, dubitari posset, an eodem modo se res habeat, ut absentis legatus præcise locum domini sui occupet, & præsentis Electori, quem mittens, si adesset, præcederet, ipse quoque præferatur. id sane in Comitibus Ratisbonensibus A. 1653. controvertebatur inter Serenissimum Palatinum Electorem, ac Coloniensem, Saxonicum, & Bavaricum imprimis, legatos, qui illi, quod novissimum inter Electores obtineret, locum ante se nullum concedere voluerunt, eo potissimum usi argumento, quod præter representationis characterem, quem habeant, *præjudicia* quoque A. 1627. & 1630. in eam rem extent, & legati anteriorum Electorum absentium, præsentibus posterioribus Electoribus ipsis sint prælati.

XI. Sed sibi ac in universum cuilibet Electori hoc casu deberi præcedentiam, pluribus fortioribusque ostendit rationibus Elector, quod expressa pro se militet *Aurea Bulla dispositio cap. 25. §. ult.* qua legato Electorali eandem cum Domino sessionem occupare non liceat, prohibitionem istam non solum in solenni Convivio, sed

C c

aliis

aliis quoque actibus valitura, quod idem *ratio* postulet, cum representatio legatorum non sit omnimoda ac universalis, sed ficta solum ac impropria, in concursu aliorum legatorum locum habeat, adversus ipsos vero Electores nequaquam, ubi fictio quæ in legato est, cedat veritati. *observantiam* quoque Imperii adesse, qua legati Electorales Electoribus ipsis in & extra Collegium cesserint. In electione Caroli V. A. 1530. Palatinum legatum, cum equitarent Saxonicus quoque & Brandenburgicus Elector, sinistrum tenuisse latus, A. 1541. in literis quibusdam ad Imperatorem scriptis, supra legatum Saxonicum, Brandenburgicum Electorem sigillum posuisse. A. 1566. Electorem Saxoniam in actu Investituræ supremi Teutonici Magistri ante legatum Coloniensem sedisse. A. 1582. cum Rudolphus II. introitum fecisset, principio, id est ultimo loco, equitasse Brandenburgicum legatum, qui mittentis agnatus fuerat, Joachimus Fridericus Marchio Brandenburgicus. A. 1594. in processione actu Palatinum & Brandenburgicum legatos, omnibus Electoribus presentibus postpositos, quæ omnia & alia plura hujus generis ex *actis Imperii & Protocolis* constant. Exempla autem A. 1630. in alteram partem observata, nec derogare posse legi fundamentali, nec consuetudinem facere, & si omnino aliquid valerent, adversus eum tantum, qui sive per incuriam sive certa ratione admisit, allegari, tertio vero præjudicare minime debere, imo esse inter abusum referenda, vi Instrumenti

Pacis

Pacis corrigendos, nam quarto, etiam *subscriptiones Recessuum*, præsertim de A. 1500. 1507. 24. 26. 30. 32. 41. 42. 59. 66. 76. 82. & 94. testari, præfentes Electores absentium legatis semper præponi, ab enumeratione autem ista Ordinum ad ordinem sedēdi, valere consequentiam, vel saltim præsumi, donec probetur contrarium, quoniam istæ subscriptiones à Moguntino Secretario multa cura confectæ, Senatui Imperii ad revidendum exhibeantur, an recte sint ordinatæ. Accedere infinita *publici juris Doctorum testimonia*, quibus hæc sententia confirmetur, *Lehmanni Chron. Spir. l. 7. c. 124. Hortleder de caus. bell. Germ. l. 4. c. 30. Arumai de Comit. c. 7. n. 60. Bertrami de Comit. sb. 69. Coleri de jur. Imper. sb. 68. Schutzius Vol. d. 8. sb. 15. l. a. Limnai §. P. IV, 9, 56. Rumelini ad A. B. p. 3. D. 1. n. 13. ibique Myleri n. 6. Lindenpuri ad A. B. l. 19. Besoldi de legat. t. 5. n. 6. Bruni de legat. l. 5. c. 8. Noldeni de Nobil. c. 9. n. 345.* quorū autoritas maxime valeat, cum partim ipsis interfuert Comitiis, partim vero ex archivis scribendi rationes desumerint, ut pro puris scholasticis haberi nequeant. Extare quoque Ipsius *Moguntina Cancellaria scripta*, pro hoc more, quod ita in Imperio observari consueverit, & quoniam *Principes Imperii* eandem rationem inter suos observent, mirum videri, si Electores, à quibus illi acceperunt, aliter nunc servarent, imo id *apud externos* illos, qui Electoribus locum potiorem concedere, sed Electoralibus legatis dubium reddere solent, facile *præjudicium* ipsis posse causari.

XII. Unde moti hiſce Electores ceteri, Collegii ſui nomine denuo *Concluſum* fecerunt, vi cuius *Electores praesentes, absentium anteriorum legatis ubique praeferrere deberent*, in Senatu tamen, & certis actibus ita, ut *salvum semper maneret Directorium & laterum vatorumque ordo*. atque hac ratione d. 19, Febr. A. 1653. denique prima vice Palatinus in Senatu Electorali sedem occupavit, peculiari propterea *Declaratione* des Churfürstl. Collegii an Chur. Pfalz die *Session* betreffend/ edita, quam itidem refert *Londorp. Contin. part. VI. L. 5. c. 27.* Verba autem *Conclusi* antea allegati, quae huc pertinent, ea sunt:

Wann aber zum 4ten theils Churfürsten in Person gegenwärtig/ theils aber durch ihre gevollmächtigte Gesandten erschienen/ oder zwar abwesend / jedoch Schwachheit oder anderer Zustände halber denen Actibus tam publicis, quam collegialibus, nicht würden beywohnen können / und ihre Rätthe oder Gesandten schicken/ so ist verglichen und abgeredt/ daß in eygener Person anwesenden Herrn Chur-Fürsten / vor der Abwesenden oder sonsten außbleibenden Chur-Fürsten Rätthen/ Gesandten und Botschafften/ ob schon sonsten ihre Principaln / da sie gegenwärtig/ den Vorsitz haben / in ihrer Ordnung gehen oder sitzen / jedoch aber die latera, mehrer Confusion zu verhüten / nicht geändert/

geändert / sondern immutabiliter gehalten /
 und dieses Vorsitzen nur auff eines jeden
 latus verstanden werden solle / wo aber wie
 obgemeldet / keine latera gemacht werden /
 sollen die anwesenden Chur-Fürsten in Pers-
 son in ihrer Ordnung all vor den Gesand-
 ten sitzen / die Gesandten aber alle erst her-
 nachher ihre Stelle / gleicher gestalt / nach der
 Ordnung ihrer Herrn Principalm / nehmen.
 Doch solles alles zum 1ten so wohl einem
 Chur-Fürsten zu Meyns / an seinem füh-
 renden Directorio, als auch sonst durch-
 gehend dem Ordini votandi keines wegs
 nachtheilig / sondern in allweg Vorbe-
 hältlich seyn / daß die Umfrag respective
 dem alten Herkommen nach / und dem In-
 strumento Pacis gemäß / nemlich Trier /
 Cölen / Bayern / Sachsen / Brandenburg /
 Pfalz und Meyns mit seinen voto con-
 clusivo, geschehe / inmassen dann zum 6ten
 wann und so oft bey deren Collegial- Vers-
 samlung / allwo selbst die latera eben wie bey
 andern Actibus, da ihre Kayf. Majest. selbst
 zu gegen / gehalten werden / vor die votirens
 de Rätz und Gesandten ein absonderliche
 Banck zugerichtet wird / die votanten aber /
 ob schon ihre Herrn Principalen selbst vor den
 Cc 3 andern

andern legatis primariis ihren Sitz nehmen /
 auff ihren Stellen nacheinander juxta Or-
 dinem vutorum zu sitzen pflegen / damit
 desto weniger confusion in der Umfrag
 entstehe.

Et quoniam contingere potest, ut latera proprie
 dicta non habeantur, neque continua serie col-
 locentur Electores; sed tamen alius observetur
 incedentium ordo, utpote cum in solenni pompa
 equitant circa Imperatorem, itaque & hoc casu
 peculiariter dispositum est, qua ratione incede-
 re quisque debeat, ubi quidem, si insignia offi-
 cii præferuntur, legatis locus non est, sed sub-
 officialium opera succedit, ubi autem ea non ge-
 runtur, hoc schema placuit, inter Electores ob-
 servandum.

Colon.

Saxo. Palat.

R. Bohem. IMPERATOR. Trevis.

Mogunt.

Baval. Brandeb.

Quod locum quoque habet in legatis, si singuli
 Electores suos miserunt, & nullus propria perso-
 na comparuit: quando enim aliqui Electores
 cum legatis concurrunt, tum hoc quoque casu
 illi his præferuntur, ita, ut salva maneat paria,
 prout ex *formula* istius *Conclusi* amplius apparet:

Auff den Fall aber zum 10. die Herrn Churs
 Fürsten nicht alle in Person zugehen / son-
 dern mit denen selben der abwesenden gevoll-
 mächtegte Råthe / Gesandten und Bots-
 schafften concurriren würden / so solle es das
 mit

mit gleichwie hieoben gemeldt / also gehalten werden / daß denen anwesenden Churs Fürsten ic und allweg / auff diesen Fall vor den anwesenden Gesandten / deren seyen nun viel oder wenig / die obere Stelle und prærogativa gegeben / und derjenige Churs Fürst / welcher in seiner Keyhen Zeit oder Ordnung / mit anderer abwesenden Churs Fürsten Gesandten concurrirt, vor denenselben den Vorgesang / Ritt oder Stell auff der rechten Seiten haben / und also durchgehend / es betreffe auch unter den Herrn Churs Fürsten wenn es wolle / nach besag des folgenden Aussages / sub num. 7.

Colon.

Absentis legat Legat.

R. Bohem. IMPERATOR. TIER.

Mogunt.

Electo p ræl Legat.

gehalten / und nach diesem Fuß andere Fälle nach derer Ereygnung regulirt und gerichtet werden sollen.

XIII. *Quamvis autem Legati Electorum ipsis Electoribus præsentibus postponantur, Principes tamen, qui & ipsi adsunt, in publicis actibus procedunt, quam in rem Constitutionem Caroli V. apud Goldastum tertia Constitutionum Imperialium Tomo relatatur, & praxin insecutam, de qua ipsæ Recessuum formulæ, & nominatim R. 7. Ratisbon. de A. 1546. 9. Und als auch. 10. R. 1. Ratisb. de A. 1576. 9. Wann dann die Churfürstliche III.*

C c 4

testentur,

testentur, allegant & ne superior Electorum conventio haecenus quicquã præjudicare eidem possit, peculiari isti *Conclusi* articulo ita cautum est: Jedoch siebenden mit auß bedingtem Anhang/ daß gegenwärtiger auffgerichter Vergleich den Churfürstl. Gesandten / an Ihrer vor andern Fürsten in Person gebührender / und bis an jetzt hergebrachter prærogativ und zustehendem Tractament, unabbrüchig und unnachtheilig seyn / weder Sie zwischen ihnen und den Churfürsten einige Fürstliche Person / auch der außwertigen Fürsten und Republicuen Gesandten einzulassen schuldig seyn sollen. idq; eodem tenore *Capitulationis Ferdinandi IV. articulo 4. & Leopoldi I. art. 5.* reperitur constitutum.

XIV. Sed non defunt contradictiones, siquidem Principes istam Electoralium legatorum prærogativam universalem non esse contendunt, quare in *Collegialibus* quidem, ac illis *actibus publicis*, ubi Principalium suorum munia subire, eorumque personam repræsentare necessario debent, id admittunt, in *aliis vero Congressibus* quibuscunque, ubi *ut singuli*, per se, non totius Collegii ratione, considerantur, præcedentiam eis concedere nequaquam volunt, *Memorialis* ideo Cæsari superioribus Comitibus A. 1653. d. 4. Jun. exhibito, quod apud *Londorp. Cont. part. VII. l. 6. c. 112.* & *Auctorem der Grundv. part. 2. c. 5. p. 113.* legitur. add. *Sprenger. Lucern. Imper. c. 1. & Fursener. c. 49.* qui causam illius rei hanc adducit, quod

quod diversa sint Electorum ac Principum Collegia, ideoque mirum esse nondebeat, in Collegio Electorali sedere presentem Electorem ante aliorum Electorum legatos, non vero ante eosdem, Principem, quippe in alio Collegio intervenientem, extra actus vero Collegiales rideri existimat legatum Electoralem, qui magno Principi, quem Cæsar ac Reges colunt, quem Electores ut æqualem suspiciunt, controversiam moveret. Quod *Capulationum* allegata Capitula attinet, in eorum numero referri debere, dicunt, quibus *protestando* contraverint Principes, nam in *monitis ad perpetua* non solum, sed *Leopoldina* quoque *Capulationis* conceptionē exhibitis, id utique fuisse annotatum, daß auch so wenig Königl. als Churfürstl. Gesandten / den regierenden Reichs Fürsten / so Geistl. als Weltlichen / sonderlich von altē Häusern / nicht vorgehen sollen / es begeben sich dann ein solcher solenner Reichs Actus, bey dem die Churfürstliche Gesandten Ihrer Herrn Principalen stelle vertreten müßten / massen dann auch in der Antecamera und Kirchen / mit den Ställen und Sessionibus zwischen denen Chur- und Fürsten / kein Unterscheid gemacht / sondern wo die Churfürsten ihren Sitz haben / allda auch derselbe den regierenden Reichs Fürsten suo ordine gelassen werden solle.

XV. Præterea quoque in Iplis Collegialibus

Cc 5

actibus,

Actibus, non nisi de *legatis primis* seu *Principali-
bus* eam præcedentiam intelligi volunt Principes,
quod ex Memoriali isto apparet, nam alias *Ele-
ctorales Secundarios* vel *Adjunctos* Principibus
præsentibus adeo potiolem debere locum, ut &
horum *legatis primis*, non solum in Comitibus, sed
& in aliis passim Congressibus cesserint. quan-
quam posterioris ratione contradicere satis Ele-
ctores vel exemplo in Congressu Hamburgensi
nuper observato, constet, ubi cum legatus Brun-
yigo-Zellensis ac Guelpherbytanus primus, lo-
cum ante secundum Electoralem Brandeburgi-
cum peteret, palam existimavit *Potentiss. Elector*,
daß diese Prætenſion um so mehr ungegründet/
und neuerlich sey / weil den dergleichen Disput
von gedachtem Fürstl. Hauß uns niemahlen
movirt worden / sondern vielmehr mit vielen
Actibus, auch der sich noch vor wenig Jahren
in eodem loco & inter easdem personas zu-
getragen hat / klärtlich dargethan werden kan /
daß Ihr primus Deputatus unserem secundo
jedesmahl und ohne einzige difficultät gewichẽ.
Verum motam esse hanc præcedentiæ litem ab
Electoralibus Secundariis primariis Principum
legatis jam antea, & tempore potissimum paci-
ficationis Westphalicæ, ex Actis apparet, quo-
rum summam, & quibus argumentis utrinque
pugnatum sit, recenset *Historia illius pacis* no-
vissime edita, *libr. 3. n. 36.*

XVI. Quod Principes eorumque legates inter
seat-

se attinet, optandum quidem foret cum *Schutzio* *V. 1. d. 8. 1b. 12. p. 524.* ut nova quadam Constitutione, eodem modo, ac circa Electorum præcedentiam Caroli IV. autoritate factum est, reliquorum quoque Principum & Statuum controversiæ hac in parte componerentur, multæ enim supersunt concertationes, quarum specimina apud *Limnaum l. P. IV, 9, 11. seqq.* extant. In Comitibus A. 1641. quinam Principes sibi lites moverint, *Idem T. 1. Add. IV, 9. 17.* in Comitibus autem 1653. *Autor. der Grundb. part 2. c. 1. p. 64. & c. 2. p. 75.* notavit, & scripta hujus generis varia inter *Acta Londorpiis* reperiuntur, sicut nominatim Episcopi Eichstadenensis cum Spirensi, *Contin. pars. VII. l. 6. c. 114. seqq. 117. 120. 22. 23. 129. 130. 141.* Nassoviæ Principis Hadamarensis, tum cum Eggenbergico. *Cont. p. VII. l. 5. c. 20. seqq. c. 38. seqq. c. 98.* tum cum Nassoviæ Comitibus cæteris. *c. 81 82.* disceptationum exempla consignantur. Verum id nostro instituto sufficit, quod ordinem, quem inter se Principes, eundem legati quoque Eorum servant, nisi in casibus exceptis, quos postea indicabimus.

XVII. Alias inter Principales legatos eadem quæ in Electoralibus regula est recepta, ut *Principes præsentibus præferantur legatis absentium eorum,* qui alias si ipsi adessent, istos præcederent, notante *Limn. T. 2. Add. IV, 9. 55. & ad Cap. Ferd. III p. 682.* *Autor. der Grundb. p. 109. Mylero de Princip. & Statib. Imp. p. 1. c. 13. n. 22.* nisi quod *duplicem* heic habet *exceptionem.* *Primo* in tali legato Principis, qui

qui itidem est Princeps Imperii, sessionem in Comitibus per se non habens. Equidem initio Comitiorum A. 1653. hoc valde fuerat controversum, cum Julius Henricus Dux Saxo-Lauenburgicus, fratris sui, Augusti Ducis, legatus, propterea actui propositionis Cæsareæ non potuerit interesse, quod potiozem locum ei concedere alii legati noluerant, sed postquam *Memoriale*, Cæsareæ Majestati ideo ab Eodem Duce exhibitum, in Senatum Principum Eiusque publicam deliberationem pervenerat, in eam rem *Conclusum* factum: Es wäre hierüber Ihrer Kayf. Majest. die aller unterthänigste Relation dahin zu erstatten / daß nicht allein die Geistlichen / sondern auch die Weltlichen / in dieser Sach vornemlich interessirte Bändt / dahin geschlossen / daß so wohl Ihrer Fürstl. Gn. Herzog Julio Henrich von Sachsen-Lauenburg / als damahls regierenden Herzogen zu Sachsen-Lauenburg / Herrn Brudern und Bevollmächtigten / als auch andern dergleichen Fürsten / so mit gnugsamer Vollmacht versehen / und auß dem Hausß des Fürsten / welcher Ihnen Gewalt auffgetragen / entsprossen / die Session gleich andern in Person anwesenden / vor der abwesenden Fürsten Gesandten einzuraumen. Quod d. 21. Julii ejusdem anni Cæsareo decreto confirmatum est, sicut præter ante nominatos scriptores, *Antor. Comitiorum. Ratisbon.*

Ratisbon. part. 3. §. 35. p. 134. annotavit. quanquam idem antea obtinuisse existimet *Limneus*, exemplis Comitiorum Augustanorum A. 1500. & Spirenſium A. 1526. inductus, cum in illis Henricus Dux Megapolitanus, Legatus Patris ſui Magni Ducis Megapolitani, in his vero Georgius Landgravius Leuchtenbergicus, itidem à Patre ablegatus, eundem ac mittentes obtinuerint locum, aliisque Principum legatis ſint prælati, ſicut ex ſubſcriptione Receſſuum in Comitibus iſtis factorum amplius appareat.

XIX. *Altera* exceptio eſt in legatis Auſtriacis, Burgundicis & Salisburgenſibus. qui *diuturna prerogativa* præſentes Principes tam Ecclèſiaſticos, quam ſeculares in ſedendo æque ac ferendo voto, præcedere ſolent, fruſtra de Salisburgenſi hæſitante *Limneo d. T. 2. Add. p. 325.* cujuſeandem cum cæteris eſſe conditionem, adeo dubitare nos non ſinit, oculatus harum rerum teſtis, *Autor. der Grundy. p. 109. & ſcriptum apud Londorp. Cont. part. VII. l. 6. c. 138. §. 6.* ut Auſtriaco de alternatione quoque hætenus controverſiam moveat Idem, quod primum in Senatu locum ac Directorium alternis vicibus ſecum exercendum *precario* veluti *modo* aliquando indulſerit Salisburgenſis, citra præjudicium ſedis Archiepiſcopalis, Auſtriacus nunc in plenam *juris debiti* neceſſitatem convertere velit, quanquam & hic contradicere non deſinat, ſicut ſingula fere, & præſertim noviffima Comitiaejuſmodi præteſtationibus repteſtationibusque plena fuerunt,

erunt, quarum exempla aliqua per *Excerpta* refert *Limnanus T.1. Add. IX, 1, 142.* Cæterum in Comitiiis A. 1641. idem petierat *Vesontinus legatus*, ut & Ipse præsentibus Principibus præferretur, sed *decreto Caesaris* d. 21. Septembr. edito, repulsum esse, *Autor. Comitolog. Ratisbon. part. 3. S. 29.* ut non sine confusione, ab *Ant. der Grundv. p. 112.* eidem exprobrat, a consignavit. Quorû posterior, istorum quoque trium legatorum prærogativæ hos terminos à Principibus poni, refert, ut *ultra Sessionem in Senatu* extendi nequeat, in aliis enim Congressibus tam in Comitiiis, quam extra illa, Principes eorum nulli præcedentiam concessuros esse, quod & *Casarinus Furstenerius c. 49.* repetiit, ejusque rei rationem voluit indagare, quoniam Directorii intuitu, de quo *Austriacus & Salisburgensis* alternent, inter utrumque vero *Burgundus* medius sedeat, id fuerit obtentum, ideoque in aliis actibus non debeat attendi.

XIX. Sed noviter creatis Principibus superiori tempore heic quoque difficultates motæ sunt, ut ut enim antiquioris familiæ Principibus cesserint, *recens tamen creatis ante se locum concedere noluerant veterum Principum legati*, idque in Comitiiis A. 1641. cum de receptione *Hohenzolleraniæ* præsertim *Lobkovizii* Principis ageretur, valdefuit disceptatum, Sessione enim d. 13. 23. Septembr. ejus anni habita, diserte dixerat *Bavaricus*; *Wolte krasse habender Instruction per expressum vorbhalten haben/ wann gleich*
Ihre/

Ihro Churfürstliche Durchl. als Herzog in Bayern / per Deputatum allein erschiene / daß Ihnen solches an Ihrer Prærogativ nicht abbrüchig / sondern dero Deputirter / dem Fürsten von Lobkowitz in Person / vorgehen solte. Cul assensit *Altenburgicus*, & cum Sessione d. 25. Septembr. 5. Octobr. repeteret denno *Bavaricus*, *Eichstadenfis* quoque in istam sententiam descenderat, ut ut antea præjudicium in alteram partem allegaverit Ipse, daß sonst Graff Carl zu Arnberg A. 1576. Wie auß dem Reichs Abschied desselben Jahrs zusehen, damahls in Person allen Gesandten vorgesezt worden. communiter eo convenerant, ut dignitatis Vêterum Principum præcipua heic haberetur ratio, ita enim *Culmbacensis* inter alia: sonst erinnert man auch die Considerationes so von Beyern angeführt / daß man gleichwol zwischen denen alten Chur- und Fürstlichen Häußern / und denen neuen Fürsten / einen Unterschied halten mußte. *cujus votum nominatim confirmabant Megapolitano - Gustraviensis ac Wurtembergicus legati*, sicut prolixius constat ex *Protocollo* apud *Londorp. Contin. p. V. l. 1. p. 663. seqq.* sed resistebât acriter novi Principes, hanc conditionem nimis onerosam, Statui Principali contrariam, & & consuetudine Imperii discrepantem causati, quare factum denique est, ut istis Comitibus solennis Eorum introductio fuerit penitus intermissa, quic-

quicquid etiam Cæsarea Majestas, decretis quoque super eadem emissis, obverteret. Cumque sequentibus Comitibus A. 1653. iterum ista lis resuscitaretur, multi quidem priori suæ opinioni inhaerant, alii tamen, & speciatim *Salisburgensis* ac *Austriacus*, faciliores se præbebant, existimantes, daß diese condition vor diesem nur von etlichen auff die Bahn gebracht / darwieder aber eine öffentliche Protestation abgelesen und dafür gehalten worden / daß solche condition dem Fürsten Stand ganz und gar zu wieder lauffe / wie es auch in effectu nicht anders sey. Dann Vermög der Privilegien solle eine in den Fürsten Stand erhabene Person / andern Fürsten an allen Dignitäten / und Fürstlichen Præminentien gleich gehalten werden / zu dem so seye dieses Zumuthen eine pur laudere Erneuerung / dann als der erste Fürst von Arnberg / von Råyser Carolo V. in Fürsten Stand erhoben / seye Ihm zugleich die Session vor der alten Huffer Abgesandten vergönnet / und deswegen keine controversia movirt worden. Die des vorigen Reichs Tags A. 1641. Acta weisen diese Condition gar nicht / daß die neue Fürsten / der altern Fürsten Abgesandten nachsizen / sondern nur / sich mit Ihnen vergleichen solten / der Vergleich aber importire keinen Nachsitz / dann so die nachsizen müßten /

dörffte

Dörffte es keines Vergleichs. Sollten diese neue Fürstl. Häuser / eines oder daß andere in Person erscheinen / köndte vielleicht der beste Vergleich dieser seyn / daß Sie so dann den Vorsitz zwar vor der alten Häuser Gesandten nehmen / die Vota aber nach denselben / suo loco ablegen lassen köndten / und dieses so lang biß ein anders verglichen wurde. & in hanc sententiam in Senatu Principum per *maiora* postmodum fuisse conclusum, non solum *Limnius* ante nominata loco, & *Autor Comitiolog. Ratisb. part. 3. §. 25.* observarunt, sed & in scripto, quod ex *Londorpio Cont. p. VII. c. 138.* supra allegavi, diferte traditur, daß von denen alten Fürstlichen Häusern d. 2. Jul. 1653. dieses Conclusum gemacht worden / daß die neulich introducirte Fürstl. Häuser / Hohenzollern Eggenberg und Lobkowitz / wann Sie in Person den Rath besuchen / die Session zwar gleich den alten Fürsten / vor derselben Gesandten oben an / auff der Weltlichen Banc / nehmen / das Votum aber nach denselben / post omnes, vor den Wetterau und Schwäbischen Graffen ablegen sollen. An autem id, quod de suffragio, post legatos, Veterum Principum ferendo, hinc disponitur, de-

D d

incept

inceps remissum quoque fuerit, atque adeo recens creati Veteribus Principibus in hoc exacti, mihi quidem certo non constat, facile tamen crediderim, ubi *publicam praxim* in eam rem extare video, in Comitibus enim superioribus, peracto solenni Introductionis actu, d. 28. Febr. 10. Mart. A. 1654. *Salmansum, Dietrichsteinium, Piccolominum, Aversbergium*, Principes, in Senatu praesentes, ante omnes Principum Veterum legatos & sedisse, & dixisse suffragia, notat *Autor. Der Grundv. part. II. c. 5. p. 110.* quem tum quoque Serenissimae Domus legatum fuisse novimus. & cum hodiernis, 70. *Ferdinandus de Porzia*, Sessionem in Collegio Principum consequeretur atque Ipse adesset, d. 26. April. A. 1664. primum rursus locum scamni secularis occupasse, & votum statim subjunxisse, *Jacobinum Hagencierum*, Comitum Wetteravicorum in iisdem Comitibus eo tempore Ablegatus, testatur, *Tractat. de Comit. Imp. Germ. c. 5. p. 26.* nisi dicere malis, operosus adversus hos actus protestationibus, quales à legatis Veterum Principum oppositas subinde fuisse, iidem scriptores tradiderunt, censeri jus suum conservasse, alias exercendum.

XX. De praecedentia substitutorum etiam disputatum est, an eandem cum substituente habere, adeoque illis legatis, quos delegans praecedit, praeferi debeant? quod negandum videtur. *Autori Comitiologia Ratisb. part. 3. §. 46. seqq.* ea ratione, quoniam ipsi legati, ut in prerogativa dignitatis dominorum suorum constituti, aliis praesentibus Principibus

cipibus cedere cogantur, sequi itaque præ legatis
 Principum cæteris, ejusmodi, non à Principe,
 sed ejus Ministro, ac absente legato, substitutos,
 Sessionis ac loci prærogativa gaudere non posse,
 in eamque sententiam *exempla*, tam in Imperie,
 quam extra illud observata annotat, sequiturque
Crusius de jur. præced. l. 1. c. 11. n. 13. sed affirmativam
 cuetur *Mylerus de Pr. & Stat. Imp. l. 1. tit. 15. n. 27.*
& c. 15. n. 17. quam praxi Imperii corroboratam esse
 tradit. ratio autem, qualem pro confirmanda sua
 opinione, ex l. 13. ff. de legat. desumere conatur,
 mihi nondum apparet, siquidem nihil aliud exin-
 de sequitur, quam eum, qui vicariam alieni mî-
 neris operam suâ voluntate suscepit, non posse
 deinceps negotiis istis se subtrahere, quoniam &
 hoc officii genus ex eorum est numero, quæ ab
 initio sunt voluntatis, ex postfacto fiunt necessi-
 tatis, propterea tamen non licet concludere, et-
 tiam quoad honores & connexas mîneri digni-
 tatis æqualem ei fieri, cui in laboribus succedit.
Praxi Imperii ipse Mylerus amplius non exten-
 dit, quam ad *Sessionem dictionemque Voti in Se-
 natus*, quæ utique solâ, hæc res non definitur.

XXI. Cæterum quem in concursu cum *Externis*
 locum habeant Electorum ac Principum nostror-
 rum legati, diverso animorum habitu scriptores,
 qui de præcedentiâ ex professo sunt commentati,
 tradiderunt. In universum statuitur *regula*, qua
 legatus, *domini sui equalibus ubique cedit, ubi ve-
 ro legatus, à Domino majore aut minore, sed
 eandem dignitatis speciem habente, nullis, in locis*

D d

artio,

tertio, præfertur aut postponitur, prout Domini faciunt, domi sue cedit, apud ipsos præfertur. manifesta autem esse videtur æquitas, cur legatus Principis exigere nequeat, ut Princeps vel ipse, ad quem missus est, vel alius, honoratiorem ei concedat locum, nam hoc grave futurum erat Principi ipsi mittenti, si legatus ejus adeo dignitatem Principalem vilem haberet, licet in alio Principe. Quod vero *Frisshovius de Præced. Elect. super Cardin. Diatr. 2. §. 22.* existimat jure patrifamilias obtinere, ut domi sue quisque præcedat, vel cedat, arbitrata suo, cum domi sue quisque sit potentissimus, id urbanitatis regulæ, præsertim, inter legatos, aliter constituerunt, quamvis jam apud *Erasmum in Convivio religio- so* ea quasi comunitis consuetudo allegatur, quod *hospiti primus debeatur locus.*

XXII. Si nunc ad specialiores casus descen- dendum est, distingere notamus, posse Nostros considerari, vel ut *in Imperio*, vel *extra illud* cum Extens concurrunt. Priori casu *Electoralibus* le- gatis in Comitibus, ac in universum in *celebratione curiæ solennis*, præ omnibus Principum Extero- rum, cujuscunq; sint dignitatis, legatus, præcedentia competit, postquam Ipsi Electoribus hoc casu ante Reges quoq; eadem tribuitur adjudicatur- que lege publica, *Aurea Bulla cap. 6.* quod de om- nibus ac singulis intelligi debet, quicquid etiam *tricarum* excogitent *Rumelins ad A. B. p. 5. d. 1. ab. 9.* & *Carpzovius de L. Reg. c. 10. §. 7. n. 23. seqq.* propterea *Mylere ad d. l. Rumelins, & Linnæus l.*

2. *Act. III. 2. 4. refutati. add. Schütz. V. 1. d. 7. ab. 19. lit. 4. cujus jurisratio in munere Electorali præ- eminentiæ proprio atque heic se potissimum ex- ferente, quærenda est, siquidem novum non est, ut ratione temporis & loci, is etiam qui in minori dignitate constitutus est, majori aliquando præ- fetatur, arg. c. à collatione. 11. de appellation. in 6.*

XXIII. In *Acta Casarea* cedunt quidem co- ronatorum capitum legatis, sed aliis à supremis Principibus, liberisque Rebus publicis missis, abs- que ulla dubitatione præferuntur, quod *Capitu- lationibus Ferdinandi III. artic. 4. Ferdinandi IV. art. 4. & luculentius Leopoldi I. artic. 5.* ita definitum est: nachdemmahln sich auch eine Zeitlang zu getragen / daß ausländischer Potentaten / Fürsten und Republicuen Gesandten / und zwar diese unter dem Nahmen und Vorwand / als wann dieselbe Republicuen vor gekrönte Häupter / und also denselben in Würden gleich zu achten / an den Kayserl. und Königl. Höfen und Capellen die Præcedenrz vor den Churfürstlichen Gesandten prætendiren wol- len. So sollen und wollen wir instänfftig sol- ches weiter nicht gestatten: Wäre es aber Soch / daß neben denen Churfürstlichen Gesandten / der Recht titulirter und gekrönte Regierender Königen / Königlichen Wittiben oder Pupils len (denen die Regierung / so bald Sie ihr ge- bührendes alter erreicht / zu führen zustehet / und

immediat in der Tutel oder Caratel begriffen seyn) Botschafften zugleich vorhanden weren / so mögen dieselbe den Churfürstlichen Gesandte vorgehen / denenselben aber die Churfürstl. Gesandten vor aller anderer aufwertigen Republicken Gesandten / und den Fürsten in Person / ohne unterscheid / immediate folgen / Was auch darwieder allem *hibevorn per decreta*, und absonderlich *A. 1636.* oder sonst vorgenommen / oder verordnet / fürters abgestellet und krafftlos seyn soll. *Quæ postrema verba, Reipublicæ Venetæ eo tempore adversus Electores inscijs concessa ab Imperatore, super controversa præcedentia, edicta, procul dubio respiciunt.*

XXIV. *Quoniam vero id solum de locali ac respectiva, ut à Jacobo Gotthofredo aliisque appellatur, hoc est, certis locis actibusque adstricta præcedentia, intelligunt plures, quales nec possessionem constituit, nec constitutam interrumpit, ut dicit Menochius Conf. § 1. n. 43. non immerito queri posset, annon etiam alias, & præsertim, extra Imperium, in actu ad curiam non pertinente, puta in publico Concilio, alio legatorum Conventionu, aut Principum aulis, eandem locum obtineant Electorales? quod utique affirmandum est, cum hætenus quoque Electores, omnibus aliis Principibus, post Reges, præferantur, sicut adversus Choppinum & Chassanum, locu- lenter probarunt Crusius de Jur. preced. l. 3. c. 14. n. 8. &*

n. 28. & *Buxtorf. ad A. B. lb. 84.* qui *Castaldum, Barbatum, Goeddown, Pruckmannum* aliosque plures in hanc rem allegavit. Ipsa *Curia Romana* hanc *Electorum* *spes* *etiam* satis agnovit, ut ex *libro Ceremoniali Eccles. Rom. l. 1. sect. 13. c. 3. tit. de recept. alien. Princip. Elector. Imp.* apparet, ubi discrete traditur, quod *Principes Electores Romani Imperii digniores habeantur aliis Principibus præter Reges, sicut Cardinales, aliis prælatiis, ratione electionis.* locum integrum adscripsit *Freberus not. in P. de Audo. l. 2. c. 2.* & in *Ceremoniali Parisi de Grassis, Magistri Ceremoniarum, tempore Julii II. Pontificis A. 1504. conscripto, Electores S. R. Imperii Saxon, Brandenburgicus, & Palatinus, ante Ducem Reip. Venetæ, aliosque Italæ Principes leguntur collocati.*

XXV. Unde nullo fundamento niti constat præensionem Reip. Venetæ, quâ suis legatis præ Electoralibus potiozem locum deberi contendit, quemadmodum autem in *quasi possessione* sui juris hætenus consistunt Electores, ita *rationibus* quoque, juste Eos præferri, passim Jurispublici scriptores docuerunt, peculiari vero libello *Daniel Weymannus* Cancellarius Clivienfis exposuit, add. scriptum ap. *Londorp. T. V. l. 2. c. 19. pag. 770. seqq.* Sed magis mireris institutum *Fæderati Belgii*, novissime demum suis legatis præ Electoralibus præcedentiam contendentis, sicut ante aliquot annos expresse suo in Dania legato in mandatis dederunt Ordines, ut ante Electoralem Brandenburgicum, vi etiam, si aliter non posset, locum occuparet, alias quoque regulariter inter articulos

culos Institutionis referunt, ut in concussu aliorum legatorum, non nisi Regiis Venetisque, quos nostra putant præferri, cedant, istos vero immediate sequantur, in quam rem specimina extant in legatione A. 1657. ad Episcopum Monasteriensem. *Instructio. art. 17. ap. Londorp. Cent. p. VIII. l. 8. n. 14, A. 1659. in legatione ad pacificationem Polonicam art. 11. vid. Londorp. d. l. c. 363, idem continet Instructio Extraordinariorum Deputatorum ad Regem Danie eodem anno missorum, ap. Londorp. d. l. c. 371. quod mirari posses, cum non fuerint primi Ordinis legati, sicut expresse ibidem dicitur, injungiturque Ministris, ut excusent apud Regem, quod Extraordinarii Ambassadors missi non sint, add. legat. A. 1660. ad Regem Hispanie. Londorp. Cent. p. VIII. l. 9. c. 59. A. 1661. ad Regem Gallie. Londorp. d. l. c. 63. Ast parum curant Electores, postquam per tot annorum tempora quieti, ac sine ulla controversia, primum suis legatis locum obtinuerunt, in quos sane injuriosus est *Auctor. des memoires. p. 521.* quando Electorales, præ Batavia legatis, nunquam obtinere potuisse locum, adversus manifestam experientiam tam plane pronuntiat, quam tenaces enim juris sui non solum fuerint hætenus, sed in posterum futuri quoque sint Electores, vel nupero A. 1671. communi nomine facto *Recessu*, die *Præcedentz*, deo *Gesandten und Residenten betreffend*, ejus exemplum *Diaria Europ. p. XXIV. p. 507.* extat, satis apparere potest, ibi enim denuo artius se invicem adstruxerunt, quod *ab observantia, aliquot abhinc seculis obtenta, quæ in antea**

Impera-

Imperatoris ac Regum, immediate post Regios legatos sui collocantur, ne hilo quidem valint recedere, in qua & Imperator eos promiserit conservare.
 Als ist von Chur, Fürsten veranlasset und geschlossen worden/sich dabey auch auff alle dienstliche Mittel und Weg zumainteniren/und daff zu solchem Ende / von jeden seinen Botschafften / Gesandten und Residenten / welche am Käyserl. Hoff / oder anderer Orthen / in oder ausser Reichs geschickt werden / zuweiffen/ und außdrücklich anzubefehlen/in solchen Ihre Verrichtungen! an besagten Höffen / wie auch sonst / vorermeldten frembden Republicken und Fürsten Gesandten und Residenten keines wegs zuweichen / sondern ihre Stell obgedachter Massen / nachder gekrönten Häupter Gesandten / Abgeordneten und Residenten einzunehmen / darauff vestiglich zuhalten / und sich davon nicht vertringen zu lassen.

XXVI. De *Principalium* legatorum in *Imperio* praeedentia tam sollicita in legibus publicis constitutum non est, si tamen hic plurimum esset conventus, aliqui existimarunt, conservandę concordie studio, *legatis liberarum Rerumpublicarum ac Statuum exentorum* assignandum esse locum & *Sessianem extraordinariam*, ita visum est *Naldena de Stat. nobil. c. 9. n. 309.* cujus sententiam, rationibus non destitui, ostendere voluit *Crasius*

de jur. prec. l. 4. c. 6. n. 13. 14. sed quid si *de jure* pronuntiandum? si *alias*, & præsertim *extra Imperium* cum *Exteris* concurrant, equidem aliorum *Principum* legatis præferuntur, cum pari modo ac *Imperator* cæteros *Reges*, *Germaniæ* *Principes*, alios *Principes* præcedant. vid. *Gothofred. de jur. preced. p. 114. 117.* *Regis* autem sine dubio cedunt; quod *Republicas* attinet, cum *Venetis* adhuc controvertunt, siquidem constat quam operosâ *protestatione* in *Concilio Tridentino* *Augustinus Baumgartnerus*, *Ducis Bavariæ*, nondum *Electoris*, legatus, ea tantum vice cesserit, reservato jure suo, & ne ex isto actu *Domino suo*, aliisque *Principibus Germaniæ* præjudicium fieret. In *Ceremoniali* quoque *Romano* *Paridis de Grassis* *Principis Austriaci Ducibus* *Venetæ* *Reipublicæ* sunt prælati. Utur autem & his forte cederent *Principales*, nequaquam tamen potiorum locum *Batavis* essent concessuri, de omnibus quidem *Principibus*, & nominatim recens creatis, dubitat *Crusius l. 3. c. 14. n. 28.* sed quicquid de his sit, loquor de cæteris, præcipue ex antiquiori familia ortis.

XXVII. Quoniã vero *Batavi* legati cum *Electoralibus* quoque contendere ausi sunt, itaque existimarunt ante *Principales* absque contradictione sibi deberi locum, sed quam acriter hi resistant, nuper demum in *Congressu Bilefeldensi* A. 1671. instituto, satis apparuit, in quo legatus *Serenissimi Ducis Neoburgici* fœderati *Belgii* legatis cedente nequaquam voluit; contentionis istius seriem exposuit

exposuit *Auxer. des memoires. p. 519. ac Diar. Euro-
 rop. part. XXIV. p. 214.* ubi scriptum eo tempore
 editum, subjungitur, *wohlgemeynter Discurs
 und Bedencken über die zu Bilefeld vorgefallene
 Præcedentz-Strittigkeit /* *cujus rationes* utique
 satis validæ sunt, evincendo juri Neoburgici le-
 gati, quod fœderatum Belgium, subtrahendo se-
 ditioni Hispanicæ, novam loci prærogativam
 acquirere sibi non potuerit, sed illam solum,
 quam obtinuerat, antequam sub Hispanicum
 Regis imperium redigetur, quasi postliminio
 recuperaverit, neque etiam in potestate Hispani-
 arum Regis fuerit, jus suum remittendo; de-
 clarandoque pro populo libero Belgas, majorem
 dignitatem istis conciliare, at vero satis constat,
 ante Hispanicum imperium, ex septem provinciis
 solam Geldriam Principatum, ceteras Comitatus
 ac Baronatus titulis fuisse insignitas, quare nunc
 etiam in Generali Statuum Concessu ista primum
 obtineat locum, & cum olim Dux Geldriæ in-
 ter Principes Imperii nostri fuerit postremus,
 non posse nunc Belgii Ordines, ex eo, quod in
 suo fœdere iste comprehendatur, potiorum sibi
 prætere locum. Quod addant in Lædia à se
 possessa regna, id jus in Europa nullum tribuere,
 remotius enim ea distare, quam ut effectum
 apud nos producere possint, sed & alios Reges
 similes ibidem obtinere Provincias, qui tamen
 propterea inter summas Europæi Orbis potesta-
 tes majorem prærogativam sibi nec vindicent nec
 querant. Imo cum Generales Status non ha-
 beant

beant summam civilem potestatem, sed ea penes singulas provincias resideat, sequi, multo magis singularum provinciarum legatis Principales cedere debere, si communi foederatarum nomine missis praecedentia competeret, quod utique & absurdum sit, & ab istis nunquam petitum: Denique minus recte facere Ordines, quod se Venetae Reipublicae velint comparare, quae unius Reipublicae spiritu contineatur, cum non alio jure, ac Helveticae provinciae, eodem, ac Belgicae, foederis vinculo connexae, possint aestimari, ac cedere Helveticos Principum Germaniae legatis, nec ullam Iphis controversiam movere. Agnoverunt etiam Exteri haec jus nostrorum Principum, siquidem professa opera & multo labore Eruditus Italus scriptor, *Andreas Giuseppe Gizzani*, libello nuper eo titulo, *Bilancio Istoria, Politica e Giuridica, in cui le ragioni di precedenza dell' Altezza Serenissima di Neuburgo & de potenti signori Stati, e sia Republica de gli Olandesi a favore di Neuburgo se posano e si considerano*, Neapoli edito, nominatim eausdem Serenissimi Ducis Neuburgici defendere sustinuit, cumque in eo *Jacobum Andream Crusium* inter adversae sententiae autores retulisset, necessitatem hic sibi impositam esse existimavit scribendi apologiam, qua aliter, ac par esset, verba sua accepta fuisse, ostenderet, idque praestitit in publicum ante biennium, emissa *Disquisitione*, in qua potentissimis *Dominiis Electoribus Brandenburgae*, legatis iam in *Comitiis Imperii*, quem contra

Comi-

*Comitia nullo iure liberis Republicas, nec dantur
Neoburgica Illustram Republicanam Belgicam de-
negare posse dignoris loci ac honoris prerogativam,*
pluribus argumentis ostenditur, propositis simul
refutatisque quæ pro altera parte solent afferri:

XXIX. Notum est ex superioribus, pestinose hæc ad solos fere primi ordinis, aut Principales, Legatos, experientiam illud jus non habent, inquam rem aliquando decretum fecerunt Federati Belgii Ordines, *ministerium secundi Ordinis non esse obligatum de precedentia certare*, quod nullum in sua persona præjudicium Domino fieri possit. Unde in Imperii Conventionibus Statuum Secundariis legati, vel *Adjuncti* promiscue non solum, Electorales inter Principales, & hi inter Comitiæ ministros, sed & in processione ad actum propositionis nullum ordinem certum observant, sicut exemplum præsentium Comitiarum testatur, vid. *Diar. Europ. part. X. p. 6.* Fecerunt tamen aliqui Regum ac Principum *Ablegati* & *Residentes* qui æqualem cum primæ conditionis personis locum affectarunt, & secundæ qualitatis viris præcedentiam concedere voluerunt, usque ea, ut locum sibi deberi contenderint ante Comites, Barones, aliosque exelle dignitatis homines, Campi Marschallos & similes, uti ex *Auctore dei memoires. pag. 941.* apparet, qui tandem suadet, prudenter facere omnimodi Ministros, si non conveniant, ubi oriri possit hæc controversia, in universum autem caveant, ne quid petant ubi irridescent, alias non tenent legatos cedere Ministris etiam

in primariis aulae, in qua vivunt, idem observavit p. 376. seqq. cum & patros ante annos domum Ipsi Statuum Hollandiae Deputati locum ante secundi Ordinis Ministros sumserint, prout itidem notavit *Autor. des memoires. p. 427.* Conf. tamen p. 491. qualis in Aula Viennensi primis Caesareis Ministris cum Nostratum aequae ac Regum legatis fuerit concertatio aliunde constat.

XXIX. Solent quoque inter membra Imperii minoris conditionis, legati has sibi controversias movere, sicut nominatim Deputati Nobilitatis ab his, qui à Civitatibus Imperialibus missi, & in universum Ordo Equestris, à Civitatibus istis precedentiam contendunt. Nobilium causam defendit *Hippolitus à Tressbach* scripti sui *quæstione 6.* cuius verum autorem *Philippum Knipschildium* esse, inde arguit *Mauritius diss. de Nobilitate. lib. 2. c. 29.* quod nomen ejus, cum Tubingæ curaretur editio, in fronte libelli extiterit, postmodum vero mutatum sit, eidem tamen ex parte civitatum nondum esse responsum observat *Mylerus de Princip. & Statib. Imp. p. 1. c. 13. n. 6.* sed id ea forte causa factum est, quod ex parte civitatum pro spurio haberetur scripto, donec nomen suum proderet autor, sicut alibi me legisse memini. Alias in *Cobventu Correspondentium Ordinum Noribergeri A. 1619.* legatos Civitatum præ istis prerogativam obtinuisse, ex *Crusio de præced. l. 3. c. 28. n. 24.* tradit *Mylerus*; quale tamen in vim præjudicii valet, dubito, ob memoriale d. 1. Novembr. ejusd. anni propterea à Nobilibus

bus exhibito, quo non solum prætensi sui juris rationes ac fundamenta consignaverunt, sed solenniter quoque protestati sunt, ac, nisi desisterent Civitates, *ut brevis ista deductio necessariaque contradictio & protestatio Protocollo actisque publicis infereretur*, petierunt, extat id apud *Londorpium T. 1. l. 4. c. 171.* repetitumque à *Limnæo I. P. VI, 3, 35.* eodem modo res contigit in *Conventu Francofurtensi A. 1631. & 1634.* æque ac *Heilbronnensi*, sicut utriusque partis scripta iterum exhibet *Limnæus T. 1. Add. p. 67.* sed *Westphalicæ pacificationis tempore* acrius recludit ista lis, cum in subscriptione *Gravaminum Evangelicorum*, ablegatus *Nobilitatis, Wolfgangus à Gemmingen*, post legatos *Civitatum* nominari dedignaretur, hi vero, si secus fieret, secessionem minarentur, quam in rem varii libelli sunt compositi, *Civitates* enim apud *Electores & Principes* ideo conquerebantur, exhibito scripto *Bericht mit biss der Erb. Frey- und Reichs Städte Abgesandten/wegen der geseynten Reichs Ritterschafft angemachten Præcedentz.* legatus vero *Nobilitatis* variis *Memorialibus* tam *Imperii Statibus Evangelicis*, quam *Suecis*, jus suum approbare conatus est, petiitque ne in præjudicium suorum *Principalium* quicquam statueretur, ad quæ responderunt *Civitatum* legati, alio scripto, *Bericht und Antwort auff der geseynten Reichs Ritterschafft Memorialien 7 mit ih eventum angehendter Protestation, contradiction und reservation.* Et quoniam facile exinde inter *Evangelici-*

vangelicos separatio fieri posset, in Conventu Lengerano Principes ac Ordines Evangelici de mediis componendi fuerunt solliciti, quamvis enim definiendi facultatem, quippe ad se nihil pertinentem, vindicasse sibi nolebant, in vim *temperamenti* tamen, ut loquuntur, id proposuerunt, ut duobus confectis libellis exemplis, uno quidem Civitates, altero vero Nobiles priori ponerentur loco, eaque simul offerrentur, addita in fine clausula, ne iste actus in prejudicium cuiuscunque partis valesset, sed quia displicebat hoc Civitatum ablegatis, post longas ventilationes in id denique consensum, ut eodem, ac in pace religiosa, modo, primo Electores Principes ac Status, absque interruptione, interque eos Civitates implicite ponerentur, mox Nobiles subjungerentur cum suis gravaminibus, denique Civitatum expressa rursus, eâ tamen conditione, mentio fieret, quod priori quidem loco sub vocabulo Status comprehensa, heic autem majoris evidentia causa denno nominata sint. quemadmodum ista monumenta & compositionis media collegit Londorp. *Cont. p. Vl. l. 3. c. 43. seqq.* Iummarium vero exhibuit Auctor *Historia Pacis Westphalica lib. 3. n. 97.*

XXX. In Concilio Tridentino, de loco & Sessione qualis protestantium legatis debeat concedi, cum publice deliberandum proponeret Petrus Tagliavia, Archiepiscopus Palermitanus, valde hæsitabant, nec poterant se extricare cæteri Patres, quod Constitutiones & decreta Conciliorum hæreticos, quales illos habebant, non ad-

admitterent, eadem tamen heic servare, grave
 esset futurum, sed consilio *Naumburgensis* *Epis-*
copi componi ceperunt difficultates, existimantis,
 eodem ac in Comitibus Germanicis modo, conce-
 di posse locum, quoniam *necessitas*, que legem
 humanam omnem frangat, eo quoque casu ipsis
 foret presidio, addendam insuper *protestationem*,
 qua indulgentiam istam ex Christiana fieri chari-
 tate, & ut errantes reducantur in viam, prote-
 stantes edoceantur, ne talem actum in prejudi-
 cium alias possint allegare; cujus sententia statim
 promte accedebant prelati Germani mox
 Hispani, & tandem Itali quoque, relicto Pon-
 tificio legato, Nostros excludere suadente,
 cogebantur majori subscribere numero. Uni-
 versam consultationem & protestationis illius
 formulam descripsit *P. Snavis Hist. Concil. Tri-*
dent. l. 4. XXX. Variæ autem sunt cautela, quibus
 controversia precedentiarum eludi possunt ac evi-
 tari salvo cujusque jure, sicut in *Comitiis* ne protra-
 hantur consultationes, aliquando petere solet
 Imperator, *ut sine certo ordine se invicem habeant*
legati Ordinum, ihre Session geselliglich ohnge-
fährlich und ohne alle Ordnung zuhalten. Specu-
 mina vid. *R. I. Ratisbon. de A. 1532. tit. LX. §.* Item
 als sich, *2. R. I. August. de A. 1530. §.* Item als sich
 143. *R. I. Ratisb. de A. 1546. §.* Und als auch, §. 10.
 Item *protestationum reservationumque* hic usus
 esse solet, quales quoque cum ad finem perdu-
 cuntur Comitibus, inter nostros solent frequentari
 ita in Comitibus A. 1641. Sessione 159. d. 28. Sep-
 tembr.

tembr. 8. Octobr. habita, quantæ pro- & repro-
 testationes factæ, ex *Londorpio Contin. p. VI. l. 1.*
p. 724. cognoscimus, sed & alii sunt plures modi,
 quos in universum *Jacobus Gothofredus* & cæteri
 hujus argumenti scriptores explicarunt, ad lega-
 tos vero Statuum *Limnæi T. 1. Add. IV, 9, 97.*
Froishem. de preced. Elect. super Cardin. diatr. II.
th. 35. seqq. aliquæ specialius reculerunt. An recte
armis sibi asserant, potiozem locum, quærent, &
 multos ita consuluisse refert *Noldenus de Stat.*
nob. c. 13. th. 119. Ipse affirmare voretur, & *Schurinus*
V. 1. d. 8. th. 12. in fin. maxime subsistere, quam defi-
 nire aliquid certi. diserte autem negat *Freishe-*
mius diatrib. 2. th. 37. existimatque, id neque lega-
 torum officio convenire, & eos apud quos agitur pos-
 se, imo debere offendere: vim tamè quandoq; adhi-
 beri, aut minas saltem propterea fieri, etiam in Co-
 mitiis, exemplū docet legatorū, Pomerani, Wur-
 tembergici, Hassiaci ac Badensis, in controver-
 sia cum Megapolitano A. 1603. observatum, ubi
 Isti Directores Senatus Principum rogarunt, *Ste-*
wolten den Rectelberg. Gesandten von dem un-
terstandenen Dorsis abhalten / da solches nicht
geschehe / weren Sie von Ihren Herrn befehlt /
Ihn mit gewalt heraus zu rücken / und an die un-
dere Stelle zu weisen ap. Limn. T. 1. add. p. 562.

XXXI. Cæterum rationes componendi istius-
 modi lites diversæ quoq; sunt. In controversia
 cum *Exteris*, non nisi *amicabilis compositio*, *pacta*
 & *transactiones*, aut *fers* quoque, obtinent. ita
 Electores quosdam circa A, 1658. *pactos*, ut Sa-
 baudo

baudo Celsitudinis Regiæ honor haberetur, Sabaudus vicissim Electoribus præcedentiam sponderet, vel potius dudum debitam agnosceret, notat *Cæsarinus Furstenerius c. 50. sed legatis super præcedentia domini sui transigere non licet, sine expresso mandato, uti observavit Freinshem. de præced. Elect. & Card. diatr. l. sh. 38.* An inter Principes bellum idoneum hujus rei sit medium, discrepant Doctores, non deesse magni nominis Jocos, qui de præcedentiæ jure bellum geri posse statuunt, inter eos *Pancirollum, Menochium, Hartmannum Hartmanni, Vasquium*, notat *Freinshemius d. Diatr. l. sh. 41.* At ipse in sequentibus operose istam opinionem refutat, existimatque inter suasorias belli causas aliquando, justificas vero nunquam id esse posse, quod non quamlibet injuriam bello liceat vindicare, sed utrum *gerens Princeps, in cujus aula consistunt legati discipulantes, jus habeat decidendi super præcedentia eorum?* asserit *Freinshem. d. l. sh. 48.* negativam defendente *Autore des memoires p. 328.* quorum conciliatio hæc forte poterit esse, ut dicamus, licere Principi alterutri horum apud se speciali ratione præ altero indulgere potiorum locum, sed facultatem non esse, de jure, aibi valituro, pronuntiare, exemplum præbet Aula Cæsarea, in qua, notante *Descriptore Stat. Ferd. II. c. 10. p. 92.* Hispanico legato ante Gallicum præcedentia tribuitur, pridem à Ferdinando I, eidem concessa, & Maximiliano II. qui eo nomine ad Regem Franciæ Carolum IX. scripsit, se in his à D. Pa-

rentis dispositione recedere non posse, quemadmodum literas istas exhibet *Chifletius Disquisitione de ampulla Romanæ c. ult.* adeo ut tempore pacificationis *Westphalicæ* Ferdinandi III. decreto denuo id fuerit confirmatum, vid. *Londorp. Cont. p. VII. l. 3. v. 207. 208.* propterea tamen in Aulis cæterorum Regū Gallicus non cedit Hispano, multo minus Cæsaream definitionem Viennæ editam, alibi sibi credit præjudicare.

XXXII. Verum *inter Status* quoq; aliqua ex his observantur. Specimen *transactionis* præbet Compositio inter Electorē Palatinū & Ludovicū Philippū Comitē Palat. Simmerensē, in Comitibus A. 1693 facta, de præcedentia in Senatu Principū, ratione *Lautern*, quam *Limn.* refert *T. 2. Add. IV, 9, 52. de amabili compositione agunt R. I. Spirens. de A. 1570. §. Zum letzten. 160. R. I. August de A. 1530. §. Item als sich 143. R. I. Ratisb. de A. 1541. §. Wir sollen 80. R. I. August. de A. 1559. §. Als sich dann. 84. & alii plures. Sortem denique expedientissimum has controversias decidendi medium esse, existimavit Imperator in Comitibus A. 1608. ac in propositione sub initium istorum, d. 12. Jun. facta, Statibus id suasit, sicut *excerpta* docent ap. *Limnæum T. 1. Add. IV, 9, 104.* Ex proprio vero legum Imperialium instituto, ad *Austregas* talia quoque referuntur, de quo non solum memorata modo propositio Cæsarea, sed & ante allegatus textus *R. I. Spirensis A. 1570.* testatur.*

XXXIII. Si autem convenire inter se nequeant, *iudicis* tandem locus heic fit. Ubi disquirunt

runt an *solus Imperator* iudex sit, an verò *causæ Status* necessario concurrant? posterius opinatur *Limnæus* f. P. II, 9, 92. & *Autor der Grundy.* part. II. c. 5. p. 109. & part. 3. p. 290. prius affirmant *Bæclerus* Not. S. R. I. p. 80. *Freinsheimius d. Diatr.* II. sh. 46. *Mylæus de Stat. & Princ. Imp.* p. I. c. 13. & 14. epoque inter reservata *Cæsarea* refert *Stamlerus* sh. 40. & *Comitiologus Ratisbonensis* part. III. §. 22. in quam rem manifesti extant textus R. I. *Spirensis* de A. 1570. §. Den andern aber. 162. R. I. *Ratisb.* de A. 1567. §. Als sich auch. 68. de A. 1576. §. Wann dann die Churfürstliche. III. de A. 1641. §. Als sich auch. 96. de A. 1654. §. Als sich auch 196. idque dilerte fatentur Ipsi Ordines, in der Churfürsten / Fürsten und gemeiner Ständ erster Relation und Antwort auff dem Reichs Tag zu Augspurg de A. 1566. Die Erlantnuß zwischen den Ständen / so der Session halber streitig / hanget der Kaysert. Hoheit an und ist Ihre Majestät als dem Ober - Haupt / allein zuständig. Passim vero observatur, leniter procedere, & *Consilium Statuum* insuper exposcere solere Imperatorem: sed an *omnium*, an *saltim quorundam*? diversimode iterum loquantur *leges publicæ*. Solius *Electoralis Collegii*, fit mentio R. I. *August.* de 1500. tit. Wie die

E e 3

Jrzung

Irrung der Sessionen / 51. quod quidem id sibi in vim proprii juris competere prætendit, prout superioribus Comitibus A. 1653. d. 23. Jan. in causa præcedentiæ Episcoporum Spirensis & Eichstædenſis, Imperatori insinuatam referunt, es solten Ihre Majestät auß tragendem Hohem Käyserl. Ampt / fördersten / ohne Einholung anderwertten / in dergleichen Fällen ohn herkommenen Gutachten des Fürsten-Kaths / da durch denen Herrn Churfürsten / als Ihres Käyserl. Majest. innersten Geheimsten Rathen / leichtlich præjudicirt werden könte / verfahren. Alibi tamen Electoribus Principes ac cæteri quoque Status conjunguntur vid. R. I. Waromat. de A. 1545. §. Demnach wollen wir. 15. R. I. Ratisb. de A. 1546. §. Und als auch. 10. Quandoque non ad universos Ordines, sed ex in aliquos refertur consultatio. R. I. August. de A. 1559. §. Als sich dann. 84. R. I. Ratisb. de A. 1576. §. Ferner und zum siebenden. 110. Interdum plane omittitur Statuum Consilium, suosque in eam rem Commissarios constituit Imperator, vid. R. I. August. de A. 1548 §. Als sich auch. 105. de A. 1551. §. Denlich als. 105. Unde existimo, quod jux Ipsius decidendi, has controversias attinet, Sals Casari competere, quoad modum vero exercendi, consensum Statuum non teneri quidem, adeo ut ab Ipsis, si fiat, pro superfluo habeatur, uti specimen habemus R. I. de A. 1582. §. Wir haben. 72. solere tamen plerumque in vim Consilii adhibere,

ita ut liceat eidem consulere, quos velit. Quo modo denique, relicta priori, sententiam quoque suam exposuit *Limnaus T. 1. Add. p. 666. § T. 2. Add. p. 332.*

XXXIV. Qualia autem *decidendi fundamenta* debeant adhiberi, alibi quærendum est, in universum regulas de præcedentia tradere difficile esse, notavit *Bœclerus diss. de Congress. Princ. th. 34. qui & Not. S. R. I. p. 8.* ex jure *Civili & Canonico* desumi easdem non posse, existimavit, quod cum *Limnao I. P. IV, 9, 40.* ad antiquum illud jus forte restringendum fuerit, conter tamen quæ apud *Strausium Amœnis. Jur. Canon. Semestri 1. p. 142.* & *Jacob. Gosbrosed. de jur. preced. p. 14.* discutuntur. *Freinshemius diatriba II. de preced. Elect.* ex jure *divino, naturali & gentium, civili,* argumenta suppeditat: & alia hujus generis plura in *Chsletii Vindiciis Hispanicis ac Goldasti Politicopr. Imperial. part. XI.* reperiantur, quæ quidem omnia in se satis valida, in applicatione autem difficultatibus multis supposita sunt, ut adeo non nisi ex *veteri observantia, possessionisque actibus* tota hæc res definienda denique maneat, quo & communiter *politicos & JCtos* decurrere, testatur post alios *Bertramus de Comit. th. 67.* De legitimis *remedijs* tam pro recuperanda quam retinenda præcedentia, egit *Noldenus de Stat. Nob. c. 19. n. 59. seqq.* prolixius vero *Crusius l. 1. de jur. prec. §. 9.* qui & cætera hujus argumenti satis explicavit.

XXXV. Quoniam supra §. XIV. & XV. mentionem fecimus libelli, Cæsareæ Majestati su-

terioribus Comitibus à Principibus Eorumque legatis exhibitis, quo præcedentiam, Electoralibus legatis antè Principes ipsos, non nisi primariis, & his quidem in actibus solum collegialibus debitam, amplius extendi conquesti sunt, ac ut Cæsarea interposita auctoritate efficeretur, ne fieret deinceps, rogarunt, non ingratum lectoribus fore existimavimus, si exemplum illius huc quoque transcriberemus, ut eadem opera totius reiseries posset cognosci. Ita autem habet:

Allergnädigster Herz / Euer Kählerlichen Majestät können wir allergehorsambst unangesfügt nicht lassen / wie daß dem Verlaut nach die Herren Churfürsten in denen Gedancken begriffen seyn sollen / zu præjudis des Löbl. Reichs - Fürsten - stands eine solche Ordnung neuertlich zu introduciren / daß derselben Gesandtschafften bey allen und jeden des Reichs und andern Zusammenkunfften vor denen jedesmahls in Person gegenwärtigen Reichs - Fürsten die præcedenz nachgegeben und eingeräumet werden möchte. Nun beginnet man zwar disseits hochgedachten Herren Churfürsten an dero gebührender præminenz / Würde und Hohelt nichts zu derogiren / viel weniger dieselbe an dero üblichen ulu und Genick wieder das alte Herkommen zu beeinträchtigen : Inmassen

massen dann wir / die anwesende Fürsten / wie nicht weniger unsere / der Abgesandte / gnädige Fürsten und Herren Principalen nicht ermangeln werden / denen Herren Churfürstlichen Principal - Gesandten / so oft selbige bey denen actibus publicis ihrer Herren Committenten, bevorab in Vertretung der Churfürstl. munien und Aempter / Stell nothwendig zu repräsentiren haben werden / mit Nachgebung des Vorgangs gutwillig zu deferiren. Wann aber gleichwol die Reichsfürstliche observantz bezeuget / daß die jedesmahl Persöhnlich gegenwärtige Reichsfürsten / beeder der Geist- und Weltliche Banck / bey andern Zusammensünfften / dabey die personæ Principalium nicht repräsentirt, und vertreten werden müssen / vor besagten Churfürstl. Principal-Gesandten je und allezeit / ausser was etwan de anno 1630. und also inter strepitus bellicos, bey denen gehaltenen extraordinar conventibus, die Zeit über de facto vorgegangen seyn mag / die præcedenz un widersprechlich hergebracht haben / so dann die Adjuncti oder Secundarii denen jederzeit anwesenden Fürsten auch bey denen actibus publicis, nachgesehen und nach-

E 5

gegans

gegangen seyn: Als will um soviel mehr bes-
 schwehr, nachdencken, und unverantwort-
 lich fallen / so wol uns denen anwesenden
 Fürsten selbst / als auch unseren / derer Ab-
 gesandten / gnädigen Fürsten und Herren
 Principalen, zu præjudiz und nachtheil-
 iger consequenz obgehörter Neuerung still-
 schweigend zu deferiren, wie wir dann der
 zuverlässigen Hoffnung geleben / Euer Käy-
 serl. Majestät zumahlen auch hiemit unter-
 thänigst ersucht und gebeten haben wollen /
 die geruhen / mehr löblich gedachten Fürsten-
 standen bey seiner vor Alters hergebrachten
 prærogativ und Würde allergnädigst zu
 schützen / und handzuhaben / und zu dem
 Ende durch dero höchste Käyserliche Auto-
 rität zeitlich zu vermitteln / und zu verordnen /
 damit obangezogene und andere Neuerun-
 gen abgestellet / und mithin wir sanime an-
 dern dermahls abwesenden Reichs Fürsten
 bey unsern Juribus, Recht und Gerechtig-
 keiten / insonderheit aber bey der hergebrach-
 ten præcedenz vornehr erwehnten Chur-
 fürstlichen Gesandtschaften / oberstandes-
 ner massen / conservirt, und zugleich zwis-
 schen Chur- und Fürsten beständig gutes
 Vertrauen und wolvernehmen erhalten und
 forts

fortgeplanket werden möge / wie dann sol-
 ches auch der Vernunfft / Billigkeit und
 Herkommen gemäß / wir uns jedesmahls /
 vermög Kayserl. Capitulation und des
 Friedenschlusses / darinn jedweder / auch
 geringerer / Reichs- Stand / in die vor diesen
 motibus gehabte Jura und deren possession
 wiederum gesetzt / und von Euer Kayserl.
 Majestät dabey kräftiglich geschüzet wer-
 den soll / dessen getrösten / worzu Euere Kay-
 serliche Majestät auch von selbstem hoffent-
 lich um so viel mehr inclinirt seyn werden /
 damit so wol ihr die anwesende als unsere /
 deren Abgesandten / gnädige Fürsten und
 Herrn Principalen , Anlaß nehmen mögen /
 bey jetz bevorstehenden und künfftig folgen-
 den allgemeinen Reichs- Versammlungen
 Eure Kayserl. Majestät nicht nur durch Ges-
 sandtschaften / sondern in eigener Person
 allergehorsamst auffzuwarten. Gleichwie
 wir uns nun der allergnädigsten billichmä-
 sigen Willfahung sicherlichen getrösten /
 also seynd wir auch sammt und fonders des
 unterthänigsten Erbietens / solche um Euer
 Kayserl. Majestät zu allen Begebenheiten in
 getreust- schuldigster devotion gehorsamst
 zuverdienen. Deroselben uns damit zu-
 beharri

beharlichen K nserlichen Gnaden besse
 Fleisses empfehlende.

E. K nserl. Majest t.

Unterschnigste gehorsamste

Die gesambte des H. R mischen Reichs
 anwesende Geist- und Welliche F r-
 sten/wie auch derer abwesenden K nig-
 Wortschafften und Gesandten.

CAPUT. XV.

*De Ceremoniis, apud Principem,
 ad quem missus est legatus, observari solitis, ubi
 de solenni deductione ad audientiam, honora-
 tibre loco in domo Principis, facultate
 serogendi sedendi que coram
 Rege.*

- I. Ceremoniarum ceterarum disciplina sicutus  
 quare.*
- II. Concernit vel dominos, vel legatos alios.*
- III. Prioris generis est, primo, solennis deductio ad
 audientiam, qua vel publica vel privata.*
- IV. Solennis deductio solum in prima   novissima,
 isque publicis, non privatis audientiis exhi-
 benda est.*
- V. Instituta varia Exterorum circa deductionem
 hanc.*

VI. Quid

- VI.** *Quid super deductione Electoralium Ablegatorum in Anglia noviter constitutum.*
- VII.** *Ratione Conclavis, ubi audiuntur, differentia qualis Roma.*
- VIII.** *Quomodo in Imperio, in Comitibus, in Castellis Statuumque Aulis deductio fiat.*
- IX.** *Qualiter audiri debeant legati Ordinum ad Cameram missi, Ordinatione Camerali prescribitur.*
- X.** *Ratione temporis audientia destinata quid solent observari.*
- XI.** *Qualis legationi Brandenburgica apud Regem Sueciae A. 1658, hoc nomine mota sit controversia.*
- XII.** *Regulae in prima audientia observanda.*
- XIII.** *In audientia legatus se accommodare debet ad mores populi, ubi vivit.*
- XIV.** *An & ratione linguae.*
- XV.** *Aliquando à Principe finita audientia cautio additur de non prejudicando, si debita ceremonia observata non sint.*
- XVI.** *Quid de honoratiore loco, in domo Principis ad quem mittitur, legato concedendo, dicendum.*
- XVII.** *Et facultas legendi se sedendique coram Regibus, qua in Gallia nostris non conceditur.*
- XVIII.** *Temperamentum tamen adhibet Rex.*
- XIX.** *In Polonia tamen & alibi forte conceditur.*
- XX.** *Apud Imperatorem etiam legati Electorum Primariis.*
- XXI.** *Aliquando legati secundi Ordinis tale quid indulgetur.*

XXII. Am.

*XXII. Ambasiadoribus saps. instructionis licetis
solicita honoris hujus observatio injungantur.*

I. **A**lter Characteris representativit effectus, quem in reliquis *Ceremoniis* consistere diximus, fluctuat valde, & in perpetuam unquamque ubique observantiam nondum penitus subsedit, neque enim est populus, quin aliqua hujus generis sibi propria retinuisse, inter argumenta magnitudinis existimaverit, qualia suæ postmodum Aulæ consuetudini insinuatæ, ne minores videantur, Alii, non desinunt quidem profus, variis tamē schematicis induunt solletter immutantque figuris, ut citra æmulationem assumpta credantur vulgo, unde nunquam desunt novitates, nostra præsertim ætate, qua ad confusionem usque variabile est ac mutabile hujus generis artificium, ex quo privata ambitio veluti mimica æmulatione moris publici rerum discrimina & formas multis modis imutare, interpretari, at tollere, figurare ausa est, atque ita Aulicis inveniendi nova, ornandi subtilia, communia explicandi, occasiones & causas præbuit; ad hos enim propriè pertinuisse hæctenus credita est subtilitas ista sive curiositas, quadam veluti traditione ac usu continuo ad sui cultores propagata, quam nunc in partem altioris disciplinæ, & ad ipsa negotia Regni, ad Principum auctoritatem, ad negotiorum decus spectantis, computari, nec minus, ac ipsa rerum momenta, annotari publico stylo consuevit. nam *Baconus Verulamius* etiam in laude *magni & perfecti politici*, ita enim

Foxnum

Foxium describit, potest non dubitavit, quod fuerit *bonus Magister ceremoniarum*, omniaque habuerit, quae competere parti activa, & pertinens ad *servitium Aulae*, aut *Status magni Regis*. Quomodo autem in universum prudentiae isthoc artificium inter opera civilis philosophiae refertur propius debeat, per singula fere virtutum politicarum nomina ostendit *Bæckerus* eleganti *dissertatione de elegantia moris civilis & Aulici*. Quae omnia eo pertinent, ut praecipuo subtilis hujus elegantiae argumento, quale studium quod in legatis habendis cernitur, omnino existimari debet, describendo, & auctoritatem instituto & veniam simul praescriberemus precaremurque, si qui vel non satis commode heic loci, vel pro rei indole minus accurate tractationem adornari causarentur.

II. Sunt autem ceremoniae istae in legatis, duplicis generis, & vel *dominos* ad quos mittuntur, vel *legatos* alios concernunt. Prioris generis dico, quae in solenni Principis ac legati congressu aut colloquio, ex publicae consuetudinis formula utrinque solent observari.

III. In his primo refertur *solennis deductio ad audientiam*, nam & olim obtinuit, ut non nisi conciliatore aliquo, seu deductore interveniente ad colloquium Regis pareret aditus legatis. De *more Persarum* testatur *Cornel. Nepos in Conon. III. 2.* advenientes accessisse primum Chiliarchum, qui secundum gradum Imperii tenebat, seque ostendisse cum Rege colloqui velle, nam sine eo neminem

minem admitti. Apud Romanos legati in Senatum à Consule deducti sunt, aut hoc absente à prætore sive Urbano sive peregrino, quem id agere Senatus iussit, aliquando & à Dictatore Equitumve Magistro idem factum est, prout locis scriptorum propriis consignavit *Albericus Gentilis i. Legat. 9.* Sed hodie pro diversitate tum legatorum, tum ipsius audientiz diversimode quoque dicendum est. Est enim hæc vel *publica*, quæ à Rege vel Principe numero aulicorum satellitio circumfusæ, præsentibusque primariis Status Ministris, in conclavi splendidiori superæctilis apparatu instructo, vel *privata*, quæ à Rege fere solo absque ulteriore festivitate seorsim legato conceditur. Et in arbitrio quidem hujus consistere videtur, qualem dari sibi velit, sicut constat exemplo legationis à Collegio Electorali A. 1658: in Poloniam missæ, postquam enim separatas fidei literas ad Senatores Regni haberent legati, easque Episcopo Cracaviensi, petita simul audientia, offerrent, quaesitum est, publicamne an privatam desiderarent, quoniam vero super ista diversitate non erant instructi, reddi interim sibi petierunt credentiales literas, donec à Domino, cui referre velent, mandatum submitteretur; postea vero quia omnibus Senatoribus illæ erant inscriptæ, publice audiri voluerant, quod factum quoque est, iis solennitatibus, quas *Protocolium legationis* aliquoties nominatum descripsit: differentie autem ratio ista fuerat, quod publica audientia non

non nisi presente Rege fieri posset, privata vero a solis Senatoribus concederetur, qualem si rogent legati, Regi minus gratum esse, eo quoque tempore satis apparuit.

IV. Alias ea regula heic solet observari, ut legatus nullus solenni deductionis honore dignandus existimerit, nisi in prima duntaxat ac novissima, hisque publicis, non privatis audientiis, aut quando ad prandendum cum Rege accersatur, id eo mihi argumento videtur conitti, quod post primam alia rarius peti soleant debeantque, ob rationes, satis graves, *Autori des memoires. p. 559.* allegatas, sed ut alia hujus generis, hoc quoque perpetuum non est, nam in Gallia etiam in privatis audientiis quandoq; eundem exhiberi honorem legatis, ostendit exemplum Cæsareorum A. 1670. eo missorum, *Diario Europ. part. XXIII. p. 306.* memoratum.

V. In universum honores ac ceremonie circa deductionem ad primam audientiam fere eadem, ac in Receptione solent observari, deducuntque plerumque legatum iidem qui receperunt, Ministri, sicut notatum est ab *Autore des memoires. p. 416. seqq.* Speciatim tamen si quis instituta populorum scire desiderat, exempla ejusmodi deductionum fuerint evolvenda, quarum supra aliqua indicavimus, plura vero passim reperuntur. In Aula Gallica specimina deductæ legationis, *Boarvica A. 1660. Diario Europ. part. VI p. 18. p. 484. A. 1650. Autor. des memoires. p. 456. Helveticæ A. 1663. Autor. des memoires. p. 464.*

& *Diar. Europ. part. X. p. 845. Suecica. Diar. Europ. part. XV. p. 382. Polonica. Diar. ibid. p. 589. Sabaudica. A. 1667. Diar. part. XIX. p. 56 Electorū ac Principum quorundam Imperii. A. 1668. Diar. d. part. p. 210. Papa A. 1671. Diar. part. XXIV. p. 368. extant. In Hispanica, iterum deductio legationis Belgica A. 1660. *Diar. Europ. Europ. d. part. VI. p. 136. describitur. In Danica qualis fuerit, in legatis Belgicis A. 1667. vid. Diar. part. XVII. p. 444. Apud Federati Belgii Ordines distinguuntur Extraordinarij Regum legati ab Ordinariis, ita ut Illi majori rhedarum numero, per Deputatos aliquot ad audientiam, patrique modo domum iterum conducantur, repetitis, quotiescunque audiri petunt, iisdem prorsus solennitatibus: Hi verbō prima tantum ac ultima audientia eo fruuntur honore, in ceteris non nisi suis adveniant rhedis: alias in superiore scalarum parte à Deputatis binis excipiuntur deducunturque ad locum in Senatu ipsis destinatum, cumque Introeunt Conclave, nemo ex Ordinibus moveretur loco suo, sed salutant istos aperto capite. in Residentibus Regum quoad acceptionem idem solet observari, xbeuntisque eodem modo iterum comitantur, & expectant ad scalas Deputati, donec per octo vel decem gradus descenderit Residentis. Primæ Regionis legatorū audientia aliquando interesse solebat Princeps Auraniensis, sed novissime defunctus eam consuetudine intermiserat, nisi quod A. 1647. cum legatus Russicus adesset, cogebatur accedere, siquidem is discrete id petierat, nolueratq;**

ducaturque aliter, ac presente Principe, audiri. Ille autem deductionis honor proprie ad *Ambassadors* pertinet, *Ablegatis* sive *Envoyes* non exhibetur, nisi quod nobiles forte aliqui eos ad audientiam comitentur, quæ itidem non eodem, ac apud istos, conclavifici solet, prout observatum est ab *Autore des memoires*. p. 473. 489. *Joqq.* Alias deducuntur legati vel *rhedas*, uti ex *ablegatis* exemplis constat, ac communiter solet contingere, vel *equis* vehuntur, quod factum est in legatione Batavica A. 1660. apud Regem Hispaniarum, & Helvetica A. 1669. apud Papam, sicut illud *Diario Europ. part. VI. p. 136.* hoc eod. *Diar. part. XX p. 276.* & *Aut. des memoires p. 469.* reperitur consignatum.

VI. Sed & circa ipsas *rhedas* diversitas occurrit, alii enim legati *Regis*, alii vero *Ministorum* Regionum curru leguntur deducti. De qua re in *Ablegatis Electoralibus* Aula *Anglicana* noviter mutationem fecit, cum enim antea non nisi *Supremi Cubicularii* curru deducerentur, A. 1675. Spanhemio, *Ablegato Palatino*, presente constitutum est, ut illi, & in universum *Electoralibus Regis curru* deinceps iste honor haberetur, quod antea nulli factum est, sicut *Brandenburgici Ablegati*, *Schverinii* Baronis deductione, cum paulo ante illum advenisset, pristina adhuc ratio servabatur, ut nunc in præcipui honoris partem *Palatino* imputaverint, quod initium istius moris in eo fieret, sicut ex *Relatione* d. 14. 24. Septembr. ejusd. anni ad *Serenissimum Electorem*

ctorem ideo facta, & in *Diariam Europ. p. XXXIII. Append. p. 143.* relata, prolixius potest constare. In *Gallia* Electorales Aulegatos curru Regis deduci, duobus suæ ipsius missionis exemplis docet Spanhemius, scripto eodem, quare mirari posses, cur Anglia minores antea exhibuerit honores, præsertim cum pridem hic *Reipublica Genuensis Aulegati* curru Regis sint deducti, nisi quod *observantiam* opposuerint Angli, quam *Genuenses* inde à tempore Clarendonni Cancellarii possent ostendere, quod secus esset in *Electoibus. Hanseatici* autem Aulegati in Anglia adhuc rheda Supremi Cubicularii solent deduci; apud *Federati Belgii* Ordines vero per Agentem, ut vocant, in curru qualem bini trahunt equi, secundum *resolutionem* d. 11. Febr. A. 1656. propterea factam. vid. *Ant. des memoires. p. 85.* circa occursum & comitationum terminos, sæpe scrupulosos, pro diversitate nationum, *idem scriptor* passim egit, unde repeti debet hæc philosophia.

VII. Ratione *Conclavis* sæpe etiam differentia observatur, sicut nominatim *Roma*, legati *Regii*, audiuntur *della Sala Regia*; cæteri vero à *Ducibus, Principibus, Rebus publicis* missi, *nella sala Ducale*, nisi quod *Venesi* superiori demum seculo pro suis Legatis honorem *Salz Regie* obtinuerint, ut existimatur, regnorum *Cypri ac Creta* causa, quanquam eodem fere argumento, quod *Corfica Insula* ad se pertineret, familia petentes *Genuenses*, ab *Urbano VII. & Innocentio X.* propter impedimenta à *Regibus* objecta fuerint repulsi

pulsi, ut ex *Moltkenii Conclavi*, notat *Griffius de pnc. l. 3. c. 12. n. 20.*

VIII. In Imperio nostro, & primo quidem *Cæsarea aula*, legati Statuum non deducuntur ad audientiam, nisi quod in *Ante-Camera*, ut vocant, *Supremus Cubicularius* eos accipiat, comitaturque ad *Cæsarem*. In *Comitiis* apud *Cæsarem* *Commissarius* legatus à quibusdam *Nobilibus* deducitur, notante *Sprengero Lucero, Imp. p. 8.* qui simul, si quando comitatu plurium vehiculorum ritatur, eo solum quo vehitur aulam intrare licere legato, reliquis ante portam relictis, observat, sed & occursum ac comitationum gradus modumque explicat satis. Quomodo ipse *Imperator* Electores ad se venientes acceperit *olim*, usque obviam processerit, *Lamneus Add. T. 1. ad III, 2, 6.* annotavit, nam istam morem in desuetudinem abiisse ex *Leodio* traditur ibidem. *Inter Statuum* invicem, qua ratione fiat ista legatorum deductio, iterum exemplis disci debet, nam variationibus heic quam maxime locus est, speciminis loco apponere lubet, quibus *Solennitatibus* ea apud *Electorem Brandenburgicum* facta *in legatione à Collegio Electorali, A. 1658.* missis, ita autem *Protocolum legationis* habet; *Jouis den. 1. Jul.* haben sich die *Chur-Sächsischen* um 10. Uhr abermahl bey den *Chur-Mainischen* eingefunden/ um 11. Uhr kamen die *Chur-fürstl. Abgeordnete Cavalliers* mit dreyen *Carrossen* sampt einer ansehnlichen *Suite* von

Hoff: Jündern / Pagen / Laquaien und Trabanten / usf thate der Churfürstl. Brandenburgische Oberschenk / Herz von Gös / die Herrn Abgesandten im Nahmen Ihrer Churfürstl. Durchl. zur Audienz ruffen / worauff Sie sich alsobald miteinander in die letzte Kutsch begeben / und nachher Hoff gefahren / alwo ihnen unten an der Gassen stiegen oberwehnter Herz Ober-Marschall beneben noch vielen Cavalliers entgegen kommen / und Sie bis an das Churfürstliche Zimmer begleitet / unter der Stuben-Thür aber im Vorgemach haben Ihre Churfürstl. Durchl. in Person sie daselbst empfangen / und zu sich in Ihr Zimmer ersordert / worauff durch mehrgemelten Herrn Dobristen Jacob (als welcher wegen Chur-Mayns das Directorium geführet) der Vortrag geschehen. Unter wehrender Audienz ist die Taffel zubereitet worden / nach Vollendung desselben wurde die Churfürstliche. Fr. Gemahlin auß ihrem Zimmer in die Taffel-Stuben geleitet / und sind von Ihro Churfürstl. Durchl. die Herrn Abgesandten bey der Taffel zubleiben gebeten worden / allwo Ihro Churfürstl. Durchl. sampt dero Churfürstl. Gemahlin oben an / darnach die Herrn Abgesandten in Ihrer Ordnung gesessen / in der Audienz aber geschah die

Pro.

Proposition von Herrn Obersten Peter Jacoben von Ebelbach / in beysein des Freyherrn von Loben und noch vier andern allerhöchst gedachten Seiner Churfürstl. Durchl. geheimen Herrn Rätthen / nach vollender Taffel seynd die Herrn Gesandten in eben solcher Ordnung nach Hauß geführet / als sie abgeholt worden. Den 14. Jülis schickte Se. Churfürstl. Durchl. abermahl ein solche Suite / und lieffen die Herrn Gesandten, künfftlich zur Audienz abholen / und behielten dieselben wider bey der Taffel.

IX. Diximus antea in electione legati consistere, publice an privatim velit audiri, sed communi Reip. utilitate id limitatum quadantenus reperitur in legatis. Statutum ad Cameram missis, qui non nisi in rebus gravioris momenti in pleno Confessu audiuntur, alias vero scriptis desideria sua tenentur exponere, prout iste modus Ordinatione Camerali part. 1. tit. X. §. 26. definitur his verbis: Nachdem auch hieher etlicher Ständ Botschafften und Gesandten / so an Cammer, Richter und Baysler abgefertigt / in ihren Verbungen im ganzen Rath gehöret / und aber dadurch andere Raths, Geschäfte und der Partheyen Sachen merklich gehindert worden / sollen forthin solche Botschafften und Gesandten / so fern es immer möglich und die Sachen erleiden mögen / der Bescheidenheit

seyu / ihre Werbung in Schrifften fügen
bringen: Wo aber der Käyserl. Majestät / Un-
sere / oder auch eines Churfürsten / Fürsten oder
Stands des Reichs Botschafften dergestalt
abgefertigt / ihre Werbung / der Sachen
Nothdurfft nach / mündlich anzubringen /
alodann sollen dieselbigen / durch Cammers
Richter und Besizer im Reich gehört / und
den Sachh. nach wider beantwortet / und abge-
fertigt werden.

X. Ratione *corpore* audientia destinati id so-
let observari, ut ad dicendum solenniter non
admittatur legatus, nisi traditio literarum cre-
dentialium, quibus legitimari personam ejus di-
ximus, præcesserit, ut notavit *Lisium Annos.*
ad Capital. p. 450. quare novum non est, ut si de
fecus in his aliquis reperiat audientia differa-
tur, donec reparatus ille fuerit: ob hanc causam
nuper legatum D. in Aula Gallica aliquando
Colloquio Regis prohibicum, publicæ relatio-
nes docuerunt, & A. 1612. Auersbergium, tum
temporis Comitem, post Principem, Cæsareum
apud Batavos legatum, ob denegatam præsentis
ab his tituli formulam, per plures mentes fuisse
detentum, alias constat, existimaturque hoc
casu adversus publicæ gentium Jura nihil com-
mitti.

XI. Quod si vero exhibitæ sunt acceptæque
fidei literæ, & tamen Princeps, ad quem missus
legatus

legatus, nondum de amica mittentis mente certus est, utrum nihilominus absque ulteriori cunctatione admitti illico debet, etiam in Statu dubio, an vero, salvo gentium jure, tantisper poterit suspendi, donec mandati quoque ac plenipotentiæ rationes, vel utrum ab amico venerit, an hoste, belli indicendi causa, prædocuerit. Illustre hujus disceptationis exemplum vidimus in legatione Brandeburgica A. 1658. ad Regem Sueciæ Flensburgum instituta, postquam enim Electorem cum hostibus Suecorum consilia habere agitate, opinabatur Rex, noluit ad audientiam solennem, quam reiteratis vicibus petierant, legatos admittere, nisi specialius antea exposuissent, quo consilio venerint, an componendi subortas dissensiones mandatum habeant, an aliquid aliud, & bellum forte denuntiare, velint, quam in rem tres ex Ministris suis Commissarios constituebat, qui propterea cum Brandeburgicis agerent, adsumtis simul Brunsvigo-Lunenburgicis Hassiacisque, eo præcipue nomine venientibus, ut Conciliatores essent amicitie inter Regem atque Electorem restaurandæ. Et quoniam isti repugnaverant, ea fere *jura argumenta à Suecis prætexebantur*, non posse Regi modum præscribi, quomodo ad se venientes audire debeat, talem legem injungi non nisi inter barbaros solitam esse, extare antiquis recentioribusque historiis infinita exempla, quibus appareat Reges populosque liberos arbitrio suo reliquum voluisse, quæ ratione legatos audirent, non

modo circa veniendi solennia, sed & communi-
tandi modos, præterea per ipsa gentium jura
moresque, admissionem legatorum non eandem
semper esse, sed pro mittentium qualitate &
meritis, causarumque ac negotiorum diversitate
variari, aliter cum amicis certis, aliter cum hosti-
bus & illis quorum fides suspecta est, agi, quo-
niam itaque & verbis & factis hostilia passim
ostenderit Elector, non posse non Regem adventu
legatorum, præmissa talium propositione, per
Deputatos faciendam, mentem mittentis, ratio-
nem legationis, & potestatem ab legatorum pro-
more inter Reges populosque sævito, sciscitari,
antequam inter tot tantaque dubia de admisso-
ne quicquam statuatur, quæ ab ista declaratione
ita dependeat, ut sine hac eandem concedere
dignitati Regiæ facile grave sit futurum, quid si
enim in faciem Regi bellum denuntiare aut ejus-
modi alia exponere haberent in mandatis, quæ
non sine aliqua Majestatis Regiæ dedignatione
possent audiri? Ex adversum *regerant Brandenburgici*,
ad Regem se missos esse, non Ministros
Ejus, habere quoque in mandatis, ut apud Re-
gem audiantur, non esse moris inter eos, qui le-
gatos invicem mittendi consuetudinem habeant,
ante audientiam tractationis cum Deputatis ini-
tium facere, nec convenire legato, ut prius pa-
riatur privatim at cana sibi extorqueri, antequam
Ipsi Principi, ad quem missus est, aperuerit,
quod ab Iphis petatur, esse rem quæ omni careat
exemplo, declarasse antea Regem, gratam sibi
hanc

hano missionem futuram, literis ad Electorem Gothenburgo scriptis, sibi quoque, ut Flensburgam venirent, curasse scribi, per Comitem Palatinum Rheni Sulsbacensem; postquam accessissent, majoribus quoque, ac alias solebat, honoribus fuisse receptos, quare nunc denegari ulterius non posse audientiam, aut enim non fuisse recipiendos legatos, aut post receptionem à colloquio Regis non arcendos; quoniam autem priori opinioni inhaerant Sueci, re infecta, & non obtenta audientia denique discesserunt Brandenburgici, variis postea & acerbis fere literis, ad depuratos Suecicos illos Ministros scriptis, acceptisque ab iisdem, quibus iniquitatis se invicem arguebant. Sed & potentissimus Elector in literis ad Collegium Electorale tertio Julii mensis die ejusdem anni confectis, valde conquerebatur, & multa hujus generis utriusque partis legati Residentes apud Fœderati Belgii Ordines eodem tempore Memorialibus suis immiscuerunt, quemadmodum exempla illorum scriptorum docent apud *Londorpium Contin. part. VIII. l. 8. s. 228. 229. 232. 234. lit. D. 240. 41. 42. 48. 283.* breviter autem rei seriem exposuit *Autor. des memoires. p. 279. seqq.*

XII. Illud in vim regulæ inculcant Ceremoniarum Magistri, ne in prima audientia quicquam fiat, quod molestum esse possit legato, si quidem idurbanitatis regulæ maximopere flagitent; quod multis insuper exemplis confirmat illustratque *Autor. des memoires. p. 335. seqq.* ex altera

tēra parte in salutandis Principibus primum legari studium esse dicitur, ut inexpectata quadam, ac ultra communes dicendi rationes sacrectura arte, virtutes Principis, qui salutaris extollat aut expliat, atque ita affectus & benevolentiam, amicitiamque, nomine mittentis Principis, offerat; cujus artificii speciem in quadam consignavit *Boeslerus dissertatione de legatione moris Civilis & Antici. p. 661.*

XIII. Ex eodem provocantur, ut in audientia se accomodet legatus ad mores nationis apud quam versatur. Non loquitur hic in univēsum de imitatione patrii moris, qualis an facienda sit legato, passim apud scriptores hujus argumenti differitur, sed de illis tantum, quae in alloquio Regis, moribus gentis de qua aut turpia putantur, quamvis enim alias ritus domesticos retinere consultius judicetur, in his tamen extra periculum alium se ostenderit. Ita in *Gallia* in civile habetur, si legatus aliquem saluter praesentibus Rege vel Regina: in *Anglia*, si quis se regat coram Regina, sine reposita ejusdem jussu. passim fere; si quis satellitio utatur in conspectu regis, & quae sunt illa hujus generis: *Conf. Aut. des memoires. p. 453. & 475.* quamvis ea usus limitatio hodie debeat observari, nisi istimotes dignitati mittentis graves exsumentur, quemadmodum Persae olim *speciosius* & adorationem Regis sui ab aedibus exegerunt, qualem *Conon* Atticus legatus ad eos observare noluit, ut colloquio regis carere mallet, rebus in scriptis

scriptis confectis, quam adversus patriam dignitatem quicquam committere, *verebatur enim ne civitati suae. si opprobrie, se aut ex ea sua profectus, quo ceteris gentibus imperare consueverit, patitis barbarorum quam illis more fungeretur, cui alias non erat gravis quovis honore habere. Rege. ut est apud Corb. Nepot. in. Corob. 113) 40. atque is ob recusatum peregrinæ venerationis morem, studiumque dignitatis patriæ retinenda scriptoribus passim commendatur.* In aula Casarea, ratione negotiorum, ob qua missus est legatus, discrimen quoque hic deprehenditur, alii enim ritus servandi illi, qui foederis forte cum Casare contrahendi, aut alius publici negotii causa, alii ei qui ob investituram petendam super feudis Domini sui, accessit. Sicut quod posteriorem attinet casum, exemplum Investituræ, quo ritus hodie recepti describuntur, apud *Carpzon de Li. Reg. c. 10. Sect. 9. n. 25.* ostendit, quibus ceremoniis in Comitibus habeantur legati Statuum, si quando à Casare audientia conceditur, in univ-
 versum definiri non posse annotat *Autor. de Grundv. part. 1. s. 5. p. 49.* non solum quod aliter Elector, aliter Princeps, aliter horum, ac Civitatum legatus tractari, sed & insuper obsecrati solet, sæpius legatis pares ac ipsis Dominis honores fuisse exhibitos, quamvis specimen hujus rei postmodum subjungatur. Referrî huc debent cætera exterioris notæ, quo pertinet, ut in Comitibus finita audientia apud *Casareum Commissarium*, hastiferis qui ante Cameram excubant, honora-

honotarium solvatur, notante *Sprengere Lucerni*,
imp. p. 9.

XIV. An & ratione *lingue* idem valer t ita
olim *Romani* velut pro imperio à Græcis atque
exigebant, ut latino secum sermone loquerentur,
non solum in Urbe Roma, sed etiam in Græcia
& Asia, quod scilicet latine vocis honor per om-
nes gentes venerabilior diffunderetur, quem-
admodum observatum est à *Valerio Maximo*. 11,
2, 2. & sane pertinet ad tuendam Imperii majesta-
tem proprii sermone cultus, eoque Principum
ac Electorum illos oratores, ad externos Reges
missos, qui externæ trabes suam purpuram
subiiciunt, dum plerumque legationi linguam
non latinam aut vernaculam, sed Gallicam vel
Italicam foris commodant, reprehendit *Kircher-
nerus legat.* 11, 7, 48. sed hodie quidem in prima
audientia plerumque servant vernaculam, in cæ-
tera vero tractatione populi illius lingua, ubi vi-
vunt, utuntur quod *Salva* mittentis dignitate fieri,
ostendit *Paschalius legat.* c. 74. 48. quamquam id
quoque non perpetuum, diversa enim gentium
instituta notavit *Autor. des. memoirs.* p. 558. &
479. in *Anglia* quidem non nisi Anglicana ad-
mittitur, ipsi Angli alibi quoque sua lingua me-
morialia conficiunt, addita tamen Gallica inter-
pretatione; Galli suam ubique retinent, quod
Hispani etiam sæpius faciunt; Cæsarei Ministri,
latinam, nisi quod aliqui ex his natione Galli,
vernaculam suam ostenderint, Principum Germa-
niæ vero legati diversimode aut latina aut Gallica
aut

aut Belgica etiam, pro diversitate populorum, utuntur lingua, in Turcia pro negotiorum varietate, alius quoque obtinet sermo, quod ex *Petro Matthæo refert Linnæus ad Capitul. p. 208.*

XV. Cæterum quia passim, & præsertim apud Italos, subtiles ceremoniarum in audientia observandarum differentiæ occurrunt, novum non est, ut Princeps, ad quem missus est legatus, finita audientia, *caveat de non præjudicando*, si debita forte ceremonialia præstita non fuerint. exemplum habemus in legatione Ferdinandi III. Imperatoris, post susceptum Imperium, ad Pontificem M. Urbanum II. A. 1613. observantiæ testandæ ergo, pro more Catholicorum Principum, missa, cum enim legatus, qui Princeps fuerat Gronaviensis, d. 16. Novembr. in Palatio Pontificio splendidissimo apparatu audiretur, sub discessum dixerat Pontifex: **Sie hätten bey gegebener Audienz denen jenigen / so es gehörig anbesohlen / an den gewöhnlichen Solennitäten nichts zu unterlassen / sondern denselben als einen Kaiserl. Extraordinar Ambassadorn, wie es herkömmlich und bräuchlich zu tractiren / dasen aber bey gegebener Audienz / belangend das Aufstehen und Sitzen / vielleicht zu wenig geschehen / und einiger Fehler vorgangt wäre / so erklären sich Ihre Päpstl. Heiligkeit hiemit / daß alles und jedes / was und welcher gestalts dasselbige durch Unachtsamkeit**

sonst drey dertzen es anbefohlen gewesen / bey
 wohnender Audientz / so man dergleichen Röp-
 flichen Oratoribus zugeben gewöhnet / etwas
 unterlassen und überschen worden / keines Wegs
 für ein Exempel angezogen werden / noch weder
 Ihrer Majestät oder Ihren Successoren / auch
 nicht weder diesen gegenwärtig oder andern der-
 gleichen Botschaften zu präjudicio oder
 Nachtheil geräthen / sondern gleich als ob sol-
 ches nicht vorgegangen wäre / gehalten werden
 solle. vid. *Londorp. Cont. p. 177. l. 1. s. 38. p. 117.*

XVI. Porro inter effectus Characteris repræ-
 sentatitii id quoque poni solet, *ut honoratior lo-
 cus in domo Principis, ad quem mittitur, con-
 ceditur legato, sed maxime heic variatum est, ac in
 utramque partem extant actus, uti præter Au-
 storem des memoires prolixius ostendit Fürstent-
 hius libelli sui capite 63. adeo ut si jure rationem
 sequamur, in contrarium potius regula consti-
 tuenda sit generalis, quod supra fecimus, quod
 scilicet legatus suprematum habentis, ipsi supre-
 matum habenti neque cedat, neque apud ipsum
 quidem primum exigere possit locum, atque ea
 in re nec Electorales à Regis, nec Principales
 ab utrisque differte idem Fürstenthus ostendit
 e. g. Brandenburgicum Electorem una cum Con-
 juge in mensa ante Electoralis Collegii legatos
 A. 1658. ad se missos, locum occupasse, excerpta
 protocolli ante allegati docent, cujus generis
 multa passim exempla reperiuntur, quibus & Ba-
 varus,*

varus, nondum Elector, & Dux Neoburgicus
alique Regiis etiam legatis non cesserint.

XVII. Idem fere iudicium ferendum est de
facultate se regendi sedendique coram Regibus, qua-
lem à jure representationis dependere tradunt
Scriptores, constat enim à Regibus quibusdam
etiam legatis illorum, quibus cum caractere
rales mittendi jus esse ipsi fatentur, id non con-
cedi, adeo ut videatur *Casarinus Furstenerius*
t. 37. circa finem, distinctionem admisisse, inter
legatos regios & non regios, eo effectu, ut in
illis quidem hoc juri representationis sit con-
nexum, in his non æq; : anne ergo sequatur apud
Domini sui æquales id legatis licere? verum nec
sic regula certa potest constitui. Equidem a-
pud *Regem Gallorum* moris esse ut *legati Principum*,
quos absolute nominat, se regant, *Græmondus. lib. 13. sua historia* observavit, distinxit-
que in eo à cæteris cum Rege colloquentibus,
invaluit, inquit, ut *Cleri, nobilitatis & parlemen-
torum Oratores in vestigio stent dum alloquuntur*
*Regem: Ordo populi genu flexo; legati Prin-
cipum, ne dum in vestigio stant, sed & operto*
capite loquuntur, sedentque si sederit Rex,
quem compellant. quod tanq; de omnibus dici non
potest, *Electorum enim Principumque Germaniæ*
æque ac Helveticarum provinciarum fœderata-
rum, legatis, id nondum concedere voluit Gal-
lia, sicut passim notatur à Furstenerio, qui insuper
nulla rationis specie id nostris quidem negari o-

G g

stendit.

stendit, siquidem & *Venetis* & *Sabando*, *Mantuano*, *Florentino*, aliisque *Italiae* Principibus, Germanis sane minoribus, saltem nihilo majoribus, pridem fuerit concessū. Verum insignis heic irregularitas observatur; nam & in *Anglia* his idem licet, nisi quod *Mantuano* *Ambassadori* A. 1627. difficultates sint motæ, cui tamen, postquam coram *Imperatore*, *Papa* & *Rege Franciæ* sibi indulgeri allegasset, postea & se tegere & sedere concessum esse, tradit *Autor. des memoires. p. 473.* sed apud *Regem Hispania* idem negatur, ubi tamen se tegunt *Grandes Hispania*, notante eodem *Autore des memoires. p. 455.* quod in *Gallia* *Duces ac Pares* non ausint; quare etiam, cum A. 1675. ex *Grandibus Hispaniæ*, *Comes de Monterey* per *Galliam* iret, *Regem* non salutavit, quod idem apud se concedere eidem noluerat *Gallus*, quod in *Hispania* permetteretur, prout scriptum est *Diario Europ. part. XXXII. p. 145.* Illud tamen in *Gallia* observari, ut præsentibus legatis, quamprimum eisdem ad tegendum caput invitavit *Rex*, se tegant quoque si qui adsunt *Principes*, ante nominato loco *Autor des memoires* consignavit.

XVIII. Quoniam itaque *Ambasciatoribus* *Germanorum* *Principum* pares heic ac aliis honores nondum exhibere voluit *Galliarum* *Rex*, à longo inde tempore hujus generis legati eodem nulli mittuntur, quanquam si compareant, eo tamen uti soleat temperamento, ut & *Ipsè* eos stans & detecto capite audiat, ne vel *Ipsis* tegendi sese occasio

occafio vel prætextus efferet, ficut in legatione Electorum ac Principū quorundam nomine A. 1667. in promovenda pace, Aquisgrani postmodum conclusa, missa, non solum coram Rege, sed Regina quoque, observatum esse, annotavit *Cæsarius Furstenerius* c. 62. qua quidem in re faciliorem se Nostris, quam Helvetiis hactenus præbuit, siquidem idem in horum legatis medium tenere nolle Regem, illustri exemplo A. 1663. apparuit, quanquam enim istam legationem magnifice habitam esse constet, illud tamen multa etiam petitione impetrare non potuerat, ut, quoniam se tegere Rex nollet concedere, ipse quoque audientiæ tempore aperto esset capite, hanc & tecto capite eundem legatos accepisse, eoque amplius audivisse *Diario Europ. part. X. p. 846.* relatum est. Qualiter in colloquio cum Rege Lutetia Parisiorum A. 1636. habito, Bernhardus Dux Saxo-Vinariensis se texerit, dissimulantibus suam propterea indignationem Gallis, & quomodo aliis congressibus Ipse Rex, ne iterum id faceret Ille, se tegere omiserit, apud *Annoireni des memoirs. p. 78.* reperitur annotatum.

XIX. Alibi autem ille honor Principum Nostrorum legatis non denegatur de *Polonia* res clara est, ibi enim *Brandeburgicos* legatos A. 1665. se texisse coram Rege & sedisse quoque, *Diar. Europ. part. VII. p. 348.* testatur: idem in illis, qui A. 1658. Collegii Electoralis nomine eo mittebantur, cum in Senatu publico audirentur, contigisse ex *Protocollo* sæpius nominato constat. Sed &

- *Neoburgici Ducis legatos, unum A. 1669. alterum A. 1674. texisse caput coram Rege, posteriorem etiam coram Regina, Cæsaris sorore, Fürstenerius c. 62. annotavit. Apud fœderati Belgii Ordines ratione sellarum, quæ publico confesso è regione Præsidiis constituuntur, discrimen quoque observatur, ut Ambasciatorum serico, Residentium vero panno viridi sint obductæ.*

XX. In Comitibus modernis Imperatorem legatos Electorum primarios tegere caput iussisse, Sprengerus *Lucern. Imp. p. 9.* notat, idque in prerogativis suis referunt Electores, in scripto Boineburgiano apud *Bœclerum Notit. S. R. Imp. p. 89. n. 7.* quamvis vero de legatis Principum idem non reperiam, de Principibus tamen ipsis testatur *Auctor. der Grundv. part. II. c. 6. p. 54.* exemplo superioribus Comitibus apud Imperatorem, & Regem Hungariae Bohemiaeque observato, nam coram Imperatrice, nec sedisse nec texisse caput Principem istum, quod iussus ab eadem non fuerit, Ipsa vero stans audiverit Eundem, *ibidem* traditur. An in Aulis Electorum Principumque legati eorum invicem hoc jus habeant, an vero aperto semper capite hos audiant, nondum definire possum, saltim in Comitibus, si qui Eorum præsentes sunt, posterius obtinere, colligere aliquis inde posset, quod *idem Auctor der Grundveste* / tanquam rem novi exempli referat. Daß als auff jungsten Regenspurgischen Reichs-Tag der Ch. B. E. die Audiencien denen Chur- und Fürst-

Fürstlichen Gesandten mit bedecktem Haupt zugeben begunte / nicht allein die meisten davon geblieben / sondern auch einige Churfürstliche / da ihnen solches begegnete zu ebenmäßigen Hutauffsehen / der ChF, aber durch solche re-torsion, seine angemachte Weise gegen sie zu ändern / so bald bewogen worden.

XXI. Utut vero alias hoc reservatum sit solis Ambassiatoribus, ut se tegant coram regibus, aliquando tamen etiam secundi Ordinis legatis indulgetur, beneficio ac liberalitate Principum, apud quos versantur, non quod jure exigere possint, exemplum *Deputati Extraordinarii A. 1659. à fœderati Belgii Ordinibus in Poloniam missi*, in hanc rem produxit *Autor. des memoires. p. 538.* qui initio quidem minus splendide habitus, in altera vero audientia & sellæ serico rubro vestitæ insidere, & tegere caput, jussus est.

XXII. Legatis autem primi Ordinis non raro instructionis literis sollicita hujus rei observatio solet injungi, ab iis præsertim, quorum jus nondum penitus in aprico censetur constitutum, quali instituto *Batavi*, cum primum paria sibi cum Venetis jura contenderent apud Exteros, reperiuntur usi, nam legationis, ad Suecos circa pacificationis Westphalicæ tempora adornatæ, *mandatis privatis*, quorum seriem *Londorp. Cont. p. V. l. 2. c. 90.* resensuit, ac nominatim *artic. 8.* dilerte continetur, ut si forte à Regina se tegere non juberentur, suapte sponte id facerent, quoniam à *Souveraino statu missi essent.*

XXIII. Cæterum intelligi hæc debent de Regibus, ad quos missi sunt legati. *Quid si adveniat Rex Exterus in eam anslam, ubi aliorum plurium degunt legati, cumque Dominorum suorum nomine salutare velint, an licebit iisdem se tegere, ceterosque sibi vindicare consuetos honores?* mota est hæc controversia A. 1660. Hagæ Comitum, cum enim Jacobo Regi Angliæ advenienti ibidem, reditumque in regnum suum paranti, publicè eorum nomine gratularentur Batavi, idemque præsentibus Exterorum Regum ac Rerumpublicarum legati facere instituerent, dubium primo penes Regem fuerat, an omnino possent admitti, quod nullas ad Ipsum ferrent credentiales literas, ideoque hoc respectu non nisi pro privatis personis habendi; cumque removebatur illud, quoniam isti legati generalius habeant plenumque mandatum, cujus ratione id agere illis incumbat, quod agerent domini illorum, si essent præsentibus, satis aptos instructosque officio isthoc defungendo censendos esse, neque enim dubitandum, ullum fore Europæorum Principum, quin Regi Angliæ, si in itinere Eum offenderet, istum honorem esset exhibiturus, itaque nec legatos eorum intermittere posse, nisi muneris sui negligentes videri velint; remansit autem difficultas super *iura regendi*, ubi quidem ex Regiis Ministris aliqui existimant, quoniam non esset in suo regno, posse ex arbitrio agere Regem, & concedere iisdem vel negare, salvo utrinque legationis jure. *Alii* secus videbatur, quod admittere legatos vel

vel non admittere in potestate quidem Regis consisteret, admissos tamen aliter non posset habere, quam quatenus statui eorum conditioniq; conveniret, præsertim in tanta civitate, ubi ab omnibus, tanquam legati, honorarentur, permittendum igitur, ut se tegerent, quod & factum postea est, accedentibus Gallico, Danico, Hispanico, Brandeburgico, Hassiaco aliisque, quamvis Hispanicus se non texerit, quod propter bellum, eo tempore inter Hispaniæ Angliæque Regna gestum, ut legatus non comparuit, deposito autem Charactere sæpius admissus est, ad colloquium Regis, cui ob fidem sollicitudinemque pro salute Ejus cum Bruxellis commoraretur, iervatam, gratus admodum fuerat acceptusque, quemadmodum *Diario Europæo* part. V. p. 28. notatum est, ubi consultatio quoque ista legitur.

CAPUT. XVI.

De cateris visitationum, revisitationum, exceptionum, titulorum, in concursu aliorum legatorum consuetis curialibus.

- I. *Ceremonia in visitationibus & titulis recepta, legatis Regiis ac Ducalibus communes sunt.*
- II. *Regula, ut novissime adveniienti prima detur visitatio, hoc demum seculo stabilita est.*
- III. *Inter legatos diversa dignitatis Dominorum aequaliter obtinet.*

- IV. Quantum heic legatis Principum Germania
tum apud Exteros tribuatur.
- V. Tum à Cesareis, suisque inter se.
- VI. Qualis principalibus cum Electoralibus con-
trouersia circa primam visitationem.
- VII. Controuersia Hanseaticorum in Conuente
Monasteriensi qualis fuerit cum Seruientio,
altero Regis Gallia legato.
- VIII. An legatus, qui pluribus annis uno fuit loca-
iterque alio fecerit, reversus, primam visitatio-
nem debeat legatis, qui eo absente nouiter ac-
cesserunt.
- IX. In reuiscitando potior locus incessus & Sessionis
uisitanti datur.
- X. Quamuis alias illi legati de precedentia inui-
cem controuertant.
- XI. Si plures sint legati visitantes, omnibus debetur.
- XII. Legatus à pluribus uisitatus, reuiscitationem
exhibet eodem quo ipse accepit ordine.
- XIII. Qui alterum inuiscit in uiscitatum excipien-
dus est.
- XIV. Tituli pro diuersitate temporum uariis, etiam
inter Ipsos Principes.
- XV. Quando & quo modo Excellentia titulus le-
gatis tribui ceperit.
- XVI. In Germania ignotus fuit, usque ad tempora
Westphalica pacis, ubi ab Exteris Electoralis-
bus legatis datus est.
- XVII. Qui à Principalibus quoque legatis, sed fru-
stra, eundem petierunt.
- XVIII. An Principales eundem titulum tum quo-
que obtinere quaesierint.

XIX. Quid postea in Conventibus Imperii ea de re inter Electorales & Principales actum.

XX. An Principalibus legatis ad Exteros missis eque ac Electoralibus competat.

XXI. Aliquando hac insuper specialibus pactis constituuntur.

XXII. An Princeps solennes ceremonias legato Statuum uni exhibere, alteri ab ejusdem dignitatis Principe misso denegare possit.

I. **C**eremoniæ quæ legatos alios respiciunt, potissimum in visitationum titulorumque consuetudine deprehenduntur. Ubi in antecessu notari debet, eas legatis regiis ac Ducalibus inter se nunc esse communes, non attento magnitudinis dominorum discrimine, siquidem heic non quæritur, quis alteri præferatur, sed an Dominus utriusq; pleno gaudeat legationis jure, & an uterque legatus sit Minister primi Ordinis seu caractere repræsentatio vestitus, quemadmodum in singulis partibus amplius ostendetur. Equidem nuper demum hæc in regulam quandam ceperunt componi, apud Exteros quoque, in Germania autem fere nudius tertius recepta sunt, quare ex uno alterove exemplo inscitia forte aut negligentia eorum, qui mittebantur, commisso, nihil in præjudicium mittentis quicquam concluditur, nam asserere non dubitavit *Casarius Furstenerius*, in Germaniæ aulis triginta abhinc annis Consiliariorum paucissimos intellexisse vim harum ceremoniarum, aut discrimina legati atque Ablegati, cæterasque inter exteros

visitationum ac congressuum regulas, quod nempe parum tum haberent, quod cum Exteris agerent, ac diuturnum bellum eos ad graviores curas averterit, recuperandis conservandisque ditionibus occupatos, ubi illi de aucupandis titulis laborabant, donec frequentiora cum iisdem commercia, hæc quoque nec penitus negligere docuerunt eos. Sed in rem præsentem digrediendum est, videndumque, quousque in consuetudinem mutuam, temporis lapsu, & quibus gradibus heic venerint Nostri, quid concessum, quid controversum, tum *inter ipsos* invicem, tum *cum exteris* adhuc sit, ut ita qua ratione singula se habeant, distinctius cognoscatur.

II. Solent nimirum in Conventu plurium legatorum advenientes quilibet postremi, reliquos qui antea adfuerunt, de adventu suo certiores reddere, ubi hæc obtinet regula, *ut novissime advenientibus, postquam more solito adventum significaverunt, ab Illis prima visitationis habeatur honor*, atque ea quidem hoc demum seculo cepit stabiliri, nam A. 1538. *Roma*, Cæsareus Gallicusque legatus super ista civitate ita decertarunt, ut quisque alteri eandem primo loco voluerit exhibere, quemadmodum denique Cæsareus, qui tamen ultimus advenerat, Gallicum, ad ædes illius jam abitum parantem, prævenit, eumque etiam repugnantem primus invisit, sicut ex literis Gallicij legati, ejusdem anni nona Novembris die ad Momorantium primarium Regis Franciæ Ministrum, scriptis, istam rem prolixius consignavit

Autor.

Autor. des memoires. p. 368. collegitque exinde, quod præsentis seculi consuetudo eo tempore nondum obtinuerit, ex quo *Furstenius* quoque annotavit, *cap. 63. p. 232.* imo & circa initium A. 1620. in Conventu *Ulmenfi* idem contigisse, *alibi* refert, cum enim Ambassadors Gallici tres, aliquot dies post se venientes Marchionem Brandenburgi Onolsbacensem, & Wurtembergicum Ducem, invisere vellent primi, eoque ad petendum visitationis tempus misissent aliquem ex comitibus suis, Principes, accedere priori loco illos constituisse, quod & factum sit, ubi quidem hæcenus vere judicat Gallicus scriptor, *plus quam debuerant, fecisse Principes, neque alio quam nuda civilitatis titulo id omne potuisse haberi*, minime autem exinde, prout ille existimat, *debiti juris necessitatem extruere, possessionemque ejusmodi actu fundare potuerant legati*, quod suo loco ostendemus.

III. Sed *hodie* magis certa est illa visitandi ratio inter legatos, non solum ab ejusdem, sed diversæ quoque dignitatis Principibus missos, novimus quidem *legatum Danicum* A. 1627. in Anglia, adveniendi *Sabaudico* id honoris dare noluisse. quod *rem sine exemplo* opinaretur, ut *Regius Ambasciator*, primam visitationem *Ducali* exhiberet, sed peritus satis harum rerum *Gallicus scriptor*, istam rationem *insignis ignorantia* specimen continere existimavit, siquidem infinita hujus rei exempla palam haberentur quibus *Ambasciatores Imperatoris, Pontificis, Franciæ aliorumque*

rumque Regum, Sabaudiaæ cæterorumque Ducum, Reipublicæ quoque Venetæ, ac Belgicæ legatis, posterius venientibus, id præstiterunt, qualia ipse *libelli sui p. 350.* recensuit, utut enim Belgicis aliquando, & adhuc A. 1637. ea procul dubio ratione, quod ab Hispaniæ Rege pro populo libero Belgæ nondû fuerint declarati, concedere noluerant Gallici legati, quorum exemplum etiam Venetus, quippe Regiis non minor, atque ideo, quæ ab illis non fierent, nec à se observari debere credens, sequebatur, inde tamen, quo per *M. d' Estrades* Regina Franciæ Ordinibus Fœderatis; in posterum legatis eorum istos honores iri-exhibitum, curavit significari, quod d. 17. Febr. A. 1645. factum est, controversia forte non est mota: & si forte aliqui hîc difficiles essent, solennes utrinque visitationes omitterentur, quod in Anglia, A. 1626. Venetum inter atque Transylvaniæ Principis legatum servatum, notat *Autor. des memoires. p. 475.* postquam ab hoc, utut novissime adventanti, prius visitari ille petierat, ac de loco, insuper tituloque Excellentiaæ eidem moverat quæstionem. Sed & Pontificios *Nuncios* recentioribus temporibus id veluti præcipui loco petere, ut à Regiis aliisque legatis etiam novissime advenientibus primi visitentur apud *Autorem des memoires. p. 363.* reperio, quamquã in *Gallia* Eosdem circa primam visitationem paricum cæteris Ambassadoribus jure uti, in *Hispania* quoque ac alibi, exempla in eam rem extare, *ibidem* noterur.

IV. Cæterum an Germaniæ Principum legati in eadem sint causa, videbimus. Ubi quidem *apud Exteros* res nunc extra omnem dubitationem constituitur, quantum ad *Electores* attinet, qui ubique plenis characteri repræsentativo annexis honoribus ceremoniisque fruuntur quieti, sicut multis speciminibus ostendit Autor Gallici libelli *Denouement de la question*, &c. in *Principalibus* vero, superius tradita revocari debent in memoriam, unde constabit, fuisse heic disceptatum; interim non desunt exempla, nam *Galicum* legatum Jeanninum, *Archi-Ducis Austria* Audientiaro Verrekenio, Hagam misso, cum de Induciis Belgicis tractaretur, non dubitavisse istum exhibere honorem, ex ipsis *Negotiationibus Jeannini Presidis*, quæ publice extant, probari vidimus, quarum *primâ parte* consignatur, scripsisse Jeanninum Regi suo, ultimo Julii die A. 1607. se (more consueto) primæ visitationis honorem Verrekenio (tanquam novissime venienti) habiturum fuisse, sed veritum ne suspicacibus jam tum populorum animis major sermonum materies præberetur; locum integrum adduxit *Furstenorius*, qui exinde patere dicit, si suspicio abfuisset, legatos Regios Archi-Ducalibus primæ visitationis honorem statim fuisse habituros, & quia excusaverint abstinenti necessitatem, jus agnovisse, quod & vindicatum, istis sic postea, cum rediisset Audientarius cum patre Franciscano, & correctam ratihabitionem Hispanicam nomine Archi-Ducum attulisset, tum enim

enim legatos Regis eum primos visitasse, ex literis Jeannini ad Bernium Ministrum Gallicum, Bruxellismorantem, ultimo Octobris 1607. datis, ac deinde cum Spinola & Richardotius præses venissent, hos quoque primum visitasse Jeanninum, ex literis ejusdem ad Boderium Ministrum Regis in Anglia, quinto Februarii 1608. scriptis, probavit *Idem scriptor*, voluitq; ostendere, comunem heic Archi-Ducum cæterorumque Principum Germaniæ esse causam. in Polonia *Neoburgicos* aliquoties ab exteris legatis in hoc non fuisse distinctos, sed pari cum regis jure usos, jam notatum est.

V. Utut autem à *Cæsareis* tantam ceremoniarum exactitudinem non postulaverint Nostri, qualem ab Exteris sibi deberi contendunt, Imperatoriam tamen Majestatem suis mandasse, ut *Electoralibus* nominatimque *Brandenburgicis* in Congressu Neomagiensi, non solum *primam visitationem*, si post ipsos venirent, sed & *locum honoratiorem* in domo sua, & *excellentiã* darent. voluisseque d. 21. Novembr. 1676. solenni formula *declarationem* in eam rem edere, *Denouement de la question. Esc. §. 19.* refertur. in Principum autem legatis dubitasse Cæsareos, *Furstenerius* tradit, quanquam, si de *jure* quærat, nec his difficilius esse debeant, existimet ille, quod æqualis Electorum ac Principum adversus Cæsarem sit reverentia atque subjectio: quantum vero Electoribus heic tribuatur, etiam ex observatione *Limnai Add. T. 1. ad. III. 2. 6.* apparet, quã adhuc
in us

in usu esse dicit, ut Imperator singulos Electores in loco Comitibus destinato presentes, in diversis suis visitare & peramanter alloqui soleat. In Conventibus Imperii publicis legatos Statuum inter se convenire, atque honoris ergo de felici adventu Principis sui nomine gratulari solere, quotquot Comitiorum ordinem explicarunt, scriptores, annotarunt, an vero huic rei certa ab usu aliqua regula præscripta fuerit, se latere dicit *Limnæus* §. P. IX, 1, 116. qui ex *Petro Matthæo* regio historico gallico id refert, *Venetis* longum per temporis tractum, inter nuntium Apostolicam ceterosque Regum ac Principum legatos atque Ministros, observatum fuisse, ut ultimus eo adveniens à ceteris ibi degentibus primus fuerit visitatus, antequam is ad eorum se transulerit ades, atque alloquium. Idem aut consimile quippiam, an in Comitibus inter Statuum legatos frequentetur, ut dixi me clam est. Quod specimen Furstenerianæ annotationis initio hujus capituli adductæ, præbere potest, nam eandem regulam heic, & multa quidem ceremoniarum sollicitudine, esse receptam, apud *Autor. der Grundr. part. 2. c. 6.* traditur illis verbis: Die übrige Zeit vor Eröffnung der Kaiserlichen Proposition wird zu Ablegung derer Visiten und Gegen-Visiten angewendet / wobey die Gewonheit bisshero hat pflegen in acht genommen werden / daß die späth ankommenden / zumahlen nach dem Sie de-
nen

nen bereits Gegenwärtigen ihre An-
kunft zu wissen gethan / von diesen zu-
förderist bewillkommet / und am ersten
besucht werden. Wie nun derjenige so
dergestalt die erste Visite ablegt / sich respective
selbst / oder im Namen seiner Principalen / zu
aller vertraulichen Correspondenz anerbittig
macht / also geschieht dergleichen bey Erstat-
tung der Gegen-Visite, von den andern / und
wird zu beyden Theilen auff die Curialia so
wol in Worten / als andern äußerlichen Bes-
zeugungen genau / und mit sonderbarer Bes-
hutsamkeit gesehen / massen dann mancher /
wann Er sich befahret / daß Ihm von einem
oder andern seinem Begehren oder Gebühe
nach nicht möchte begegnet werden / sich lieber
enthält / als daß er solte durch Geb- oder Neh-
mung einer solchen Visite Ihm selbst oder seinem
Principalen ein Nachtheil zuziehen.

VI. Ubi quidem Electorum & Principum le-
gatis singulis inter se, in tuo ordine, facile con-
venit, sed in concursu Principalium cum Electro-
ralibus adhuc difficultates supersunt, siquidem
hi ab illis de adventu certiores redditi, primum
in super visitari volunt, antequam ad ædes illorū
accedant, qualem prærogativam Electoralibus
neutiquam concedere se posse profitentur Pri-
cipum

cipum legati, eoque nomine per plures nunc an-
nos disceptant, quare Imperii aliisque con-
ventibus publicis se invicem non vident *solemniter*,
ne tamen exinde penitus in medium consu-
tere desinant, eo ut solent *improvidenter*, ac de-
posito veluti charactero manna communicatio
fiat *privatim*. conf. *Spranger. Litterar. Imp. p. 72.* qui
etiam *solemnia* hæc, quæ in notificatione adven-
tus atque inflecta veneratione consistunt, in Ele-
ctoralibus solum Principalibusque observari, ad
Comites vero Praelatosque Civitates non pertine-
re, annotavit *libelli istius p. 52.*

VII. Ceterum si plures sint æquali dignita-
te legati diversisque habitent aedibus, solet pri-
mo loco legationis Princeps visitari, & inter-
dam quilibet seorsum. *Quod si omnes in prima*
visitatione conjuncti sint, ut legatus visitans ab o-
mnibus uno ictu admittatur, omnes simul compellat,
et quæ in mundis habet, expetat, communo quo-
tyne necipias responsurum, ne nihilominus reliqua ad
propriam adit. invisere tenebunt? Vidimus hoc
controversum fuisse in Congressu pacificationis
Monsasteriensis, cum enim d. 29. Jan. A. 1645.
Lubecensis, Bremenensis ac Harburgensis Civita-
tium, suo totiusque Hanse Teutonice nomine,
Deputati, Comes d'Avaux, primum Regis
Gallie legatum præfixa hora inviserent, simul
vero Comes de Servient, cui eundem altera die
exhibere honorem decreverant, adesset, atque
nunc ab utroque accepti essent dimissique, se-
quenti die Hispanicum legatum salutaverunt,
si h. postea

postea 31. Jan. Servientium visitaturi, qui ceteram
 quoque audientiam habere, qualent puerant, de-
 sinavit, accedentes autem ad se noluit admittere,
 sed de claustris conclavis Nobilis quidam excep-
 pit, alia primum negotiis impeditis, legatum
 causetus, non visitationem praecl. Hispanicis ha-
 bitam exprobravit, quod in injuriam non solum
 legatorum, sed Domini quoque sui, Christia-
 nissimi Majestatis Regiae vilipendium pertineret.
 Serventium in pari cura Comite d'Avonx, di-
 gnitate potestateque constitutum, Hispanicis
 postponere, & quamvis opponerent, Hanſatici,
 utriusque Dominorum legatorum debitum hono-
 rum ante Hispanos indignum nupersa communi
 audientia habitum, ut concepta tam sa. ille, sen-
 tentia petitus, ut inauditi domum reverti co-
 gressus, publica sermo acceptam injuriam
 vindicaturi, nisi Hessiani Ministri impedissent,
 alie ratione, qua contravertis componeretur, ad
 medium proposita, amamen non defuerunt, ra-
 tiones suas publice exponere, exigentibus iure ac
 more acceptis, ut vocabant, delincent, quibus
 alteri Galliae Regiae legatio, juris rigore, separa-
 tam exhibere visitationem se non debuisset, evin-
 gressum antea, reperitur ut vero apud Londam.
 Kent. H. de. 1604. De isto quidem facto, ipsorum
 iudicium ferte, nihil auctoritate, nullo enim ad hoc
 circumstantia, qua peculiarem, mandatur con-
 siderationem, abſtinet, valida satis videtur pos-
 serit totum, quam s. 18. allegaverunt illi, id est
 superiacuam censetur repetitam visitationem, cum

nemo

*neque sane mentis arbitratus sit, proponi etiam iterum
 non oportere, quod hodie utrique propositum, Eodem
 quo ab utroque responsum acceptum, sit, nisi dicere
 malis, posse proponendi modum alium usurpati,
 quem admodum exempli legationis à Collegio
 Electorali in Polonia missæ vidimus observari,
 cum prima à sola Rege, postmodum in Sen-
 su publico, eodem deus præsentè, audiretur,
 sed & observantiam Germanicæ imò & aliarum
 gentium in summa partem afferebant Hæcæatici,
 Germanicæ solenne negotium suum egissæ, qui ta-
 men, & aliis gentibus communis sit, patet enim in
 Cæsariæ omniumque regni, & Principum coetibus;
 legatorum autem, & residentiarum locis, id observari, ut
 si duo conjunctim ad negotium, paræ auri potestate
 Deprecati, alius legatos conjunctim in communibus
 alteriusve adibus, admittant, audiant, commu-
 nique nomine ipse respondeant, tunc utriusque in so-
 litum honor exhibent, ac officio suis factum conspa-
 rant, nec alter aliud separatim, sui, alloquium, iure
 præter possit, similiter illos, & ab hinc à Saax. Ges.
 Alap, utriusque Sarenissimæ Reginae Silesiæ, nea ma-
 conu hic Abbatibus, à Reg. Cathol. Maj. utroque in
 Jacobinis, in Mandatis Demivorum suorum, que
 nonjunctis, ideoque, licet alter alteri genere, vel
 ipsorum dignitate, alius ubi præcellat, pari cum anterit-
 que, & potestate in commisso pacis tractanda nege-
 sis, legatis, & omnibus item separatæ domus habi-
 tantibus conjunctim admissos, audireque, nihil ali-
 terius seorsim præstitisse, citra ullam aliorum, quod
 eorum sciant, offensam. An vero si quod Gallia id*

moris esset, etiam Germani, & quidem in Germania teneantur idem observare, alia quaestio est; existimantur certe Hanseatici, etsi vel maxime, de quo tamen haec non constat, singularis hanc in re Galia mos esse seu vetus seu novus, permittet illa Germanis germanico & veteris Gentibus usitatos more agere, & ignorantiam saltem nullius usus subtilitatum haud in crimen vocabit, si cui aliorum super ista lice judicia nosse placuerit, ei admodum fuerit *Autor des memoires*. p. 365. tum etiam nuper *Historia pacis Westphalicae* lib. 20 n. 4. p. 77. sed & libello Gallico, *Denoncement de la question*. Gr. 9. 7. eadem res sub nomine voco *legationibus quorundam Principum Imperii*, refertur, additurque ex *Vittorio Siri* decisio.

VIII. Quaesitum ita quoque memini, si legatus pluribus annis uno fuerit loco, atque alio fuerit, non non reversus praesentem visitationem debeat legatis, qui eo absente noviter accesserunt, & exemplum disceptationis habuerunt aliquando Venetia in legato Gallico apud se aliquandiu commorato, ac in Galliam profecto, post reditum vero, a pontificio Nuncio, interea appulso, primo loco salutari petente, sed restitisse Nuncium, eo argumento, quod una eademque sit legatio Gallica, nec reditus pro novo accessu possit haberi, observat *Autor des memoires*, pag. 362. & bene videtur ista ratio esse peremptoria, quoniam visitationis prerogativa non nisi ultimo in aulam vel locum Conventus, ut legatus, hoc est, consuetis solemnibus exhibitis, venienti, tribuitur,

rum, talis autem non est ex itinore rediens, cum
 utique sub reditum iterato receptionis honore
 non afficiatur, nec novus afferat credentiales liti-
 ras, nec primam, quam vocant, audientiam peti-
 tat, sed & magnam saepe partem familiaris sus-
 tineri relinquit in loco quo commorabatur, quae
 & haecenus privilegii legationis fuerat gavisae,
 quemadmodum decidenda alii ejus generis liti,
 A. 1662. Hage Comitum Inter Gallicum Hispani-
 cumque legatum ortae, ista apud eundem scri-
 ptorem conducuntur.

IX. Postquam acceptae visitationes legatus, ad
 hos ipse solet visitare, ubi receptum est, ut in
 revisitando potior locus ingressus & sessionis visitantis
 datur in aedibus legatorum, quod olim iuda fuerat
 civitatis, sicut passim docent exempla, ab
 Autore de memoris & Casarino Furstenberg con-
 signata, nunc in jus abiit, iterum inter legatos
 Dominorum diversae dignitatis valiturum, nam
 Caesarei Regique concedunt Ducalibus, Sabaudi-
 dis, Florentinis, aliisque, locum domi suae,
 praeterquam Romae, quod ex consuetudine
 Hispani Gallicique faciunt: & olim iis quo-
 que quibus Excellentiae titulus negabatur, po-
 tior tamen locus concessus est, nisi quod Gal-
 licus legatus Comes Harcurius A. 1642. in
 Anglia Baravo praeter Excellentiam etiam hono-
 ratiorem locum visitaturo apud se abinverit, no-
 tante Autore de memoris p. 480. Ceterum Ele-
 ctionibus ubique nunc conceditur, etiam a Ca-
 sareis, quod ex superioribus patet. Tempore
 pacificationis Westphalicae Principalibus, & no-
 minatum

miratione Austriae Comiti Wolkenssteinio denegavit. Nuntium Pontificium, quod crederes Principibus Germanis non competere jus legationis, imperitia rerum Germanicarum, quam ei Wolkensteinus objecit. In Conventu tamen Deputationis Francofurti A. 1655. habito, apud primum Cesareum Commissarium, qui fuerat Episcopus Wormatiensis, cum d. 6. Septembr. eundem invisset legatum Brunsvigo-Luneburgicus, Polycarpus Heilandus, primigradus sive manus passusque honorem in domo ejus habuit, quod ex Relationibus legati illius publicis, a secularibus affectatis, docuit Furberius c. 63. qui locus, quoniam cetera quoque hac pertinentia continet, apponi meretur. 5. Septembr. bin ich zu gefagter Stund nemlich um 10. Uhr nach dem Herrn Kayserlichen gefahren / anstatt dessen aber daß ich vermeynet / es wüßte die Kayserliche Gesandtschafft bey samten seyn / hab ich doch nur alleindich Hn. Bischoffs zu Wormbs Fürst. Gn. in der Thum-Probstey angetroffen / welcher dann in respect des Fürstlichen Hauses / mir große Ehr angethan / und mich entblößtem Haupt mir an die äußerste Pforte entgegen kömten / mir auch im ein Treten in das Haus / Anti-Camera und Audiens Besrach. An Vorritt gelassen / mich gegen dero übergest. u. Nach gemeldter Conferenz hab den Fürst. Gn. mich wieder bis in den Hof begleitet /

begleitet / und wie bey dem eingehen geschehen / den
 Portritt mir allemahl gelassen.

X. Obrinet autem hæc regula etiam inter le-
 gatos, qui de præcedentiâ alias sibi invicem mo-
 vent lites, siquidem tali actu neuter sibi jure
 præjudicat, aut acquirit, cum præcedentiæ jus
 non nisi in loco quem *tertium* vocant, id est, qui
 ad neptus eorum de quibus agitur pertinet,
 vim suam ostendat, nam alioqui sæpe fieri dicit *Fur-*
stentium, ut quibus legatus in loco tertio cede-
 ret, eis præferatur apud ipsos, & qui legato ce-
 derent alibi, apud ipsum honoris ergo primo
 sint loco, quemadmodum videmus inter legatos
 duorum Dominorum, etiam sibi cedentium ob-
 servari, quare cum in Congressu Lubecensi A.
 1653. Brandenburgicis novissime advenientibus,
 Veneti ad Baravi, propter litem præcedentiæ
 quam habent cum illis, nec primâ visitatione, nec
 primû domi suæ locû, si ab ipsis visitentur, conce-
 dere, locû constituerent. *P. Linage de Vauciennes*,
 qui *Temptoris negotiationû Chanutii*, legati, ac eo
 tempore Mediatoris Gallici, istam rem explicavit,
 tale suum subjunxit judicium, fuisse *in signe rudita-*
tis exemplum, quod illi committerent.

XI. Si plures sint legati visitantes, qui pari re-
 præsentationis caractere præfulgeant, honora-
 tior locus omnibus debetur, quoniâ dignitas mit-
 tensis in legatione, pluribus constante membris,
 eodem fere modo, ac anima in corpore humano,
 residet, tota nimirum in toto, & tota in qualibet
 parte, ideoque censetur indivisa esse, ut eorum
 nullus postponi possit, absque læsione Domini,

quanquam aliquando distinctionem facere voluisse quosdam, non ignoremus, sicut Gallos quoque in pacificationis Monasteriensis Conventu inter legatos Batavos, non nisi *prima manus* passusque honorem concedere voluisse, consignatum reperitur apud *Historiam des memoires*, p. 357.

XII. Si autem a pluribus visitatus est legatus, revisitationē eodem ordine solot exhibere, quo ipse accepit, in qua se iterum disceptationes ortae sunt, nam & nuper demum A. 1677. Noviomagi praeceiebant Galli, ut sibi praes aliis Regiis legatis, etiam in visitando se prioribus, revisitationis honor daretur, sed *contraria praxis* intententes observata, illis, ni fallor, fuit opposita, controversia quam cum Caesareis eo nomine habebant, extat *Diario Europ. part. XXXII. p. 74.*

XIII. In universam circa acceptionem legati observant, ut *quis alterum invisit in alicuius aedem excipiatur*. Ubi alias pro diversitate casuum, occursum & comitationum limites scrupulositate multa definiuntur, quales ubi debeant inquiri, supra indicavimus. A. 1668. in Anglia factum est, ut Hispanicus Venetum visitaturus, ad aedes ipsius acceptionem expectaret, cumque non descenderet legatus, significari eidem iussit, quod ante aedes Venetum praestolaretur, sed respondit hic, quod superiori aedium parte illum opperiretur, quare insalutato altero domum reversus est Hispanicus, & videbatur res majoris periculi, nisi interventu caeterorum, qui aderant, legatorum fuisset.

fuisse composita, uti *Diario Europ. part. XX. p. 125* annotatur. Quomodo *Electorum ac Principum* legati in Comitibus apud *Cæsarem* Commissarium accipiantur, ex *Sprengere* ante diximus. In Congressibus *Westphalicis* illud discrimen à *Cæsareis* observatum, inter *Electorum Principumque* Ministros, ab ipsis quoque *Principibus* toleratum, tradit *Furstenbergius*, quod scilicet *Ministris Principum* ad *Cæsareos* invitentibus, tantum *Princeps* legationis *Cæsareæ* eos in ipso domus ingressu excipiebat, Collegis in loco ad audiendum ipsos destinato, manentibus, sed *Electorum Ministris* obviam ibant omnes, *Sueci* tamen ea in re *Electorum* aut *Principum* *Ministros* non distinguebant. *Hanseaticarum Civitatum* *Ablegatus* eodem tempore *Gallicus* in gradibus, in ingressu domus per *Ministros*, accipio, in discessu vero ipse per gradus usque in aulam deducitur eodem.

XIV. Denique ad *titulos* legatorum progrediendum est, ubi quidem *antiquiora* tempora à *profusionibus* diligenter distinguenda fuerint, sicut & ipsi *tituli consules ac salennes* ab *arbitrariis & oratoricis*: quemadmodum enim nostro tempore nimis subtiles sunt homines politici in istis *titulorum* *ordicibus* tribuendis, ita priorum seculorum *foedissimam* horum *confusionem* fuisse, ut *ignarus* penitus *temporum* videatur qui illorum *prejudiciis & auctoritatibus* nunc *distincta* *miscere*, quodque tunc *sine delectu* datum sit, *vindicare* contendat, monuit *Grafvinkelius de*

jur. præced. inter Remp. Venet. & Duc. Sabaud. c. 10.
 quo etiam pertinent varietates titulorum, cuius-
 que earum apud *Pasendorhium de J. N. & G. l. 1. c. 18.*
 signata. idque non solum *abbatus*, sed ipsos
 quoque *Principes* potest referri. Olim *Majestas*
 non nisi *Cæsari* dabatur, *Reges* enim *Regia Di-*
gnitatis nomine compellabantur, à quibus nec
 hodie esse discessum, aliqui existimant, si in *Co-*
mitiis, totius Imperii nomine, ad exteros *Reges*
 literæ fuerint scribende, quæ in rem nominari
 debet *Consultatio Comitalis*. A. 1641. d. 12. 22.
 Febr. de titulo *Majestatis Regi Gallorum*
 dando, habita, quam exhibet *Londrensis Cont.*
part. V. p. 125. seqq. constat autem conjunctum fuis-
 se *Majestatis & Dignitatis Regis* titulum; aliam
extra Comitia à singulis *Nostrorum Electorum*
Principumque Majestatem Regibus dari notum
 est, sicut vicissim *Serapoleum & Fratrem* com
Electores seculares & ex Ecclesiasticis illi, quæ
 familia eadem orti, nunc accipiunt, quod quâ
 occasione factum sit, *Festum de primæ absent.*
c. 3. n. 53. & de titul. honor. c. 48. n. 10. explicavit.
Conf. Autor des memoires. p. 78. Principes quoque
 eodem haberi modo contendunt, existimantque
 nisi veterem stylum erga se inurent *Reges*, sibi
 quoque eundem advertas *Reges* retinere, inte-
 grum fore, quanquam à *Suecia, Danica, Polon-*
nicæ Regibus, Venetorum quoque Ducibus vo-
 cati eodem, tradat *Casarius Barsternius c. 24.*
 sola fere *Gallia* difficultates movente, quæ tamen
Archiduci Austriæ Alberto, Ducibus Locharin-
gis

giz ac Sabaudia, id nominis adscripserit, multo ante Electores, imò & cum Regem Sueciae non aliter quam *cognatum* appellaret, nec *potentissimè* tribueret titulū. Statibus in univèrsū Comitibus conjunctis eodē modo ac Venetis Baravisq; scribit eosq; *Charissimos ac magnos Amicos* salutat Rex Gallia, uti patet ex credencialibus literis ad statum in Comitibus A. 1662. d. 1. Septembr. exaratis, Gravelloque traditis, apud *Londorp. Cont. p. 8. l. 2. c. 172.* Fœderati autem Belgii Ordines titulaturæ ratione, qualem ab Exteris sibi dari velint, decretum fecerunt d. 30. Novembr. A. 1656. præsentibusque legatis eo fine exhibuerunt, extat in *Londorp. Contin. p. VII. l. 7. c. 277.* Constat apud nos quoque Comitibus præsentibus actum esse de certa formula titulorum, non solum Ordinibus invicem, sed & Exteris tribuendorum, quam rem aliqui ex Ecclesiasticorum Electorum Ministris urserunt, & utile tanq; foret si liber Cereimonialis conscriberetur, sed eventus consilia si fallor deseruit. Interea plura hujus generis conducta reperuntur apud *Sprengerum Font. jur. publ. c. 20.* qualia persequi extra institutum nostrum consistit. Illud obiter noto, consuetudinem eam quâ Reges se invicem *fratres* vocant non esse noviter demum introductam, prout aliqui existimant. Sed vetustioris utique originis, nam apud *Marculfum Monachum, Formul. l. 1. c. 9.* reperio *indiculum ad alium Regem, cum legatio dirigitur Et verbis suggeritur commendatus*, quo specimen continetur literarum, ut

nuac

nunc loquimur, credentialium, ubi talis inscriptio: *Domino Glorioso atque praecellentissimo PATRI, illi Regi, in DEI nomine ille Rex.* Unde apparet jam seculo septimo, quo vixerat Marculfus, ita scriptum esse, sed & apud *Gregor. Turonens. l. 2. hist. Franc. c. 35.* Alaricus R. ad *Clo-doveum R. si Frater meus velis.* Chosroes quoque Persarum Rex in epistola ad Justinianum, in *Menandri Protectoris Excerptis de legationibus, Χορδὸς Βασιλεὺς Βασιλῆως Θε. Ἰουλιανῶν Καίσαρος, ἀδελφῶ ἡμετέρω.* quin etiam inter impares dignitate aliquando fuisse usurpatam, *Formula veteres Incerti auctoris*, quas Marculfo subjungit *H. Bignonius*, testantur, quarum *cap. 30.* alius extat *Indiculus Regalis*, quo fraternitas Comiti tribuitur. *Ille Rex Francorum Fir Inlustre, magnifico Fratri illi Comiti.* Ceterum in rationem hujus appellationis inter reges observata, inquisivit *Feltmannus de tit. honor. l. 2. c. 18. n. 4. seqq.*

XV. Legatos autem alio titulo *DEI gratia* usos notat *Bodinius de Rep. l. 1. c. 10. p. 270.* quod praecipue in *Gallia* obtinuisse credo, cujus tabulariis plures literas reperiri in quibus illi, qui deputati erant ad tractandum de pace, aut inendum foedus, se *officiales* dicant *DEI gratia*, ex *Chassaneo* tradit *Limnaeus T. 1. Add. IV, 6, 13.* & *Nois. Regn. Franc. l. 2. c. 6. l. m. in m.* Hodie vero titulus *Excellentiae* legatis est sollemnis ac proprius: cujus origo in initium praesentis, aut si magis finem superioris seculi debet referri, quo est cept. occasione, cum scilicet *A. 1593.* *Ludovicus Gonzaga*

Maga Dux Nivernensis, legatus Henrici IV. Gal-
 lici Regis esset ad Pontificem, & vero eidem, ve-
 lut Principi Domus Mantuanæ, Excellentia, no-
 men tum temporis Principibus formali stylo da-
 ri solitum, à cæterorum in Gallos propensorum
 Principum Ministris adponeretur, quod existi-
 marent, non obstare legationis Characterem,
 quo minus Ille prerogativis, quibus nascendi
 locus affecerat eum, frueretur, qui Hispanico-
 rum fuerant partium, æmulatione Gallorû, eun-
 dem titulum legato *Hispanico* eodem tempore in
 Aula Romana commemorato, tribuerunt, cujus
 exemplum postea *Venetis* quoque, *Fasciariis*, in
 Gallia legatus, quippe Regum Ambasciatori-
 bus, se nihilo minorem judicans, secutus, idem à
Sabaudico, de Jacob, sibi dari nomen præcepit,
 quod & factum est, postquam ille vicissim Sa-
 baudico concessisset, atque ea istorum legatorum
 diu mutua fuerat consuetudo, donec ab aliis quo-
 que certatim assumeretur, sicut explicatum est ab
Auctore des memoirs. p. 345. Constat ex his erro-
 res primum fundamento cepisse titulum legato-
 rum, fieri Excellentiam, nec causam æmulandi
 habuisse Hispanicum, cum Gallicus eam appel-
 lationem non ut legatus, sed ut Princeps fuerit
 consecutus, qua dignitate ille destituebatur, no-
 tum vero est, legationis characterem addere qui-
 dam legato, quos non habet, honores, non ta-
 men adimere dignitatem, quæ jam antea ipsi
 competat. neque enim quod nunc legatis natu
 Principibus, *Cæsaribus*, aut Cardinalibus simul,
 Eminen-

Eminentia tribuitur, aliis, utur ab ejusdem dignitatis Principe missis, idem postulandi jus est, nisi eadem ac isti qualitate præfulgeant. Sed heic ex errore jus factum est, cum alias quoque in talibus recepta semel atque ab omnibus tolerata consuetudo pro ratione habeatur.

XVI. Manserat autem ista res *solis Extoris* diutius propria, in *Germaniam* circa tempora domini Westphalica pacificationis irrepere cepit, cum enim eodem plures simul Extori legati convenissent, motusque inter se receptos heic ostentassent, Venetus quoque Alóysius Conrarenus, qui abrupta, per bellum cum Suecis susceptum Danorum interpositione, nomine Rēpublicæ in Mediatoris officium successit, eadem ratione & *Excellentia* nomē & reliquas legatorum ceremonias, tunc in Hispania fere incognitas, sibi asseruit, ex quo *Electores* legati, sua fore, ut ferobatur, potissimum Bavaro, ob veterem Dominorum suorum cum Venetis de precedētia concertationem, necessitatem sibi impositam crediderunt, postulandi eosdem plane, qui Veneto concedantur, honores, ne ulla parte minores haberentur Republica, adversus quæ rationibus possessionisque actibus jus suum posse potam ostendere: quare cum viderent non solum in Aula Cæsareā, sed & presentī *Convēntu* Venetum *Excellentia* titulo compellati, eundem suis quoque legatis dari contendere *Electores*, quibus etiam assuebant denique Cæsar, legatis suis Nassoviz Comiti ac Volmaro, propterea manda-

mandato misso, ut ne à Venetis discernerent Electorales, quorum exemplum postea Hispanicus Comes de Pegnoranda secutus est, postquam diu visitationes Electoralium admittare repugnauerat, quod excellentiam, quam præstenderent, dare iisdem absque iussu Dominici, non auderet, sed & Pontificius Nuntius, Gallicique legati eundem adversus Electorales servarum modum, certaruntque invicem quis præpotentiam suam Electoribus heic probaverit primus, si verum est, quod à *Vittorio Siri* reperitur annotatum, Gallicos nimirum, precepta declaratione Cæsarea, Episcopo Osnabrugensi, Electoralis Collegii legato, significasse, Regem suum, eundem honorem Electoralibus habere, quatuor ante menses secum constituisse, cuius decretum, Cæsareum simile dicitur, quique eo instituto id factum dicit, ut hoc nomine Gallicum Regi se obstrictos sentirent Electores, quod nos suo auctori relinquimus, alias vero pleraque hujus generis in utilitatem Status ac causæ trahi, fortunamque converti in consiliis, tractationibus est.

XVII. Et quoniam à Cæsareo, Pontificio, Regumque legatis, hunc titulum nunc accipiebant Electorales, eundem quoque, sed non pari successu, à Principalibus experere sustinuerant, quamvis enim multis sollicitè conductis rationibus, quales in libellum compositas Magdeburgico exhibuit Moguntinus, persuadere conatus, ne reverentiam hanc Electoribus haberetis-

cusa-

cussarent, qui & Cæsaris & Exteriorum Regum lega-
 ti illos iussi sunt dignari, pertinere ad ipsorum
 Principum splendorem ac commune Imperii de-
 vus, honorem, quo augeantur Electores, ex ad-
 versum toti Imperio magno fore præjudicio, si
 Venetis plura quam Electoribus indulgeantur,
 qui tamen optimo jure ante illos sint habendi,
 & verendum quoque esse, ne, repugnantibus
 Principibus, Exteri quoque priorem militent vo-
 luntatem, adimantque rursus Electoralibus le-
 gatis titulum antea concessum, concedant fal-
 sum hoc conventu Exteriorum & Veneti præfer-
 rim causa, Excellentiam, & quidem solis legatio-
 num Principibus, qui alias quoque Comitum aut Ba-
 ronum dignatione sint conspicui, cæterum ad ex-
 emplum non tracturos Electorales in aliis con-
 ventibus Imperii. attamen his omnibus moveri
 non poterant Principes eorumve legati, ut præ-
 tensum honorem concederent, qui ea potissi-
 mum exceptione utebantur, quod sit contra mo-
 rem Imperii, & consuetudinem in Conventibus
 Germanorum observatam, in quibus exteriorum
 causa nihil mutari possit debeatve, sed & pleris-
 que Principum legatis interdictum esse, ne quid
 præteratur innovari, quam in rem Senatus Princi-
 pum decretum factum est, ut prisca moris Ele-
 ctorales admitterentur, neque pacis negotium
 ea novitate turbare permitterent, sed & postea
 in *Gravaminibus Politicis Statuum Evangelico-*
rum A. 1648. Osnabrugæ exhibitis, relata est ea
 Electoralium præsentio, prout exemplum docet
 apud

apud *Londorp. Conc. p. V. l. 2. c. 114.* ita enim articulus 4. Die Herat Churfürstlichen haben auch bey gegenwärtigem ansehnlichen Convent und Friedens Tractate ein bißher unterhörtes Prædicatum Excellentia von den Fürstlichen Abgesandten prætendiret / allermassen nun solche Neuerungen den Hohen Fürstlichen Häusern in Teutschland / zu nicht geringer Verkleinerung / auch den seßigen Tractaten wegen abgehende Communication zu schädlichem aufsenhalt gereicht / die Fürsten des Reichs auch solche Neuerungen und ungewöhnliche titulaturen / nimmermehr einräumen und attribuiren werden / also wird inständig gesucht / solche Neuerungen und dahero erfolgende consequentien eines vor allemahl einmahl abzustell. *Cæterum quæ prolixius circa hanc rem disceptata, quæque aliorum varia fuerint iudicia, ex monumentis publicis, pluribus, sed stylo nonnihil liberiori, recensuit Auctor Historia Pacis Westphalica l. 2. c. 43. seqq. elegancia quoque, nec alias obvia reperiuntur apud Casarinum Fursteneriam libellifate. 47. 48.* Id certum est, contentionem hanc multum de necessaria animorum in commune bonum conspiratione tum detraxisse, apud Status præsertim Evangelicos quibuscum Saxonis & Brandeburgii legati non nisi scriptis egerunt, una vero convenire ac in commune consulere proflus desierant, insigni utique publica

utilitatis intertrimento, quod præter adductos scriptores, annotavit *Christophorus Forstnerus in Epistolis negotium pacis Osnabrugo Monasteriensis concernentibus. p. 14. & Sprengarus Font. Jur. publ. c. 20. p. 238.*

XVIII. Unde apparet sefellisse memoriã *Sprengerum*, quando pacificationis tempore à Cæsareis Electisque Ministris eundem titulum, sed frustra-nea spe petisse Principum quoque Deputatos, asserit, quin potius ostendit *Forstnerius*, nunquam suis tunc injunxisse Principes, ut titulum Excellentie obtinere tentarent, sed tantum ut ne illum concederent Ministris Electoralibus, velut rem novam atque in Imperii conventibus inauditam, atque iis quæ secus fierent, interposita protestatione contradicerent, cui sententiæ firmiter quoque instituisse eos ex *Relationibus* ineditis Ministri, Magni cujusdam Principis ad Tractatus Pacis Westphalicæ Deputati, ibidem ostenditur, cum quibus cæterorum autorum narrationes, si recte memini prorsus conveniunt.

XIX. Eo itaque tempore res hæc Electorales inter atque Principales mansit controversa, sed nec hæctenus quantum mihi constat, plus obtentum. De Comitibus proxime secutis A. 1653. testatur *Autor der Grundv. part. 2. c. 6. p. 59.* Electorales istos, qui *Excellentia* nomen prætenderint, insalutatos mansisse. In Conventu Deputationis Francofurtensis A. 1655. adeo cum Principibus non convenisse, ut & Ipsi in partes discesserint Electorales, *Forstnerius* notat, siquidem Saxones

Saxones veteri usui insistentes *Excellentiam* à nemine exegerint, præterea cum hætenus primarii Electorales, qui soli *Excellentiam* sibi vindicaverant, fuerint Comites & Barones, sicut isto quoque congressu Duo Fürstenbergii Comites, alter Coloniensis, alter Bavaricus. Minister Deputatus, adfuerint, factum esse, ut tunc Portmannum Deputatum Brandenburgicum, & Hammium Palatinum, primarios & ipsos, vel saltem nullum alium ante se habentes, eodem quo cæteri jure uti volentes, duo illi Comites prohibere voluerint, quibus ipsis etiam Cæsarei, Episcopus Wormatiensis, Comes Wolkensteinus & Cranius *Excellentiam* denegaverint, idemque in Comitibus Electoralibus A. 1658. Pontificium Nuntium adversus Coloniensem sustinuisse *alibi* refert. Sed & in modernis Comitibus eadem obtinuit ratio, quemadmodum literis d. 13. Decembr. A. 77. Ratisbona scriptis me legisse memini, **So viel die von denen Churfürstlichen verlangte Excellenz betrifft / haben Ihre Kaiserl. Majestät allergnädigst rescribirt. daß Er/Con-Commissarius, solch prædicat keinen Churfürstlichen Gesandten geben solte / falls auch die Churfürstlichen solch prædicat Ihm, darauff weigern würde / man es dahin gestellt seyn lassen mußte / wie dann / nachdem der Churfürstliche und Churfürstliche dem Kaiserl. Con-Commissario die Visite gegeben von der Excellenz abstrahirt worden. Quamvis autem**

Electores heic titulum istum quiete possessione non obtineant, id tamen juri eorundem, alias competenti, nihil officit, neque enim primi Ordinis legatis, quos *extra Imperii Conventus* mittunt Electores, *Excellentiam* deberi, Principum nullus negaverit, sicut novissimo etiam Neomagiensis pacificationis Congressu, cum à Caesareis æque Regumque legatis acceperunt, quod vero *in Comitibus* difficultates moveantur, inde est, quia ceremoniarum formulis heic receptis non convenire arbitrantur, à quibus recedendum non sit, tanta patrii moris religione, ut & Regis Galliae Plenipotentiaro huc misso, quorundam Principum legati, *Excellentiam* non dederint, sed solum dixerint *Vos, vel Dominatio vestra*, notante Sprengero *Littern. Imp. p. 53.* cui alias nemo puto negaturus sit: nisi dicere malis illum non *legatum* sed *Ablegatum* fuisse, sicut ex *credentialibus literis* apparuerit, quibus missionem ejusmodi fere excusaverit Rex, *se destinasse Extraordinarium quem legatum mittere, sed donec hic ad locum Comitibus destinatum perveniret, Gravelium voluisse praemittere.* quanquam & factum esse potuit, ut qui primum ablegatus erat, postmodum novis *credentialibus literis* acceptis, se legatum ferre jussus fuerit, de quo quidem mihi non constat.

XX. An vero eodem modo ac Electoralibus, Principalibus quoque, *extra Imperii Conventus* missis, titulus iste tribuatur aut competat, si de *jure* quæras, ab ea, tanquam præjudiciali quæ-
 stione,

stione, dependet, an primi ordinis legatos cum auctoritate solennibus mittendi facultatem habeant, de qua supra dictum est, inter ea enim *Excellentiam* etiam pertinere dubio caret, quam omnibus sine discrimine legatis primi Ordinis dati, rationi consentaneum esse dicit *Furstenerius*, tametsi Domini eorum titulis distinguantur, aliisque Majestas, aliis tantum Serenitas, detur: Quod possessionem attinet, in *Gallia* hunc titulum etiam *Germanorum Principum legatis* datum, scire se, refert *Felmannus de titul. honor. c. 58. n. 10.* & nominatim *Nooburgicos* diversis missionibus in *Polonia* eundem æque ac regio accepisse; *Furstenerius* meminit, de *Archiducalibus* testatur *Sprenger. Font. jur. publ. c. 10. p. 223.* factum ubique in confesso nondum forte constitutum est id jus *Principum Nostrorum*, ita enim fieri solet in re ceremoniali, & ipsius tituli præsentis ratione, aliquando in *Italicorum Principum legatis* vidimus, ut non una opera semelque sibi constet, sed per gradus veluti apud populos certitudinem sui exprimat; *Ducis Sabaudie* legato, *Monasterii Excellentiam* dabant *Galli* & *Electores*, denegabant *Nuntius*, *Cæsarei Hispanique Ministri*, tum & *Matitano* eundem honorem soli *Electores* habebant, repugnantibus cæteris, ast nunc non illi solum, sed & *Mutinensis*, *Parmensis* cæterorumque *Italicorum Ducum legatis*, *Romæ*, *Parisii* ac alibi tranquillo eo gaudere dicuntur.

A. 1626. *Hanseaticos* in *Angliam* Ablegatos, istum titulum à vulgo sibi dari passos esse, quem do-

mestici eorum in eam consuetudinem induxerint, apud *Autorem des memoires* p. 81. legitur. sed id alterius generis est, nos de *formali titulo* loquimur, quem curia agnoscit, privata enim elogia, sæpius nimium luxuriola, titulum non faciunt. Alias in *Germania Excellentiam Comitibus* quoque, *Ducibus exercituum* eorumque *legatis & vigilem præfedis summis*, imo & *Professoribus* tribui, notat *Feltmannus nominato loco*. In *Gallia Regios Ministros & ipsos quoque Secretarios Status* præterdere; in *Suecia autem Regni Senatores* habere, ex *Autore des memoires* p. 348. discimus.

XXI. Quanquam autem hæc omnia ex caractere repræsentativo dependant, adeoque agnita in legatis ea qualitate, ipso jure debeantur, videmus tamen aliquando inter diversos Principes ac Status, peculiare in super pactiones fieri, super modis ceremoniarum, in suis legatis ratione visitationum titulorumque observandis, exempla hujus generis aliqua supra indicavimus, quibus addi potest conventio inter Venetos & Sabaudum propterea inita, apud *Autorem des memoires* p. 344. 347. relata. nimirum in quaestione consilii subinde talia revocantur, ut quæ plena perfecti juris necessitate initio sui exigi non possunt, aliis argumentis in numerum vere debitorum transferantur.

XXII. Anne vero præter ista pacta, in hujusmodi rebus, tanta sit Principum libertas, ut solennes ceremonias legato Statuum uni exhibere, alteri ab ejusdem dignitatis Principe missio, denegare

denegate salvâ justitiâ possit, nuper in disputationem venit, cujus supra fecimus mentionem; & quidem si peculiare sint honores, qui uni exhibeantur speciali ratione, asserere nihil dubito, quod si vero repetantur sæpius, videntur insolentem formulam atque ita in exemplum abire, at admissio semel exemplo, inter pares pro injuria est imparibus titulis ceremoniisque ornari, uti *Bœclerus ait diss. de eleg. mor. Civ. & aul. p. 67* quare quod vel liberalitas à principio fuerat, paulatim necessitas fieri potest soletque.

CAPUT. XVII.

De ceremoniis quibusdam, in Conventibus Imperii peculiariter receptis, legatis. Statuum omnium communibus, aut aliquorum propriis.

- I. In Conventibus Imperii dantur ceremonie Nativis propria.
- II. Alia cum Exteris quoque communes, de quibus supra.
- III. Ante publicatam propositionem Casaream convenire legatis quibusdam super negotiis tractandis non licet.
- IV. In actu processionis ad propositionem Casaream Electorales equis vehi possunt, ceterorum Ordinum legati pedites incedere coguntur.
- V. Salisburgensis & Austriacus in Comitibus A. 1640. equitarunt, sed contradictum est apud

- Cæsaream Majestatem, non solum à Collegio Electorali, cuius memoriale allegatur.
- VI. Sed & ab Iphis Principibus, duplici Memoriali exhibito.*
- VII. Ad consultationes convocantur Electores & Principes per Ipsum Mareschallum, sed legati per Eius substitutum.*
- VIII. An liberum sit, curru vebantur an pedibus eant in curiam, legati.*
- IX. Subsellia alia habent legati primariis, alia secundariis. & hi quidem sive Principales sive Comitum sint ablegati eodem scamno sedent.*
- X. Qualis differentia sessionum inter primarios legatos Electorales ac Principales interque hos ac Civitatenses, tum ratione graduum: ubi diversa Dd. relationes conciliantur.*
- XI. Tum ratione stragularum.*
- XII. Scamnum transversum ad quos pertineat.*
- XIII. Jus iustrandi Sessiones Mareschallo competit.*
- XIV. Sed & alia circa eandem ordinandi.*
- XV. Legati non nisi evocati loquuntur & quidem stantes ac capite aperto. dicuntque sententiam vel ore vel scriptis.*
- XVI. Tituli heic fere omittuntur.*
- XVII. Lingua Germanica solum obtinet; Circuli Burgundici autem legatis privilegio quodam latine loqui licet.*
- XVIII. Quenam circa re - & correlationem inter Ordinum legatos discrimina.*
- XIX. Alia in actu civilium negotiorum rectius cognoscuntur.*

I. PRÆter ea, quæ ex generali characteris re-
 præsentatitii jure oriuntur atque ideo cum
 Exteris legatis Nostris sunt communia, alia de-
 prehendimus ceremonialia, in Conventibus Im-
 perii peculiari instituto recepta, iisque propria,
 qualibus, cum locum inter cætera commodum
 vix reperiremus, separatim destinavimus præ-
 senti capite. Et quidem animus fuerat, quænam
 singulorum legatis communia, quæ propria uni
 atque alteri ordini, nominatim quid Electo-
 rales præ Principalibus, utrique ante Civitatum
 Deputatos, sibi, loco præcipui, asserant con-
 tendantq; , distinctius ac per certas veluti classes
 exponere, sed videbatur postmodum minoris ne-
 cessitatis istiusmodi disciplina, quam ut tam invi-
 diosa plenaq; periculi accuratione fuerit redimē-
 da, quacunq; enim verborum animiq; circumspe-
 ctione demum explicarentur istæ differentiæ, vix
 defuturi essent, qui non alia atque alia minus re-
 cte tradita esse, quæ distincta, confundi debuisse,
 conjuncta autem separari, quererentur, ex quo
 inter suos Principumque legatos, multam Ele-
 ctiores constituere, hi, nullam fere admittere,
 volunt, in rebus hujus generis discrepantiam, Ci-
 vitates quoque, à Superioribus Collegiis heic ju-
 sto minori se dignatione haberi credunt ac con-
 tra obrestantur, mutuisque passim suspicioni-
 bus multum indulgetur, ut satius denique fore
 existimaverimus, si naturali ipsius rei ordine, quo
 singula in Comitibus observantur, retento, in uni-
 versum talia recensereamus, diceremusq; subinde

in casu præsentis, quid alter præ altero eximii vel habeat vel prætendat. in primis vero de universalibus Comitibus acturi sumus, quoniam hæc receptas regulas in cæteris quoque solent ut plurimum observare.

II. Indictis itaque Comitibus, id agere solent Principes, ut legatos in tempore ad locum constitutum dimittant, quo ante Cæsarem adveniant ibidem, cui postea solennibus debitis obviam procedant, Eumque recipiant, sed de modo quidem recipiendi Cæsaream Majestatem, supra dictum est, quibus addi possunt, quæ apud *Arumæum de Comit. c. 6. n. 19. seqq.* in hanc rem differuntur, sicut & de illis, quæ initio Conventus à legatis Statuum ita observari solent, ut Exterorum quoque Ministri, eodem missi, ista formula communi adstringantur, qualia sunt *adventus intimatio* Mareschallo Hæreditario facienda, *legitimatio* personæ apud Directorium Moguntinum, *mutuæ visitationis revisitationisque* legatorum, ac alia quædã his connexa, quæ suis locis inquirenda sunt, ac huc reperere nihil attinet.

III. Ante publicatam Cæsaream propositionem, quæ aliquando statim effluxo in literis vocatoriis ad comparandum constituto termino, nunc decendio post fieri solet, congressus legatorum, qualescunque sint, super publicis causis nulli habentur, & si quando aliqui ob rationes sibi communes antea convenerunt, cæteris minus gratum videbatur, ab Imperatore illis quoque exprobratum est, cetera observantiz moribusque Imperialibus adversum opus, sicut ex *Au-*
tore

care des Grundv. p. 1. c. 6. p. 60. constat. confer ramé quæ pro isto more leguntur apud *Arumæu de Comitibus. c. 6. n. 91. seqq.* Sane cum superioribus Comitibus A. 1653. publicatione propositionis Cæsareæ impedimenta varia distinerent, ac vero interea, comuni Imperatoris Statuumq; consensu, aliquæ sessiones extraordinariæ præparandis consultationû Comitialiû materiis, in tribus Collegiis haberentur, Deputationes etiam fierent, solenni formula *Recessus* illius §. *Nach dem sich aber.* 3. cautum est, ne iste actus in consequentiam ac præjudicium observantiæ imperialis valeret.

IV. Multis autem solennitatibus fieri consuevit Processionis propositionisque actus sicut publicæ descriptiones passim ostendunt, solentq; Cæsaream Majestatem Ejusve Commissarium Status præsentem absentiumque legati ex Palatio in templum, atque inde in curiam, hac finè, pompa insigni conducere, ubi eam primo inter *Electores* legatos ac *Principes* differentiam ostendunt, quod Illi non minus ac Electores ipsi, *equis vehi possint*, hi vero quemadmodum reliquorum quoque Ordinum Deputati, *pedibus insedere cogantur*, vid. *Aut. des Berichts wie es auff Reichs. Tågen pflegt herzugehen. tit. Von der Proposition auff einem Reichs. Tag.*

V. Equidem in Comitibus A. 1640. cum d. 13. Septembris actus iste celebraretur *Austriacus* ac *Salzburgensis* legatus, æque ac *Electores*, equitando, officio isthoc defuncti leguntur qualem prærogativâ procul dubio Directorii nomine sibi competere præ cæteris Principalibus crediderunt,

runt, *Bizantium* quoque ac *Tentonicus Magistri* legati idem erant facturi, nisi ab Imperatore fuissent prohibiti: vid. *Limn. ad A. B. c. 26. §. 1. obs. 9. n. 2.* sed vehementer illis quoque contradictum est, non solum eo tempore, verum in sequenti etiam Conventu A. 1653. cum appropinquante propositionis promulgandæ tempore idem metueretur, petitumque à Cæsarea Majestate, ut interposito cessatorio inhibitorioque decreto novissimum actum, utpote antiquo mori ac observantiæ adversum, aboleret, caveretque ne in posterum paria isti, aliorumve Principum legati, auderent, quemadmodum *Memoriale*, eo nomine à Collegio Electorali exhibitum, prolixius docet, cujus specimen apponere non pigrabimus.

Allergnädigster Herr zc.

Euer Kaysersl. Majestät erinnern sich allersgnädigst / als in gewöhnlicher Begleitung der selben zu der A. 1640. den 13. Septembr. eröffneten Kaysersl. Reichs Tags Proposition die Osterreichs und Salzburgische abgeordnete wider das kundbare Reichs herkommen und observanz / auch zu nachtheiliger Schmäherung den damahligen Chursfürstlichen Gesandten und denen in Person anwesenden Geist- und Weltlichen Fürsten allein ziemender und von alters hergebrachter Präeminenz und Hoheit sich ganz neuertlich angemast / Euer Kaysersl. Majestät

stät zu Pferd auffzuwarten/ und denen das
 mahls persönlich gegenwärtigen Geiſt- und
 Weltlichen Fürſten vorzutrinꝰ/ daß ſolche
 unbefugte neuerliche Anmaſſung von denen
 intereſſirten Theilen alſobald ſtarck widers
 ſprochen/ auch von denen zu ſolchem Reichs
 Convent verordnet geweſenen Churfürſt.
 Geſandten vermittels überreichten aller
 unterthänigſten Memorialis Euer Käyſerl.
 Majestät/ als ältester regierender Erzhertog
 dero hochlöbl. Erzhauſſes Oſterreich ſo
 wohl/ als auch auß hoher Käyſerl. Auto
 rität/ ſolchen hochpräjudicirlichen Actum
 vermittels eines Käyſerl. allergnädigſten
 ceſſatori- und inhibitori Decretis zu an
 nulliren und ins künfftig zu verbieten / aller
 unterthänigſt erſuche und gebeten : maſſen
 auch wenigers nicht gegen deß Herrn Erz
 biſchoffen zu Salzburg Eb. und Hochfürſt.
 Gn. ſatſam von dero Geſandten angemaße
 ter Unſug der Gebähr in Schriſſten ge
 meldet/ von denen nachgehends zu Wien
 Collegialiter verſamlet geweſenen Chur
 fürſt. Geſandten widerholt / und endlich
 durch ein Immediat Churfürſt. Collegial
 Schreiben um dero eygentliche Erklärung /
 auch Abſtell- und Underlaſſung ins künfft
 ig

tig mehrberührten Eingriffe erinnerlich be-
 langt worden / worauff aber weder von Euer
 Käyserlichen Majestät die zuverlässig vers-
 hoffte allergnädigste willfärtige resolution
 dato erfolgt / noch auch / wohl und hoch-
 gedachte S. Idde und Hochfürstl. Gn. sich
 darauff in Antwort Cathegoricè verneh-
 men lassen. Wann nun / allergnädigster
 Käyser und Herr / gleichwoln verlauten will /
 daß die zu gegenwärtigem Reichs-Tag all-
 hier sicheinsitzende Osterreich- und Salz-
 burgische Gesandten deren an seyten des
 Churfürstlichen Collegii eingewandter Pro-
 testation und so vielmahls wiederholter
 contradiction ohngeachtet / des Reitens in
 Begleitung Euer Käyserl. Majestät zu der
 bevorstehenden Käyserlichen Reichs-Tags
 Proposition abermals sich zu unternehmen /
 und consequenter in diese den Churfürst-
 lichen Gesandten und in Person anwesenden
 Geist- und Weltlichen Fürsten allein ge-
 bührende prerogativ eygenthätig nach und
 nach einzutringen / Vorhabens / und daher
 Euer Käyserl. Majestät dem erschollnen
 Gerücht nach allergnädigst gemeynet seyn
 sollen / zu Verhütung deren bey so gestalten
 Sachen und obberührter hieder Gesand-
 schafften

schafften beharrenden ohnbefugten Begin-
 nens nicht ohnzeilig besorgender Wettläuff-
 tigkeit und Unordnung den Actum Propo-
 sitionis in der Passlast vornehmen zu lassen/
 solches aber diesen Streitigkeiten und
 Neuerungen / beständig abzuheffen / und
 das Churfürstliche Collegium bey dessen
 Reichskundigen alt herkommenen Rechten
 zuhandhaben / kein Mittel seyn / sondern
 denselben viel mehrers zum höchsten præju-
 diz gereichen / dem Gegentheil das Hefft
 gleichsam in die Hand geben / in contradi-
 ctorio fundiren / auch allen andern Fürstl.
 Gesandte des Reichens gleichfalls sich anzus-
 massen (wie denn bey nächst verhaltenem
 Reichs-Tag allschon verschiedene Für-
 sten sich verlauten lassen / wañ andere Fürstl.
 Gesandten Reiten wurden / den sie die ihrige
 nicht könten zu Fuß auffwarten lassen) An-
 laß und Ursach geben / des Churfürstlichen
 Collegii von so langen Zeiten in diesem
 Passu herbrachte præminenz gänzlich
 vernichtigen / und zu vielen andern schäd-
 lichen sequelen inconvenientien und
 Neuerungen einen præjudicirlichen Ein-
 gang machen wurde / und obwohl ex par-
 te Osterreich und Salzburg ratione des
 in dem

in dem Fürsten-Rath; führenden Directorii
 solcher unbefugte actus des Reitens als ein
 annexum möchte behauptet und verthätiget
 werden wollen / so ist man aber denselben
 außershalb dem Fürstlichen Collegio in an-
 dern actibus publicis, und in gegenwart der
 Churfürstlichen ganz und gar keine / abson-
 derlich mit den Herrn Churfürstl. Præroga-
 tiv geständig / auch Reichskundig / daß bey
 vorigen gehaltenen Reichs, Conventen
 Osterreich und Salzburg ebenmäßig das
 Directorium in dem Fürsten-Rath alter-
 native geführt / jedoch sich in ebenmehlten
 unberechtigten Reitens niemals angemas-
 set / noch dem Churfürstlichen Collegio
 darinnen einzugreifen sich unterstanden
 haben. Als wagen wir und respective Uns-
 sere gnädigste Herrn Principalen zwar zu
 Euer Kayserl. Majestät die allerunterthä-
 nigste zuversichtliche Hoffnung und Ver-
 trauen / es werden dieselbe das Churfürstl.
 Collegium bey dessen notorie und ohnwi-
 dersprechlichen althabachten Præminenz
 Rechten und Gerechtigkeiten / wie ihnen Ih-
 rornit sonderbarer mildväterlichen Sorg-
 falt und Euffer bishero höchstihmlich be-
 schehen was ferners kräftig zu handhaben
 und

und zubeschützen / und alle dergleichen und andere zu deren nachtheiligen Schmäherung und diminution gereichende Neuerungen und Eingriff ohne diese unsere unerschütterlichste Erinnerung abzustellen von selbstem allergnädigst geneigt seyn : haben jedoch beneben nicht umgehen mögen Euer Käyserl. Majestät dieses dem Churfürstl. Collegio hochanliegende Gravamen nochmahls allerunterthänigst zugemüth zuführen und gehorsamst zubitten / dieselbe allergnädigst geruhenden Actum Propositionis auff gewöhnliche Weiß und mit observation deren bey dergleichen fürnehmen actibus herkömmenen und gebräulichen solennitäten vorgehen zulassen / insonderbarer allergergnädigster Erwägung / daß deren Unterlassung bey Churfürsten und Ständen und in ganzem Reich nachdenckliches Auffnehmen verursachen wurde / sondern auch in allergnädigster Betrachtung vorangeführter erheblicher Motiven und an Seiten des Churfürstl. Collegii habenden wohlgegründeter und unhintertreiblichen Fundamenten / daß A. 1640. von dem Österreichs und Salzburgischen Abgesandten / neuerlich eingeführten Unherkömmenen actuum des

K f

Reitens

Reitens bey Begleitung eines Römischen
 Käysers zu und von der Reichs Tagspro-
 position durch ein Käyserl. allergnädigstes
 Decretum zu annulliren / und allergnädigst
 zubefehlen / daß offte berührte Osterreichs
 und Salzburgische Gesandte mehrers
 wehnt ohnbefuge angemastet Reitens jeh
 und hinfüro sich gänzlich enthalten / und
 das Churfürstliche Collegium in dessen
 Reichsfündigen alt herkommenen Præro-
 gativ weiters nicht beeinträchtigen sol-
 len. Wie nun solches zu kundbarer Ob-
 servanz und Handhabung des Churfürstl.
 Collegii alt herbrachter und bis A. 1640.
 ohnbeeinträchtigt und ruhig herbrachter
 præminenz, auch zuserst Euer Käyserl.
 Majestät Hoheit und Reputation, sodast
 Verhütung allerhand nachtheiligen Con-
 sequenzien und Nachfolg / auch beständig
 ger conservation der zwischen Euer Käy-
 serl. Majestät als dem geehrtesten Obers-
 haupt / und denen Churfürsten und Stän-
 den bestehender Harmonie gereicht / also sind
 es auch um Euer Majestät Wir und Unse-
 re respective gnädigste Herrn Principalen
 hinwider unterthänigst zuverdienen willig
 und erbittig / dero Wir uns in underthänig-
 ster Er-

ster Erwartung dieser willfährigen aller-
gnädigsten Resolution auch Aufsertigung
des gebetteten Decrets, zu Kayserl. Huld
und Gnad gehorsamst empfehlen. x.

VI. Sed & Principes, quibus, si propria ad-
sint persona, idem ac Electoralibus legatis jus
heic extra controversiam competit, suæ digni-
tatis interesse existimaverunt, ne in eundem se-
cum honorem ex legatis Principalibus quos-
quam admitterent, quare idem profus apud Cæ-
sarem petierunt, *Memorialis* d. 28. Januarii no-
minati anni per Dictaturam, vocant, exhibito,
in hanc fere formulam:

Allergnädigster Herr x.

Wir werden glaubwürdig berichtet/was gestalts
ten sich welche zu diesem jetzt in stehenden
Reichs-Convent anwesende/der abwesenden
Fürsten des Reichs Botschaften und
Gesandten / unterfangen wollen / Euer
Kayserl. Majestät bey dem nächst bevor-
stehendem Actu Propositionis neben uns
denen anwesenden gleichfalls des H. Reichs
Fürsten ebenmäßig zu Pferd. zubegleiten.
Nun begehren wir zwar sein Jus und Bes-
fugnuß niemanden zubenehmen / demnach
aber solche Annassung dem alten üblichen
Herkommen und zumahlen des Fürstens
Stands wolhergebrachter Præeminenz zus
Kf 2 widers

widerlauffet/ in dem obestandte / daß bey vorri-
 gen Reichs- Versammlungen denen Römischen
 Kaysern / auß dem löbl. Fürstlichen
 Collegio allein von denen jedesmahl pers-
 sönlich anwesenden Fürsten zu Pferd / von
 der abwesenden Gesandten aber jeder Zeit
 zu Fuß auffgewartet sey. Als will uns
 um so vielmehr nachdenck- und beschwer-
 auch unverantwortlich fallen / oberstandes
 ner Neuerung stillschweigend zudefcriren /
 da bevorab uns und dem gesammten Geists
 und Weltlichen Fürsten- Stand an dessen
 gebührenden prerogativ, und würde hier
 durch nicht wenig präjudicirt und derogirt
 würde / wieder so wohl der Billigkeit / als
 der Vernunft selbstem gemäß ist / daß zwis-
 schen denen Fürsten- Personen / und den
 Fürstlichen Abgesandten ein billichmäßiger
 Unterscheid und Fall soll gemacht und ge-
 halten werden. Gleichwie wir uns nun
 versichert wissen / daß Euer Kayserl. Majes-
 tät von selbstem forderist geneigt seyn / den
 Fürsten- Stand bey seiner Präeminenz und
 Garthtame / und diesen under sich selbstem
 in seiner Harmonia und hergebrachten ob-
 forvanz, insonderheit aber bey dem jenigen/
 was Ihm von Alters gebührt / allergnädigst
 zuschützen

zuschützen und hand zuhaben : Als bitten
 Euer Käyserl. Majestät wir hiemit aller
 unterthänigst die geruhendiese und andere
 anmassende Neuerungen noch vor dem A-
 ctu Propositionis zeitlichen abzustellen/und
 die gesammten Geist- und Weltliche Fürsten
 bey der wolhergebrachten Würde und hohen
 Respect zu manuteniren / und zu dem End
 allergnädigst zuverordnen / und gemessen
 zubefehlen / damit sich alle dermahlen anwes-
 sende Fürstliche Gesandten bey obbemeld-
 tem Actu Propositionis, des Reitens durchs
 gehend enthalten / und mithin / uns die an-
 wessende Fürsten / und den gesammten Für-
 sten Stand bey der gebührenden Præroga-
 tiv aller Dings / und aller Orthen ohnture-
 birt lassen sollen durch solche verhoffende
 allergnädigste Willfahung wird so wol
 das alte übliche Herkommen bey Reichs-
 Tügen / als der Fürsten des Reichs bekante
 Præminenz löblich erhalten / so dann auch
 die zwischen etlichen Fürstlichen Abgesand-
 ten des Reitens halben albereit obschwebens-
 de competenz Strittigkeiten / und dannens
 hero besorgende inconvenienzien um so
 vielmehr verhütet / und wir seynd zumahlen
 solche Käyserliche allergnädigste Handhas-
 R f 3 bung

bung zu allen Begebenheiten unserer ohne
 diß obhabender Schuldigkeit nach allerger
 horsamst zu verdienen / so beflissen als erbie
 tig / Euer Käyserl. Majestät uns damit zu
 Käyserliche Gnaden unterthänigst empfehe
 lend.

Euer Römisch. Käyserl. Majestät.

Allenunterthänigst treue geborsamste

Gesammte anwesende Geist- und Weltliche
 Reichs-Fürsten.

Cum autem Cæsarea sententia nulla sequeretur,
 & vero solennis ille actus instaret, alio mox *Me-*
morialis repetierunt prius confirmaruntque, se-
 quenti tenore :

Euer Käyserl. Majestät ist hiebevör allergnäd
 igit bekandt / gibt auch solches unser schon
 im Januario dieses fürscheinenden Jahrs
 derselben allenunterthänigst überreichtes
 Memorial zuerkennen / was gestatt etliche
 derer abwesenden des H. Röm. Reichs Fürs
 ten der Zeit allhier anwesende Botschaff
 ten und Gesandten neuerlich gemeynnt und
 Vorhabens seyn / Euer Käyserl. Majestät
 neben uns des H. Reichs anwesenden Fürs
 ten bey dem bevorstehenden Actu Proposi
 tionis gleichfalls zu Pferd auffzuwarten
 und

und zubegleiten / wie wir dann durch obverstandenes Memorial allergehorsamst gebeten / daß Euer Käyserl. Majestät sothane Neuerung und mithin das Reiten / welches vermög alten Herkommens bey bemeldtem Actu Propositionis denen jedesmahl persönlich anwesenden Fürsten / neben denen Herrn Churfürsten oder denen Principal-Gesandten / einzig und allein gebührt und bestanden/bey andern Fürstlichen Gesandtschaften durchgehend abzustellen / und zu mahlen den löbl. Reichs Fürstens Stand bey seiner dißfalls hergebrachten Præminenz zuschützen und handzuhaben / sich allergnädigst gefallen lassen wolten. Gleichwie nun Euer Käyserl. Majestät sich dazumahlen zu Verfügung der Gebühr gnädigst erbotten / und aber nunmehr die Zeit herbeynahet / daß hoffentlich angeregte Proposition hiernächst eröffnet werden möchte; als haben Euer Käyserl. Majestät wir hiezumit nochmahlen allergehorsamst bitten wollen / Uns und den gesammten Fürstens Stand bey diesen und andern von alters würcklich hergebrachten Befugnüssen zu manuteniren / und zu dem End durch ein gemessenes Käyserl. Decretum allergnädigst

digst zuverordnen/dasß zu Verhütung bñsors
genden Ungelegenheiten bey mehrberührtem
Actu Propositionis die alte Gewonhriten
möchten observirt, und mithin uns und an-
dern demahlen abweffenden des H. Reichs
Fürsten weder jetzt noch ins fünffzig etwiges
præjudicium zugezogen werden möchte.
Solche verhoffende Käyserl. Manutenenz
werden wir zumahlen mit Unfern getreus
eyfferigsten Diensten allerunterthänigst zu
demeriten nicht unterlassen. Euer Käyserl.
Majestät damit Uns. 2c.

Euer Röm. Käyserl. Majest.

Unterthänigst gehorsamste

Des H. Römisch. Reichs anwesende
Geist- und Welliche Fürsten.

An ullo modo hæcenus composita sit ista con-
troverfia, definire certò non possum, sed vix
credo, saltim superioribus Comitibus factum non
est, quibus, præcludendis ulterioribus litibus,
neminem prorsus equitasse, ex *relatione* super
processionis actu confecta, quæ apud *Londorp.*
Cont. p. VII. l. 6. c. 136. & *Auctor. der Grundv. p. 2.*
c. 2. consignatur, satis constat, neque præsentium
initio aliter servatù reperio, utut *relatio*, qualem
Diarium Europ. pars. X. p. 5. seqq. continet, multa
solicitudine cætera exprimat. Alias in curia
solen-

solemni, quæ coronationis causa habetur, tam Regem quam Electores eorumque legatos, ac Principes, si qui adsunt, pedestres esse, & ex ædibus sacris ad locum convivio destinatum progredi, notatur apud *Limn. ad A. B. d. l.*

VII. Postquam recitatæ Comitiorum initio propositionis exempla per submissos auctoratosque Secretarios vel scribas singulos, (nam præter unum habere Statui nulli licere ex *Arumæo de Comit. c. 7. n. 46.* constat.) consueto loco ex ore dictantis Moguntini describi curaverunt legati, ad Consultationes progressus sit, quæ singulis diebus possunt haberi, exceptis iis, qui pro expediendis epistolis & relationibus ad dominos Principales ac Superiores destinantur, quales præsentibus Comitibus Martis atque Jovis dies esse, notavit *Magnificus Dn. Vice Cancellarius, Joachimus Hagemeyerus*, patronus meus, de *Comit. Imp. Germ. c. 3.* sed non accedunt, nisi convocati, solet autem convocatio ista fieri submissa ex Cancellaria Moguntina Scheda, vel ipsi Electori Saxoniz, tanquam ArchiMareschallo, vel absente eo, Mareschallo hæreditario, qui postea præfinitum tempus, *Electores ac Principibus* indicit *ipse*, *legatis* vero eorum *per substitutum* suum. Idque inter jura officio suo connexa refert Mareschallus, unde cum in Comitibus A. 1613. *Directores Senatus Principum*, ad instantiam & consilium Cancellariæ Moguntinæ, Principum classem convocari, *per Ministros suos* curassent, *Altenburgensis* legatus publice opposuit, es were

hürdurch dem Churfürsten zu Sachsen / dessen-
 wegen der Reichs-Marschall Im Fürsten-Rath
 säße / eingriff geschehen / man solte hinfüro die
 Ansaß gebühlich / wie herkommen / durch den
 Reichs-Marschall / ergehen lassen / quod & Bam-
 bergensis, Eisnacensis aliique legati monuerunt,
 Marescallus quoque eo nomine protestatus est,
 sicut ex *Arumao de Comit. s. 6. n. 77. & Limao T. 1.*
Add. IX, 1, 83. apparet. an vero ita universale sit
 hoc jus Marescalli, ut omnes omnium Ordinum,
 & nominatim etiam Electoris Moguntini lega-
 tos ad Senatum possit vocare, in Comitibus A.
 1603. disceptabatur, cum enim factum esset, præ-
 tendebant *Moguntini*, daß sie es ohne daß wohl
 gewußt / haben sich auch vernehmen lassen / des
 Reichs-Marschall Diener nicht in ihr Losamene
 zu lassen / oder sich wieder von dannen zu ma-
 chen : Regerebat *Marescallus*, daß er sich auff
 daß Herkommen fundire / und darauff beruhe /
 daß er in exercitio wäre. *Saxonici* haben es mit
 Stimpff entschuldiget / und darwider eingewen-
 det / daß es auch ihnen von dem Reichs-Mar-
 schall notificirt worden wäre ob Sie es gleich auch
 wohl gewußt hätten. *Cæterum superiora* qui-
 dem de omnibus Imperii Conventibus tam uni-
 versalibus quam particularibus vera sunt, nisi
 quod sola excipiantur comitia Electorum Colle-
 gialia, in quibus jus convocandi non Hæredita-
 rio Mareschallo, sed Electori Moguntino com-
 petit, ex *transactione* inter Moguntinum Saxo-
 nemque Electores Francofurti A. 1562. inita, qua
 cæteri

cæteri quoque casus, antea circa convocandi jus inter Istos controversi, definiuntur, exhibet eam *Carpzavius ad leg. Reg. c. 11. f. 6. n. 14.*

VIII. Utrum vero *curru vehi an pedibus*, ire velint in curiam legati, publicis deliberationibus atq; sibusve aliis interfuturi, liberum hæctenus esse videtur, idque quoad *Electorales ac Principales* dubio prorsus caret. *Civitatum* quoque Deputatos initio præsentium Comitiorum, cum celebraretur actus propositionis Cæsareæ, certis ædibus convenisse, atque exinde ad palatium Cæsarei Commissarii sex rhedis vectos esse, novimus, sed ni fallor, prætendebant postmodum superiora collegia, ut ne in Senatum eodem modo venirent, verum incederent pedibus, quibus ablegatos N. & F. exceptionem pedum minus validorum tunc opposuisse, relatum mihi est, nolo tamen in præjudicium cujuscunque quicquam asserere.

IX. Circa *sessiones* vero ac *subsellia* inter Statuum legatos multa intercedit differentia, non solû quod alia habeant legati *primariis*, utpote qui sedes suorum Principum occupant, alia *secundariis*, qui in communi trium Collegiorum bulterio intra cancellos quidem, sed separatim tamen prope eosdem, in Principum vero Senatu, eundem cum Protocolistis, ut vocant, teneant locum, ita quidem promiscue, ut illic *Electorales* inter cæterorum Ordinum, hic *Principales* inter comitum ablegatos conspiciantur. Quamvis enim noluerint *secundarii Principum*
cum

cum secundariis Comitum uno scamno sedere, eoque nomine Culmbacensis inultum conquestus sit ac protestatus, hæc tamen non secutam esse mutationem *Sprengerus Lucern. Imp. p. 79* observat.

X. Sed in *primariorum* quoque sessionibus tum *graduum* tum *stragularum* occurrit discrimen, quantum ad *præ* attinet, in comuni buleuterio ita ordinari, notat idem *Sprengerus Lucern. Imp. p. 55.* ut *subsellium* Cæsaris Eiusve Commissarii duplici tabulato magis elatum, quam Electorum, & horum uno altius sit quam principum eorumve legatorum, Civitatum vero Deputatorum, quorum sedes insuper extra cancellos constituantur, & legatorum cæterorum secundariorum, nulla appareant tabulata: sed hæc aliorum relationes dissentire video. *Limneus enim J. P. IX, 1, 126. Principum ac Civitatum legatis, subsellia, in eodem tabulato, stragula quoque veste preciosissimâ decorata, tribuit. & in libello Sixti Sommersi* substituti quondam Pappenhemii, quo officium *Mareschalli* describitur, inserto *Carpzovii Commentario ad L. Reg. c. 10. §. 6. n. 28. tit. Von Zurichtung der Kaysert. und Königl. Majest. Sitz. etc.* sedes Cæsaris *sex*, Electorum *tribus*, cæterorum Principum ac Statuum in universum *duobus* gradibus constare dicitur, & ne quis existimet, de mensa, in curia solenni, electionis actu celebrari solita, hoc intelligendum esse, diserte iste casus ibidem reparatur, prout ex verbis appositis cognosci poteret, Item so ein Kays. oder Königlich. Hoff gehalten

gehalten wird / soll der Tisch zugericht werden nach Aufzag der güldenen Bullen / nemlich / daß Ihrer Majestät Tisch under andern Taffeln oder Tischen des Saats sechs Schue höher erhoben / einer Röm. Känser - oder Königin Tisch drey Schueniederer besetz / und folgendes der Churfürsten Tisch / noch drey Schue niederer und in einer Höhe / drey auff die Gerechten und drey auff die Belindten - Seyten / und der Siebende in der Mitten gegen Ihr Majestät über. Aber sonst in gemeinen Reichs - Versammlungen und Rächen / soll der Känserliche oder Königliche Sitz oder Stuel erhöht seyn sechs / der Churfürsten drey / und der andern Fürsten und gemeiner Stände zwo Staffelhöher / und also nicht nach Anzahl der Schue / sondern der Staffel ; Dann sich auff dem Reichs - Tag zu Frenburg zwischen denen Churfürsten und Fürsten eine grosse Irrung zgetragen / und durch Känser Maximilian wenzland H. Wilhelm Marschallen befohlen worden / der Fürsten und gemeiner Stände Banc nicht über sechs Zoll niederer / den der Churfürsten zuzichten. Quid ergo ? viderur sane *Sommers* in hujus generis rebus maxima fides esse, cum ipse vices *Marschalli* subierit. at vero *Sprengers* sententiam praxis hodiernorum Comitiorum comprobatur. Anne dicemus, variationibus heic locum ? nam in Comitiiis A. 1653. *Ipsam Cesaream Majestatem* loco tribus gradibus eminenti, Electores Moguntinum, Palatinum, cæterorumque legatos

uno gradu, Principes Principalesque legatos, duobus gradibus Cæsaris sede inferioribus subselliis, contedisse, *Autor der Grundveste/oculatus* so tempore testis, *part. II. cap. 2.* nos docet. Præsentibus autem Comitibus *Commissarium Cæsarenm* sedem quatuor gradibus altam, ab Electoribus duobus, Principibus tribus gradibus distantem, habuisse, ante nominata *relatione* consignatur, cujus verba, quoniam cætera quoque accuratius exponunt, adducere operæ pretium fuerit.

XIII. Seynd also mehr höchst gedachte Ihre Hochfürstliche Gn. zu Salzburg / mit den anwesenden Ständen und Gesandtschafften / um 11 Uhr in den Saal / welcher von Ihre Hochfürstl. Gn. mit schönen grossen und reichgewürckten Tappeten geziert gewesen / kommen / und seynd die Erb. Frey- und Reichs-Städt / zur Seiten der Geistlichen Bänck / an die vor sie zugerichtete 5. Bänck / welche wie die andere auch ihnen zur Rechten gestandenen 6. Bänck / darauff die Cammer-Herrn und Cavallier gesessen / mit grünem Tuch überzogen gewesen / Ihren Sitz genommen / die Fürstlichen seynd so fort zu ihren Bäncken innerhalb des Gattern / auff ein Staffel erhöht / die ingleichen wie die Quer-Bänck und 2. Neben-Bänck an den Gattern / auch mit grünem Tuch bezogen / gerettet / die Churfürstliche Principaln, auff die von dem Herrn Reichs-Marschallen beschehene Anweisung / zu ihren / auff zwey Staffel erhobenen Bäncken / welche wie auch

nuch die Session vor den Herrn Chur-Erierischen /
 sind der Directorial-Tisch / mit denen 3. ersten
 Sessionen auff der Geistlichen Banc / vor Osterreich /
 Salzburg und Fürstl. Gn. zu Fulda mit
 rothem Samet bekleidet gewest / gegangen. XIV.
 Ihre Hochfürstl. Gn. aber / haben sich zu dem
 auff 4. Staffel / von den Churfürstl. Sessionen
 aber / um 2. Staffel hoch auffgerichteten Thron /
 dessen Bühne mit rothem Tuch überlegt gewesen /
 begeben / und under einem Baldachin so mit dem
 Erzbischöflichen Wappen / von güldenem und
 rothsammeten breiten Strichen gemacht gewest /
 vor dem darunter mit gang güldenem Knöpfen /
 und gang güldenem Stuck überzogen gestellten
 Sessel / darin dergleichen Küssen lag / so lang
 unbedeckt gestanden / bis die Churfürstlichen Prin-
 cipal-Gesandten / wie auch des Herrn Abten zu
 Fulda Fürstl. Gn. und übrige Geist- und Welt-
 liche Fürstl. Herrn Abgesandten / zu ihren Sessio-
 nen kommen / auch sich eher nicht gesetzt / bis die
 Churfürstl. sammt Osterreich / Salzburg und
 Fulda / mit nieder gesessen / doch ferners unbe-
 deckt blieben / bis sie nach abgelesener Proposition
 selbst zu Reden anfiengen / da Sie den Hut auffge-
 setzt / welchen sie dann gleichfalls under währender
 Redung oft abgenommen / und hernach wie Sie
 außgeredt / wieder herunden behalten.

XI. Ex quibus etiam explicari debet, quod
ibidem Sprengertus de diversitate *Stragularum* tra-
 didit, ac si *Electorum* subselliis rubro panno, Prin-
 cipum *viridi*, reliquorum *nullo* vestirentur, nam
 hodiernis

hodiernis Comitibus etiam *Civitatum* ablegatorum loca *viridi* panno, *Electoralium* vero & *scamni Ecclesiastici* priores tres *Sessiones rubro serico* instructas fuisse novimus

XII. Quod de scamno transverso, *Quer-Banc* / dictum est, ad eos pertinet, qui qualitatem Clericalem retinent quidem, sed Augustanam Confessionem sunt amplexi, cum enim iisdem, ob reservati Ecclesiastici sanctionem, locum inter se concedere nollent Catholici, seculares quoque apud se fieri non posse existimarent, & tamen Sessionem ac votum in Comitibus si omnibus modis contenderent isti, Westphalica pacificatione expedientissimum id iudicabatur, ut Sessionem in scamno inter Ecclesiasticos & seculares intermedio, noviter erigendo, caperent, de cuius Origine *Historia illius Pacis l. 2. n. 42.* videri debet, legalis dispositio *Instrum. Caesar. Suec. art. V. §. 22.* continetur, praxin in secutam descripsit *Antor der Grundv. part. II. c. 5. p. 101. 102.*

XII. Ut autem defectus in his nullus appareat, jus lustrandi curiam sedesque Marschallo competit, de quo ipsum inter ac Civitatem, quâ Comitibus habentur, olim non conveniebat, donec *transactione*, quam supra nominavimus, ita componeretur, ut *admonitionem* Marschalli audiat Senatus Civitatis, illius vero mandatum heic nullum teneatur agnoscere, prout verba transactionis amplius ostendunt: *Was für das 7. die Besichtigung der Rathstuben auch Weg und Steg der Orthen / da der Reichs-*

Reichs - Tag zuhalten belangen thue / hat der Reichs Erb-Marschall sich erklärt / daß Er die Orths von einer Stadt verordneten allein be-
 richtig / uñ wie in einem uñ anderen die Anstellung
 füglich zumachen / wolweynende Erinnerung zu
 thun aber nichts zubefehlen begehre / auff daß dis-
 falls etwas abgeben solte / bey der Käyserl. Maje-
 stät und den Ständen er entschuldiget seyn solte /
 damit vielgedachte der Stadt Deputirte zu frie-
 den gewesen / mit dem erbiethen / daß von ihnen
 deshalben jeder Zeit gute Vorsehung / damit man
 nicht zu klagen Ursach habe / geschehen solte / Sie
 auch wohl leiden mögen / daß der Erb-Marschall
 die Besichtigung der Orth jeder Zeits in Bey-
 seyn eines Reichs - verordneten fürnehme / und
 seine Erinnerung / doch nichts befehl Weis /
 thue / welches Sie jeder Zeit gern anhören / und
 wann sie gut befunden / in acht nehmen wollen.
*præsentibus Comitibus lustrationem hanc à legatis
 Saxonibus ac Marschallo Hereditario, hisque
 abentibus à Cancellario Moguntino, postea à
 Cesareo Con-Commissario Cranio, cui Salibur-
 gensis Archiepiscopi summus Aulae præfectus &
 iterum Marschallus aderant, denique à Consi-
 liario Moguntino Hertingero, factam esse, alle-
 gata relatione edocemur.*

XIV. Sed & alia quædam heic Marschalli
 officio connectuntur, utpote, quod in primis Ses-
 sionibus Comitiorum locum cuique suum debeat
 assignare, quod olim apprehensus brachiis intro-
 ductione factum esse, in *Sixto Summari* libello

credidit, in desuetudinem autem abiisse, ex quo precedentiarum controversiæ ortæ sunt. Ita etiam si quis cui jus non est, in Senatum se intrudere velit, à Mareschallo eliminatur, sicut factum aliquando, ut proditores, etiam à Turcis submissi sint, Secretis expiscandis, uti exemplum Comitii A. 1613. observatum, docet apud *Arnauum de Comit. c. 6. n. 85.* sed tumultus quoque, si qui oriuntur in eodem, cohibere, seduloque prospicere debet, ne quis gladio cinctus eat in Senatum Imperii, notante *Sprengero Lucern. Imp. p. 15. §. p. 80.* In Comitii Electoribus sedes in mensis Dominorum suorum, de quorum ordinatione *A. B. c. 25. §. 7.* disponit, non occupare Electorales legatos, notum est. & infra prolixius dicitur. Quid alias in *monitiis* ad Capitulationis conceptionem, circa Sessionis æqualitatem inter Electores & Principes eorumque legatos, in Ante Camera & templo faciendam, contendunt Principes, superius indicatum est.

XV. Præsentes in Senatu legati publice non nisi *evocati* loquuntur: Evocatio ista in Electorali ac Civitensi à Directoribus, in Principali vero Collegio, à Mareschallo hæreditario, fieri solet, qui post separationem collegiorum factam, heic locum habet peculiarem, sedetque in medio angulo inter duo scamna Ecclesiasticum & seculare, à tergo Directorii: absente tamen Mareschallo Directorium in jus istud succedit, ubi ille quoque ordo servatur, ut in Collegio quidem electorali, modo Auræ Bullâ præscripto vota exigantur,

gentur, in Principali vero alternis vicibus ex scamno Ecclesiastico, quo initium fit, & transversali, in seculare progressus fiat, donec ex Episcopis vel Abbatibus Principum dignatione præfulgentibus, nemo superest, in Prælatibus vero minoribus subsistunt, quoad in seculari scamno, ubi major Principalium votorum numerus est, ad Comitum perventum, ante quos Prælatorum & mox Comitum curiata vota audiuntur. In Collegio Civitatum quoque alternatio inter legatos scamni Rhenani & Suevici obtinet. Suffragia autem ferunt *aperto capite & stantes*, multa quoque *libertate* sua, & silentio cæterorum, ita ut nullius legati vel Directoris interruptioni vel censuræ alii sint obnoxia, qualem libertatem Status Principalis Collegii Ratisbonæ A. 1665. à die 13. Januarii per aliquot Septimanas pro legato Administratoris Magdeburgensis tenacissime defendisse, memorat *Flagrantium de Comit. Imp. Germ. c. 5. p. 24.* Illud perinde est, an *oratione* eadem exponere, an *litteris* comprehensa prælegere velint, quod posteriùs in rebus gravioris momenti plerumque fieri, legatisque in hanc rem ex aula Dominorum suorum certa formula submitti solet. interim id quod litteris consignatum est, tanquam *absentis* votum producere, & ad describendum hoc sine dare non permitti, notat, præinque publicam in eam rem allegat *Arumam de Comit. c. 7. n. 83.*

XVI. Solemnitates *diuulorum* heic fere exulant, quod sicut alias quoque auctoritatis sæpe & pruden-

deniæ habetur, observante *Boecler. diff. de eleg. mor. civ. Gall. p. 673.* ita apud nos procul dubio sumæ rationis fuit, ne mutuis dissensionibus circa titulos huic vel isti hinc tributos negatosque inde, animorum conjunctio, quæ summopere isto loco necessaria est, tollatur. Unde *Marschallus* in evocando non nisi nomen *domus ac familia* in secularibus, v. gr. *Osterreich Bohern*: & si in plures ramos ea distincta, *linæ, Pfalzgraviaturn / Pfalz. Simmern / Pfalz. Neuburg.* &c. in Ecclesiasticis vero, *Archiepiscopatus* vel *Episcopatus* sedem, *Salsburg / Magdeburg / Bamberg* &c. absque ulteriori elogio, solet appellare. legati quoque, si quando Principum suorum mentio ingerenda, interdum *Serenitate, Celsitudine*, plerumque vero generali *Principalium* vocabulo utuntur, *gnädigste* vel *gnädige Herrin Principalen*: memorabilis est disceptatio in Comitibus A. 1608. inter legatum Ducis *Holsatiz*, qui Rex quoque est *Daniæ*, & Directorem Collegit Principum, coorta, cum enim is in ferendo voto Dominum suum ac Principalem *Regie Majestatisque* nomine appellasset, ab hoc eadem exprobatum est, quod iste titulus soli *Cæsari* in Comitibus conveniat, & male *Regi Daniæ, Vasallo Cæsaris*, qui hic non ut Rex, sed ut Imperii Princeps consideretur, attribuat, & quamvis in Camera hunc titulum Regi dari, exciperet legatus, ab Advocatis & Procuratoribus, quorum consuetudinem ipse quoque, tanquam *Minister Danicus*, fuerit secutus, *Directorium* tamen con-

tradidere

tradidere perrexerit, & stylum Camerae in Senatu Principum nunquam admissum asseveravit, monique legatum tunc & postea repetita vice, ne amplius inusitato hoc titulo in Senatu Principum uteretur, observante *Linneo T. 1. Add. V, 9 pag. 877. Arumae de Comit. c. 3. n. 46.* Aliis autem legatis tertia loquuntur persona, addito mittentis nomine, v. gr. der Braunschweig Zellische Herz Gesandte vel Abgesandte. Praesentibus Comitibus, si recte memini, Electorales Principalesque legatis, à *Civitatensibus*, contenderunt, ut ne *Principalem* titulo mittentes appellitent, sed *Superiorum* & *Committentium*, *Obere und Committenten*, quod in his mittentes ac missi pari prorsus sint dignitatis statu, ac plerumque utrique ejusdem Republicae pars & membra habeantur, praeterea sibi quoque non *legatorum* vel *ablegatorum*, sed *Deputatorum* nomen, abgeordneter adscribant. equidem à quibusdam discrimina isthac interdum fuisse observata, actis publicis docemur; an autem juris necessitate an arbitrio voluntatis factum sit, pronuntiare nequeo, praesertim cum alterius etiam formulae exemplis non penitus destituamur.

XVII. Initio regni Germanici & per plura deinde secula in Convectibus publicis, quemadmodum aliis quoque actibus, non nisi *Latinam* linguam fuisse usurpatam, ex Beato Rhenano, Joachimo Vadiano, hisque ostendit *Lehmannus Chron. Spir. l. 2. c. 45.* sed tempore Rudolphi I. latinam constitutionem de adhibenda in posterum *Germanica* lingua, tradunt, ex quo hodiernum

in Comitibus obrineat, ut non nisi Germanico sermone vora dici, ac libelli vel memoriaha exhiberi possint, quod posterius certum est, de quo etiam testatur *Arumans de Comit. c. 7. n. 138, 140.* ut ut quo tempore ceperit ista consuetudo, definire certo nondum valeant scriptores, nam de Rudolphi constitutione quid habendam sit, ex disputatione *Limnaei in Comitens. ad Capis. p. 212.* instituta, apparet. Attamen hodiecum in Collegio Principum Circuli Burgundici legati, Bissantinus, Sabaudus, & Lotharingus in proferendis votis latino utuntur sermone, quod præter *Limnaei* annotavit *Hagemoerius adhib. de loca,* idq; privilegii ejusdem habere videtur ratione, etiam eo casu valituri, quo ejusmodi legatus germanicam linguam scillet, ut observat *Arum. d. l. n. 144.*

XVIII. Finis Consultationibus ad re & correlationis actum, ut vocant, proceditur, qui in pleno solet haberi. Ubi iterum non una omnium legatorum est ratio, *Civitatenses* enim ad *simultaneam* re & correlatione, quæ inter duo superiora Collegia instituitur pervenire nondum poterunt, ut ut singulis hætenus Comitibus multis argumentis quæsierint, sicut scripta publica superioribus Comitibus utrinque edita, præter *Londorp. Comit. p. VII. l. 6. r. 139. Et. 265. seqq.* *Autor des Grundy. part. II. c. 6.* exhibet, quæ in modernis autem amplius agitata, apud *Hagemoerum laudati libelli p. 52. seqq.* reperiuntur. Sed & quando communi inter duo superiora collegia concluso facto

Civita-

Civitarum legati admittuntur, *moris est*, ut *extra cancellos* manentes referant sententiam, illis intra eosdem subsistentibus. superioribus Comitibus d. 7. Septembr. A. 1653. inter *Electorales* quoque & *Principales* circa *modum* re & correlationis disceptationes ortæ, ac præcipui sibi quid istos *contra morem* asserere, conquesti sunt Principales, quando solum Cancellarium Moguntinum, nomine Electoralis Collegii, ad eos in medio bulenturio stantes, verba volentem facere, audire recusarunt, nisi etiam reliqui Electorum legati accederent, quod imperialis observantia hoc exigeret, postquam autem accessissent Electorales, & in tabulato suo eminentiori constitissent, atque iterum loqui inciperet Moguntinus, nec sic quoque acquisiverunt Principales, priusquam isto actu, & altero quoque d. 16. Septembr. Electorales ab eminentiori tabulato suo in inferius atrium ad Principum legatos descendissent, si omnino est, prout apud *Limnæum T. II. Add. IX. 1. 156.* describitur. ex adversum Electorales in optimas sibi partes asserunt, quod initium re & correlationis ipsis facere liceat, Principales vero tamdiu teneantur expectare, donec per Moguntinum Directorem vocentur, unde cum in Comitibus A. 1613. Directores Principales non vocati Electoralis Moguntini Cancellario conclusum Senatus sui referrent, Electorales responderunt, *Es wäre dem Herkommen nicht gemäß / daß der Churfürsten Rath / ehe derselbige fertig und geschlossen und referirt, vom Fürsten-Rath relation*

tion

tion bekommen solte / wie anjens geschehen / wol-
ten Protestirt haben / daß es dem Eurfürsten
Rath sine præjudicio geschehen seyn soll / sicut
ab *Arumæo de Comit. c. 7. n. 151.* relatum est.

XIX. Possunt alia insuper hujus rei discrimina
in legatis Nostrorum reperiri; Quemadmodum
vel circa legitimisationis, visitationum, titulorum
consuetudines intendi, supra dictum est. Suffe-
cerit heic specimen exhibuisse, cætera in ipso ci-
viliū negotiorum actu rectius, quam ex libellis
Academicis cognoscuntur, multa quoque inter-
cedunt, quæ illud, manum de tabula, in memo-
riam subinde revocare jubent.

CAPUT. XVIII.

De solennitatibus quæ in dimissione legatorum observantur.

- I. In discessu eisdem honoribus colitur legatus, ac in
accessu accepit.
- II. Littere recedentiales dantur.
- III. An in Comitibus discedentes legati valedicere de-
beant Casari.
- IV. Circa munera legatis dari solita, varia sunt po-
pularum instituta.
- V. Apud Venetos & Batavos lege publica prohibi-
bitum est legatis munera accipere.
- VI. Statuum legati eandem accipere possunt, tam ab
Exteris quam Constatibus.
- VII. Exceptio est in legatis Electoralibus, eligendis
Imperatoris causa missis. VII.

XIII. Aliquando si munera consuetasua sponte non dat alter, solet legatus abiturians protestari.

I. **V**idimus legatos missos, admissosque, nunc de *dimissione*, eaque consuetis solennitatibus, ex partitionis institutæ formula agendum est. relinquitur quidem arbitrio eorum quando ad suos iter retexendum existimabunt, si res ob quam allegati sunt, fuerit confecta, antea tamen publicari solet discessus, ut & produci legatus & istis honoribus coli possit, quorum supra mentionem habuimus, quique hoc tempore pares prorsus eidem exhibentur, præsertim in novissima audientia: nam clam redire, ac veluti furto hominum oculis se subducere, dedecet quemlibet ingenuum, nedum illum qui tantum munus obit.

II. Atque id legatis omnibus commune est, ut discedentibus *litera* dentur, quas vocant, *recredentiales*, quibus Princeps, ad quem missus fuerat legatus, audivisse illum, debito honore habuisse, dedisse quoque responsum, alteri rescribit; quale responsum aliquando viva voce, interdum in literis refertur. Sed & novum non est, ut redeunti suum addat legatum Princeps iste, qui apud alterum super eodem negotio perferat mandata.

III. In Conventu plurium legatorum plerumque mutuis valedictionibus disceditur. An apud *Comitibus* apud Cæsaream Majestatem Ejusve Commissarium idem agere debeant abiturientes Staruum legati? asserit *Arum. de Comit. c. 8. n. 108.*

ac si reverentia ea, quam Domino & Imperatori suo debent, aliter haut permittat: sed distinguendum cenſeo, quod ſi enim durantibus adhucdum Comitibus conſultationibus aliqui reverti domum voluerint, abſque præſcitu & conſenſu Cæſaris, & conſequenter valedictoria viſitatione, fieri forte non poterit, quod innuere videtur *R.I. Ratiſbon. de A. 1564. §. Diweſſ wir aber.* ſi finitis vero Comitibus penitus, aliud dicendum fuerit, hoc enim caſu iſtam valedictionem nec *ſerò* neceſſariam, ne *praxi* receptam eſſe, tradit *Autor der Grundv. part. II. c. 10. p. 184.* In prærogativis *Moguntini* apud *Boeclerum Not. S. R. Imp. p. 98.* & id referri video, quod diſcedentes Ordinum legati ab eodem veniam petant, quod procul dubio non niſi ad primũ diſceſſus gentis poteſt pertinere.

IV. Quemadmodum vero legato ſimulatque acceſſit lautia aliique ſumptus mitti, ſic diſcedenti munera dari, tanquam manſura quædam pignora hospitalitatis, moris ſolennis eſt, vetuſtioribus inde ſeculis recepti, uſque adeo ut iſta Regum adverſus legatos liberalitas inter ſpecimina *elegantia moris aulici* referatur apud *Boeclerum*, diſſertatione cujus titulum nominavimus. p. 651. Veterum circa hanc rem inſtituta percoluit *Carolus Paſchalius in legato c. 81. ſeqq.* qualia autem hodie dari ſoleant munera, in *Anglia* quidem, indicavit *Hæuvelius de legat. §. 8.* apud *Baravos*, legati Regum torquem aureum, ſi extraordinarii, quater mille coronis, ſi Ordinarii, ſex mille florenis

florenis constantem, ablegati vero & Residentes eorum 1200. flor. Legati ac Residentes Germaniæ Italique Principum 800. fl. Hanseaticarum civitatum 400. vel 600. fl. accipiunt, daturque ipsis pecunia numerata, qua pro lubitu uti possint, si malunt, torques aureus aut argentea pelvis traditur. Varios aliorum populorum mores *Dav. Mevius ad jus Leb. l. 1. s. 1. & 10. n. 13.* & nominatim in *Gallia, Suecia, apud Italia Principes, Pontificem Romanum, Republicam Venetam* quid obtineat, prolixius explicavit *Autor des memoires p. 547 seqq.*

V. Videmus tamen quandoque lege publica prohiberi, ne sui legati apud alios accipiant munera, quod olim Athenienses & Corinthii constituerunt, hodie in *Republica Veneta* fere, ac apud *Batavos* multo rigore receptum est, putantque vulgo id rationibus liberæ reipublicæ propius convenire, sicut idem institutum *Alberico Gentili de leg. 11. 23.* quoque probatur, quanquam in *Helvetiis* eadem libertate missis, aliter observetur, Confer exemplum in *Galliis* observatum *Diar. Europ. pars. X. p. 913.* unde prudentes veterum hujus prohibitionis certamque causam fere nondum potuerunt reperire, nisi quod variis conjecturis rationes istas subducere allaborarint, quibus id tamen conclusum est denique, ut majora incommoda quam utilitates secum trahere existimaretur ejusmodi consuetudo, sicut in eam rem disputationem multam instituit *Autor des memoires p. 550. seqq.* Sed apponemus exemplum *resolutivum*, ut vocant, *Ordinum Belgii federati d. 10. August.*

August. 1651. factæ & d. 5. 15. Febr. A. 1662 idenus
 confirmatæ, ut exinde Sanctionis gravitas co-
 gnoscatur. Nach reiffer Betrachtung ist gut
 befunden und geschlossen worden/ daß keine Herrn
 so im Nahmen und von wegen der Generalitätis
 Ambassade, Commission, oder einig anderer De-
 putation, wie dieselbe auch Nahmen haben mö-
 gen / so in als außser Landes sich befinden / einige
 Verehrungen/ Sitten / Gaben oder Geschenke
 von jemanden / weder selbst / noch durch je-
 mand anders / directe oder indirecte, auff was
 Weiß oder unter was Prætext oder Nahmen sol-
 ches geschehen mag / und wie klein auch dieselben
 seyn mögen/annehmen sollen/ alles bey Straff der
 infami oder inhabilität einiger Aempter / Be-
 dienungen / Officien oder Beneficien / die die
 auch Nahmen haben mögen / verzerren / oder
 zu geniessen haben / daß auch dieselben ipso facto
 und in der That aller so thaner Aempter Bedie-
 nungen / Officien / Beneficien / so dieselben allbe-
 reits haben / verzerren oder geniessen mögen/ pri-
 vire seyn und bleiben sollen / ohne daß hierinnen
 Strafge connivenz, mitigation, oder moderation
 soll mögen gebraucht / sondern Sie noch über diß /
 willkürlich gestrafft werden. Von dieser Ihre
 Hochmög. resolution soll ein extract allen Herrn/
 so sich ansezo in Ambassade oder Commission be-
 finden / zugestellt werden. eaque postea Instru-
 ctionum formulis, quales legatis dantur, inseri
 consuevit, prout exempla docent apud Londorp.
 Cont. p. III. l. 7. c. 205. 226. p. VIII. l. 8. c. 363. 371.
 ejusd.

ofiusd. part. l. 9. c. 39. 83 Diar. Europ. p. XXI. append. pag. 111.

VI. Sed quid de Nostris) apud priscos Germanos legatis munera licuisse accipere , testimonio *Taciti Germ. V, 5.* constat. Postea vero aliud obtinere cepisse nonnulli existimant, propter *l. 1. f. ad L. fal. repetand.* ut capere eadem nunc non possint, nisi in pœnam legis Julis velint incidere. Verum ne dicam alium istius legis esse posse sensum quam vulgo credunt, certe contrariam sententiam *jure & consuetudine Germania* receptam esse ; ita quidem, ut legati non solum dona accipiant, sed & sibi regulariter, acquirant, ostendit *Motius nominato loco*, cujus disciplinam quotidiana probant *exempla*, quibus, apud *exteros* neque ac *Constanti* muneribus acceptis dimissos fuisse Electorum Principum Statuumque legatos, docemur. Speciminis loco aliqua nominabimus, In *Gallia* quidē *Brandenburgicum* A. 1669. monile adamante multo confectū, quater mille Imperialium pretio accepisse, *Diar. Eur. p. XXI. p. 217.* refertur. ibidem *Electoris Palatinus* ablegato, Comitē *Witgensteinio*, & *Marchionis Badensis*, Baroni *Croneckio*, audientia novissima, mense Aprilis hujus anni habita, cuiuslibet capsulam effigiem Regis complexam, ornatamq; gemmis traditam esse, nuperis relationibus scriptum est : *Episcopi quoque Monasteriensis* ablegatum A. 1667. pretioso munere eadem aula dimissum constat ex *Diar. Europ. p. XLIX. p. 203.* Apud *Anglia* Regem A. 1661. similem Electoralibus, *Brandenburgico & Pala*

Palatino, discedentibus, honorem habitum fuisse, memorat *Diar. Europ. p. VII. p. 331.* De *Suecia* Rege exemplum *Moguntini A. 1661.* eo missi, docet, *Diar. Europ. p. VI. p. 71.* In *Batavia* quoque *Episcopi Monasteriensis* legatum A. 1676: atreum torquem nummumque decies ac his centum florenis constantem accepisse, *Diar. Europ. part. XXXIV. p. 257.* tradit. Inter *Constantis* quoque *Adgunnum* legatum A. 1669: apud *Palatinum Electorem* donis honoratum, *Diar. Europ. part. XXI. p. 2.* novimus, & alibi passim exempla paria erant, ut de consuetudine, quam diximus, vix possit dubitari.

VII, Nisi quod exceptionem ponant in Electorum legatis, eligendi Imperatoris causa missis, hos enim munera accipere *A. B. tit. 2. §. 12.* prohibet. Sed tamen hanc quoque restringunt *Dd.* ad eas solum largitiones, quæ pacto aliquo aut promisso *precedente* electionem, fiunt, secus enim esse dicunt de donativis *ordinariis*, quæ *usu at longeva consuetudine*, post electionem Electoribus eorumque legatis debeantur, quasi in remunerationem impensarum ac laboris, quales jam olim fuerint, singulis Electoribus peracta electione quater mille & quingentæ libræ argenti solvendæ, de quibus *Goldast. Palat. Imper. part. 1. §. 2.* sed nec prohiberi sanctione Aureæ Bullæ munera, quæ post electionem *spontaneæ* electi *voluntate*, nulla consuetudinis aut antecedentis pacti necessitate, conferantur, quemadmodum istæ limitationes apud *Stranchinum* *diss. Jur. publ. IV, 9.*

IV, 9. Taborens de remuner. suffragat. diss. I. th. 29. Limneum ad Capit. Carol. V. p. 74. n. 21. seqq. aliosque exhibentur.

VIII. Quod si apud Regem vel populum liberum moris est munerum horum datio, & vero in uno aut altero legato omittitur, videtur quãdã animi alienatione factum esse, de qua conquerendi causam se habere arbitrantur Isti. Illustre hujus rei specimen habemus in Brasseto, Galliarũ Regis apud Batavos per viginti sex annos Residente, cum enim A. 1654. aditum meditaretur, nec tamen ullo munere fuisset honoratus, d. 19. April. *Memoriale* obrulit, quo contra illud institutum obtestaretur, eo potissimum fundamento, quod *consuetudo* sit omnium fere nationum, quæ regulam non solum constituerit civilium negotiorum, sed & in vim juris gentium fere eva-luerit, atque nunc partem faciat honoris, ut exterorum Principum Ministri discedentes donis afficiantur, reverentiæ adversus Principem, ac in Ministrum benevolentia contestandæ; vid. *Londorp. Contin. p. VII. l. 7. c. 60.* Ceterum munerum talium allatoribus vicissim à legato honorarium dari notum est. In Comitibus quoque Ministris Cancellariæ Moguntinensis, pro variarum expeditionum studio & labore, munusculum aliquod decerni, quod non à Statibus, verũ von des Cam-mer. Gerichts Pfennig. Meister illis numeratur; Vice Marschalli de Pappenheim vero, uti & Senatus Civitatis in quã Comitibus celebrata sunt, à Statibus, nicht zu einer Berechtigung sondern

sondern auß Gnad, ut fieri solent, elargiri consueville, notatur apud *Arum. de Const. c. 8. num. 109. 110.*

CAPUT. XIX.

De modis acquirendi juris legationum, & Remediis pro eodem competentibus.

- I. Ratio tractationis exponitur.*
 - II. Acquiritur legationum jus Statibus concessione Imperatoris, vel expressa.*
 - III. Vel tacita.*
 - IV. Successione: in numerum Statuum cooptatione: pactis.*
 - V. Quanam remedia sint pro asserendo hoc jure adversus externos.*
 - VI. In imperio heic locus est iudicis, cum adversus subditos.*
 - VII. Tum constatus: ubi quis iudex, & quomodo procedatur.*
 - VIII. Actiones confessoria & negatoria utiles hic locum habere possunt.*
 - IX. Interdicta quoque: & actio injuriarum.*
- I.** Legenda nobis retro sunt vestigia, ac rependa que superius diximus, acturos nos tum de ipso jure legationis, tum de modis acquirendi amittendique, ac effectibus illius, remediis nempe pro eodem competentibus, quoniam itaque primum caput nunc absolvimus, de cæteris præterea

terea dispiciendum est. tractationis autem ratio facile illis se probabit, qui JCros nostros superioritatem territorialem ad modum dominii privatorum singulorum considerare meminerint, nihil enim frequentius legas, quam Proceres Imperii hodie Jurisdictionem, quo vocabulo universum in ditionem imperium adeoque superioritatem, quam vocamus, territorialē, intelligunt, non jure precario, aut vicariæ administrationis, sed proprio, patrimonii ac dominii jure, tenere, sequitur ergo, multa quæ dominio insunt, ad jurisdictionē & superioritatē territorialē posse transferri. idque eo magis, quod Principes ac Civitates nostri Imperii, certa ratione privati etiam sint, intuitu obligationis, qua universo Imperio devinciuntur, atq; ideo jura etiam privata heic, servata debita analogia, debeant applicari. Unde quæ in jure privato de modis acquirendi amittendive dominii traduntur, huc transferri videas, & quemadmodum privati res quæ in patrimonio sunt, sic Ipsi Principes, Superioritatē Territorialem ejusve partes, ordinariis actionibus defendunt, vel vindicant: quia vero Superioritatis jura, tanquam jura realia æstimantur, itaque & quæ de actionibus realibus, inde descendunt, in jure prodita sunt, in controversiis super ejusmodi jure exortis à Judicibus & JCris adhibentur, quamvis ingenio & judicio hac in re optus sit, ne promiscue quæ in privato jure traduntur, heic locum habere existimemus, veteremque resuscitemus quorundam opinionem, de plena juris Justiniani in Germania nostra autoritate, quasi exinde

præfens Reipublicæ Status fit dijudicandus, quod uti dudum explosum; ita alienissimum est ab hoc instituto, cujus rationem certam per universum juris publici argumentum erudite explicavit *Ludolphus Hugo de Stat. Region. Germ. c. 6.* nos in eximia illius parte, legationum jure, vestigia ejus sequemur.

II. Et initio quidem quod *modos acquirendi* hujus juris attinet, iidem fere sunt, ac illi, quibus univërfa Superioritas Territorialis Statibus acquiritur. Primo loco nominatur *Concessio Imperatoris*, quæ vel *expressa* vel *tacita*. Illa fit vel *privilegio*, cujus specimen si omnino, rarius tamen extat, saltem exteri magnopere non agnoscere, quod enim *Wurmserus* aliique de *Hanseaticis* Civitatibus tradunt, privilegio eas hoc jus esse consecutas, de expresso privilegio forte intelligi non debet, & quando speciatim *Lubecensis Senatus* istam facultatem ex hoc fonte sibi asserit, adversus civium corpora solum intenditur ista disceptatio, sicut inferius apparebit. vel *Investitura*, cujus *literarum* generalitas, utique & hoc jus continet, unde videmus etiam illos qui alias jure majestatico hanc facultatem habent, quando in Imperio de certis Regionibus investiantur, sub nova veluti qualitate eam, saltem in Imperio exercendam, accipere. Certe Rex Sueciæ, ratione Ducatus Bremensis aut Verdensis eodem ac cæteri Principes, nec altiori titulo, ad Comitia hætenus misit legatos, & in aula Cæsarea negotiorum intuitu distinctionem factam, amittit ut *Rex*, an ut *Vasallus* vel Status Imperii,

pro

pro cuius diversitate diversimode tractabantur, supra traditum est. Idem de Rege Daniæ, ratione Holsatiæ, dicendum, cuius legato propterea in Comitibus aliquando iniunctum est, ne *Majestatis* titulo Dominum suum appellaret, qui sane in nulla cæterorum Magnatum aula negari potest soletve, ubi *ut Rex*, non tantum ut *Holsatia Dux*, prout in Comitibus nostris *lex* habet, consideratur.

III. Per *tacitam* concessionem *prescriptionem* intelligo, *arg. l. 28. ff. de V. S.* equidem Superioritatem Territoriale, & consequenter, partem ejus, legationum jus, præscribi posse, multi negant, sicut patet ex allegationibus *Kloskii T. 2. Conf. 22. n. 96. & T. 1. Conf. 14. n. 129.* quorum sententia *secundum iuris Romani subtilitates*, vera est, *sed ex moribus hodiernis & communi observantia* aliter habet, ut pridem sententias istas conciliavit *Cardinalis in c. per venerabilem. 13. in 5. q. qui fil. sine legit.* nec immerito credit *Jo. Bolognesius Conf. 1. n. 165.* quod Principes, qui ita præscripserunt, irrideant contrariam opinionem. Sed nec rationibus juridicis hic destituimur. Quoniam enim hodie *jurisdictio Statuum ac Superioritas Territorialis*, domini & patrimonii jure censetur, etiam *leges Romanæ de rerum patrimonialium prescriptione latæ*, recte ei applicabuntur, si *in Imperio controversia*, sive de tota superioritate, sive de aliqua saltem ejus parte, puta *legationum jure*, in *judicium fuerit deducta*, quod enim *juris est in toto*, idem *in parte quoq;* obtinet *arg. 6. 76. pr. de R. V.* quantum autem temporis requiratur, variant,

variant, quod mirari non debemus, cum materia præscriptionum, etiam prout in legibus Romanis continetur, controversiarum plena sit, fieri ergo aliter non potuit, quam ut in applicatione istarum legum ad alios casus difficultates orirentur. In univèrsum vero res eo redit, ut arbitrio iudicis in dijudicanda præscriptionis qualitate multum dicant relinquendum, qui quomodo hinc debeat soleatque versari, ex *Gailio* 11. *Obs.* 66. n. 9. & *Mynsingero* cent. 1. *obs.* 3. referunt *Ericus Mauritius De Matric.* lib. 4. 7. & *Ludolphus Hugo de Stat. Reg. Germ.* c. 6. n. 26. si cum *Exteris* res sit, disciplina *Grotii* commendatur, qui l. 2. de *J. B. & P.* c. 4. satis ostendit, quatenus præscriptio inter populos diversos eorumve Rectores habeat locum, & regulas quoque instruendæ hujus philosophiæ inquisivit erudite, explicavitque, quomodo ex conjecturis humanæ voluntatis, accedente temporis lapsu & possessione memoriam excedente, non interrupta nec provocatione ad arbitrum interpellata, causa acquisiti domini vel juris desumatur, etiam jure gentium valitura. Cæterum non ipsum jus tantum legationis ita acquiritur, sed & annexa ceremonialia.

IV. Deinde acquiritur *successione*, uti se res habet in Principibus ultragenitis, qui moriente Principe Imperante ad imperium perveniunt. vid. *Myler. de Princip. & Statib. Imp.* 1. 22. 9. quales etiam investituram nondum petita legatos ad Comitiamque ac extra Imperium mittere posse & solere, supra ostendimus. Iterum in *numerum Statuum Cooptatione*, uti in Civitatibus Imperialibus

rialibus usu venit. Conf. *Mingius de Super. Terris. sb. 25.* Novi circa ceremoniarum certas solennitates, quas, præ Principum, suis legatis, competere contendebant, Electores, ad *pacta*, quibus illas *acquisiverint* specialiter, fuisse provocatum, anne & illa inter *modos* acquirendi erunt, quæ solam *causam* præbere hæctenus dicebantur? intellige itaque *pacta*, non nuda, ob *l. 3. de O. & A. l. 20. C. de pact. sed perfecta, traditione*, quæ in hujus generis rebus in *patientia usus* consistit, ut *Favolenus* docet in *l. 20. de servitut. Add. l. 3. de usufruct. l. 11. §. 1. de publ. in rem act. l. 1. §. fin. de S. P. R.*

V. Cum autem frustra jura acquirantur, quæ tueri non possumus, de *Remediis* pro asserendo legationum juræ competentibus, dispiciendum est. Et quidem si *tum Exteris* controversiam hæc habeant Status, non nisi *arbitris, pactionibusque* obtinebunt, cujus rei specimina supra quoque nominata sunt. Anne autem & Imperator prospicere debet, ne apud externos quoque hoc jus Statibus imminuatur? de Electoralibus res clara videtur esse ex *Capitulatione Leopold. art. 5.*

auch sollen und wollen wir im übrigen die Versicherung thun / daß denen Churfürsten selbst ihre von alters herbrachte und sonst gebührende Würde und Prærogativa erhalten / auch darwieder von frembder Regenten und Republicquen Gesandten an Unserem Kaysertlichen und Königl. chen Hoff, oder wo es sich sonst begeben köntel nichts nachtheiliges oder neuerliches vorgenommen

men oder gestattet werde. Quo pertinet votum nuper in Coll. E. super hac causa latum (d. 7. 17. Jan. 1678.) rogandam esse Cesaream Majestatem den bishero unter dessen Glieder in ceremonialibus und sonst gehaltenen Unterscheid / so wohl selbst / als durch dero Hohe Commissarios und Gesandtschaffren In und Auffer Reichs hinfuro gnädigl. zubeobachten / nisi malis ad officia Cesareanorum legatorum extra Imperium commorantium restringere. Quid si bello adversus hos qui legationum jus sibi intervertere audent , istud queri malint ? equidem bellandi causam aliam justiorem non existimat , Cicero , exempla quoque bellorum ideo gestorum plurima in historiis , sacris ac profanis reperiri , notavit Grotius de I. B. P. 11, 18, 11. posita itaque causæ justitia , juri bellandi locus erit , etsi in quæstionem Consilii reducta , bellum non suscipiatur , quod nec alias , vel cum justa quæcunque causa oblata , statim fieri debere , multis argumentis ostenderunt H. Grotius de I. B. & P. 11, 24. & J. Lipsius polit. V, 5. interim suadentibus alio tempore rationibus bellum , inter justificas causas & hæc poterit allegari , quemadmodum ab aliis Magnatibus , ita & Principibus Imperii , quibus solum injustum bellum est interdictum , idcirco tot textibus ubi hoc prohibitum , justum permissum censetur , quod pluribus probat Stranchius dissert. Jur. publ. IX, 13, ita quidem , ut si bellum offensivum sit , specialem insuper Imperatoris consensum adhibeant , quod ex formula legum publicarum requiri ,

quiri, satis demonstravit *Mylerus de Stat. & Princ. Imp. II, 81. 4.* & contra *Limnaum* § *P. IV, 8, 247.* id negantem, amplius asseruit *Schüzius C. I. P. V. 1. d. 6. ib. 23. & V. 2. d. 10. ib. 3.* quanquam *Limnaus in Additionibus T. 2. p. 304. seqq.* re ipsa *Schüzio* largiri videatur, quod in verbis formalibus tam pertinaciter negat.

VI. Sed in Imperio locus est *judiciis*, quæ omnem vim armatam excludunt, quousque copia illorum potest haberi. Impediuntur autem Status ratione hujus juris vel à *Constatibus*, aut *penitus*, aut saltem quoad *modum* exercendi, & ceremoniarum solennium formulas, his sibi proprias, illis communes easdem asserentibus. vel attentatur illud etiam à *subditis*: *posteriori casu*, omnia remedia competunt, quibus alias *Magistratus* superioritatem suam contra *refractarios subditos*, juraque publica involantes, tuentur, *judiciis* nimirum *pœnalibus*, *privilegiorum ademptione*, magnis *multarum indictionibus*, aliorum in exemplum, conjunctis. Solent & apud illos, ad quos mittunt, intervenire, ne accipiantur legati, sed ad Dominum cum petitis remittantur, quod *Monasteriensem Episcopum*, cum *Monasterium Civitas in Belgium* ablegatos mitteret, fecisse, constat ex *Londorp. Cont. p. VIII. l. 8. c. 56.* In casu majoris periculi in *Camera*, *mandata pœnalia, sine clausula*, Dominis contra subditos decernuntur. in *bannum* quoque eos declarari posse, dubio caret, per ea quæ tradidit *Gailius de Pac. Publ. l. 2. c. 9.* quod istam habet exce-

ptionem, nisi subditi ex lege publica se agere, vel in communionem hujus juris receptos esse, prætendant, eoque nomine jure velint experiri, quo calu, an Dominum in jus vocare possint, absque prævia veniæ petitione, quæritur, *affirmativam* in Camera *observari*, testatur *Rosenthal, de feud. c. 10. concl. 23. n. 23. & Manl. de homag. c. 2. n. 11.* quanquam frustra id disputari alii existiment, cum enim hodie, cessante prisca, propriâ factâ autoritate, in jus vocatione, in universum, neminem sine judicis permissu eodem liceat vocare, *l. fin. C. de exhib. & transmitt. reis. C. G. D. p. 3. c. 12. §. 2.* eo ipso quo judex ad instantiam alterius quem citat, intelligatur venia impetrata, ut apud *Wesenblad tit. ff. de in jus voc. n. 12.* traditur, quamvis *Bachovius* ibidem contradicere non desinat.

VII. Sed *priori casu*, ubi *inter Status* super hoc jure aut annexis prærogativis disceptatur, nec *amicabilis compositio* admittitur, ad *Imperatorem*, tanquam *judicem competentem* res pervenit: an *Camere* jurisdictio fundata sit, forte dubium esse posset, saltem eo casu, ubi non *ut singuli*, sed *ut Collegia*, *der gesammte Fürsten-Stand* mit dem *Churfürstlichen* litigant, sed nihil definitio, plerumque autem *simplici narratione, deductionibus, supplicationibus implorationibusque officii judicis*, præsertim si qui à potentioribus in jure suo prohibeantur, *arg. l. 6. §. 2. de offic. prof.* solent defungi, ad quæ, in adversam partem, pro qualitate causæ, *monitoria, inhibitiones, mandata de non turbando, rescripta*, decernuntur. *Confue-*

vit vero in ejusmodi causis Aula Cæsarea insigni prudentia & lenitate procedere, ac sæpius de temperamentis potius cogitare, quam rigori juris partium petita committere, uti in puncto legitimationis controversæ nuper vidimus, quocum sententiam ferre voluerat Cæsar, *Commissarius* ejus ad Comitia, antea, dicebat, ob E. Gn. nicht rächlicher erachten / ein oder anderes auß denen von Ihro Kaysrl. Majestät anfänglich vorgeschlagenē vier temperamentis, oder ein auß denen darauff anderwertig an die Hand gegeben zweyen modis zu amplectiren / oder sich mit B.Z. in der Güt zu vergleichen. 2c. imo & si jurisdictioni locus relinquatur, una tamen vice res tota rarius definitur, sicut tum itidem, cum partes controvertentes proposita, ut loquuntur, *temperamenta*, audire nollent, *Commissarius Cæsareus* dixerat, daß Ihro Kaysrl. Majestät die Ihr / als Römischen Kaysrl. gebührende jurisdiction gebrauchen würden / diese Strittigkeiten provisorio modo auff einze Weiß zulegen. ut ut D.M. causaretur. E. Gn. würden durch ein temperament oder ein und ander provisional remedium auß dem bekanten herkommen / und so gar auß dem momentaneo gesent / solte also legatus B.Z. seine zu haben vermeynte prætension den Rechten und Reichs-Ordnungen gemäß / ordentlich auß führen / und eines Richterlichen Spruchs erwarten.

VII. Qualis autem tum, si cui placerent juris nostri nomina, *actiones* competere, diffi-

cultatem forte habet. si vera esset sententia, quam ad §. *aque. 2. j. de actionib.* communiter tradunt Dd. pro omni jure incorporali Confessoriam & negatoriam, ex interpretatione prudentum, competere, de qua vid. *Zafius ad d. §. n. 36.* etiam pro jure presenti possent intentari. Verum factis nisi fallor ostendit *Rulandus de Commiss. p. 3. c. 1. n. 3. seqq.* vel ipsos istos Doctores verba generalia, quibus subinde heic usi sunt, ad certam speciem jutium, quæ scilicet alicujus servitutis haberent rationem, voluisse determinari, sicut ex appositis exemplis clare pateat. Sed annon adhuc v. gr. *pro jure mittendi legatos primi Ordinis seu Ambassadors*, actiones illæ utiles locum habere possent? *Consententur enim electores, sibi solis eam competere facultatem, ex prærogativa dignitatis Electoralis, per leges & consuetudines publicas tributa, ab exteris quoque agnita, à qua excludantur Principes, quod aliquam quasi servitutem innuit, siquidem, cui jus legationis competit, videtur liberum esse, cujus generis mittat legatum, adimendo hanc libertatem, sponte sequitur servitutis adsertio, etsi actor in ea se expresse non fundet, quod nec necessariū esse, cum ea ex re petita & sententia verborum sequatur, docetur apud *Klockium Relat. Camer. XV III, 19.* anne ergo *Confessoria utili* possent intendere, *declarationem juris sui præcipui adversus Principes, & ut desistant pari qualitate mittere legatos. ex adversum Principes negant, sibi quacunque Electorum prærogativa in hoc jure positos esse**

termi

terminos, & libertatem allegant, ane negatoria tenebit?

VIII. Sed quoniam actiones in rem probationum oneri magis sunt subjectæ, consultius fuerit, si actor possessionem Interdicto aliquo potest nancisci, cujus rei commodum explicavit *Cajus* in *L. 15. de R. V.* add. §. 4. j. de interdict. in primis heic nominari debet Interdictum *uti possidetis*, quod, sicut in universon pro possessione rerum incorporalium juriumque, que quid etiam contra obrendat *Wissenbachius* ad ff. p. 2. d. 24. §. 5. ita & legationis, acqulita & turbata, competet *utiliter*, an solum *ex usu forensi*, uti cum *Bocero C. I. A. h. t. th. 7.* an quoque secundum *theoreticam juris civilis veritatem*, quod *Eckoltus h. t. th. 3.* præter *Vandum*, existimavit, discutere nihil atinet. Censetur autem turbatio facta, quoties unus aliquid facit, per quod liberam possessionem alteri non relinquit. vid. *Ruland. de Commiss. p. 3. l. 3. c. 6. n. 3.* vel ut *glossa* explicat in *L. extat. ff. de eo quod met. caus.* cum quis jus possessoris obscurum reddere intendit, unde patet quam ampla sit agendi facultas. & quamvis invita alias jurisprudentia, possessio ac proprietas misceantur *l. 52. pr. de acquir. poss.* tritura tamen fori ac observantia pragmaticorum obtinuit, ut super ejusmodi jure possessorio judicio disceptantes, non satis tuti existimemus, si solam possessionis causam agamus, neque de dominio, sive jure ipso ac facultate, admisceamus, ad colorandum, ut ajunt, justificandumque possessorium, unde *mixta possessoria*

possessorii nomen, ea ratione quam *Baldus in Lunum*. 6. C. *si de moment. poss.* explicavit, ortum est. certe *scriptor*, qui nuper asseruit in possessione esse, Principes Germaniæ, ut eadem ac Electores qualitate mittant legatos, iisdem ceremoniarum honoribus habendos, non solis actibus possessoriiis, quod videbatur suffecisse, se fundavit, sed argumenta insuper & rationes conduxit, quibus jus ipsum ac titulus possessionis ostenderetur, quales, si in isthoc iudicium res deveniret, satis commode possent adhiberi. Obiter notamus, male statuere, qui propterea possessorium cum petitorio confundi aut alterari credunt, quod sit iustificandum ex adminiculo proprietatis, eoque nescio quam repugnantiam iuris civilis cum practica sibi confingunt, quodlibet enim iudicium naturam suam propriam custodire, eamque colorationem nihil minus efficere, quam ut terminos suos possessorium excedat, cum aliud sit possessionem iustificare, aliud probare proprietatem, pridem ostenderunt *Casar*. *Contard. in l. 1. C. si de moment. poss. appell. l. 2. §. 1. n. 33. Referens. ap. Gylman. T. 1. Symphor. p. 1. t. 7. vot. 6. n. 80. 81.* possessorium enim tunc ex proprietate vel titulo roborari dicitur, quando titulus inducit in ipso possessorio prælationem & victoriam accidentaliter, & non ex causa naturali ipsius iudicii, eoque sensu proprietatis adminiculum appellatur. Cæterum colorationem istam aliquando degenerare, verum est, ut, cum actum sit solo possessorio, probationibus tamen etiam in

petitorio

petitorio receptis, super utroque pariter pronuntietur, quemadmodum apud *Mynfingerum cent. 6. obs. 93.* & amplius, quatenus possint cumulari, *C. 7. A. tit. de Interdict. lib. 46.* explicatur. sed actus qui eadem opera expediuntur, pro iisdem illico haberi non debent, multominus facultates, unde utrique profluunt, confundi, temporis quoque ille lapsus, quo possessorium quandoque protrahitur, ut petitorii naturam induat, efficere nequit, cum tempus per se vim effectricem nullam habeat, nec duratio rei naturam immutet, & satis puto nota est duplicis possessorii, ordinarii seu plenarii, ab extraordinario aut summario, differentia, de qua quidem distinctione, utut *Wissenbachius ad ff. p. 2. d. 23. lib. 11.* alique non admodum magnifice sentiant, Imperii tamen nostri legibus eandem eximie convenire, ac in tribunalibus quoque supremis receptam esse, pridem ostenderunt *Gailius 1. obs. 7. & Carpzov. l. 1. resp. 9. n. 12.* Denique eum actio injuriarum adversus quemque re sua alterum uti prohibentem concedatur *l. 13. §. ult. ff. de injur. l. 25. §. ult. ff. de action. empt.* videtur locum quoque habere, si quis in exercendo jure legationis impediatur. Verum non est cur prolixius his immoremur, nec multam heic quidem videtur habere utilitatem, cum ad ea vix unquam descendant

status.

— (o) —

CAPUT

CAPUT. XX.

De probationibus, & modis
amittendi.

- I. Probatur jus legationis, vel per instrumenta vel testes.
- II. Ad instrumenta pertinent acta legationū, fœderum, pactio-
rum, pactio-
rum.
- III. Matricula Imperii.
- IV. Quis effectus sit harum probationum, tam in-
tensivus quam extensivus.
- V. Eodem pertinent litera Investitura & privile-
giorum.
- VI. Item Annales & Chronica.
- VII. Testes hic esse possunt, Consiliarii, Aulici, of-
ficio legationis functi, Doctores juris publici,
alii, & quomodo.
- VIII. Optima probatio desumitur ex actibus pos-
sesoris.
- IX. Qui nec olim.
- X. Nec precario, nec vi, debent esse exerciti.
- XI. Quos actus requirantur ad probandam quasi
possessionem.
- XII. An actus ab uno Principe exerciti, universis,
vel etiam Electorum, Principibus profino,
vel noceant.
- XIII. Confessio aliorum Principum probat legatio-
num jus alteri competens.
- XIV. Modi amittendi hujus juris varii.
- XV. Ban-

XV. *Banniti jus legationis non retinent, saltem in Imperio.*

XVI. *Aliqui tamen ex temperamento concedendum existimant.*

XVII. *Quid de Rebellibus.*

I. **Q**uoniam parum causam nostram *aliàs* juvant *assertiones*, & in *judiciis* quoque *assertiones*, quarum probatio deficit, siquidem juris æstimatione eadem habentur, non esse, & non apparere. *l. 30. de test. tut. l. 77. de contrah. emt. c. 16. de consecr. dist. 1. de Probationibus* quoque videntum erit, quarum quidem variæ rationes à Doctoribus passim indagantur, sicut vel ex *Mascardo de Prob. vol. 1. q. 4.* cognosci potest, in univ-
ersum tamen duobus præcipuis modis illæ fiunt, per *Instrumenta* nimirum & *Testes*, vid. *l. 1. C. de dilat.* quare & heic istam servabimus disciplinam, circa juris legationis probationem.

II. Ad *Instrumenta*, & quidem *publica* refero *1. documenta atque acta* legationum, fœderum, pactio-
num, in tabulariis publicis seu *Archivis* asservata. Videmus autem non solum, quando de *ipso jure*, sed & de *modo* exercendi ejusdem, eique annexis ceremonialibus, contro-
versia est, ad hunc veluti fundum Principes ac Status, negotiorumque suorum tractatores, con-
fugere; posterioris generis specimen habemus in *legatis Brandenburgicis*, qui A. 1676. in Con-
ventu Neomagiensi, cum alterum eorum, minoribus ac primum ceremoniis honoribusque vellent ha-
bere Galli, æqualem utriq; deberi tractationem, præ-

præter alia, ex archivo Domini sui probare sunt annisi: prius autem observavimus in *Fœderatis Hanse sociis*, isti enim ad afferendum jus legationis, quod uti alia publica jura, ab aliquibus in dubium vocabatur, eo quoque argumento se defendebant, sicut constat ex *scripto apologetico*, cujus partem allegavimus. posset quidem aliquis existimare, ceremonialia illa, in legationum missionibus nunc recepta, ex monumentis ejusmodi tabulariorum parum lucis esse habitura, quod tam sollicite olim ea non descripta, ista vero hoc fere seculo demum introducta sint, sed non est ut quis eo argumento moveatur, quod ad tempora à nostro instituto prorsus aliena pertinet, quamvis enim anteduceat & amplius años instructus apparatusque Archivorum rudior fuerit, ita etiam, ut non solum ipsarum rerum, sed & formularum Cancellariæ stylique solennis nulla fere haberetur ratio ac cura, in melius tamē magis magisque superiori ac potissimum hoc seculo cepit ordinari concinnarique, quæ enim olim negotia in Conventibus publicis per compendium summariterque, ab eo tantum, & tumultuario fere stylo, annotabantur, ad cujus utilitatem præcipue videbantur pertinere, ea postea formulis solennibus & per partes satis curiose ceperunt consignari, quod quantum auctoritatis monumentis conciliet, eorumque fidem in probando eugeat, satis perspicitur.

III. Pertinet 2. eodem *Matricula*, ex qua quoniam status, & connexa superioritas proba-

CURIA

tur in univcrsum, pars quoque, legationum jus, probabitur: ex matriculis autem, quarum plures sunt diversæq; , intelligimus eam solum, quæ publicam probandi habet auctoritatem, qualis est Wormatiæ A. 1521. consensu Ordinum confecta, ita tamen ut *supplementorum & additionum* sequentium Comitiorum habeatur ratio, cuius rei dispositio peti debet ex *R. I. de A. 1576. §. Wann auch in Frankfurt. 99. R. I. de A. 1594. §. Wann auch bey voriger. 120. add. Reink. l. i. cl. 4. c. 1. n. 21. Limn. 7. P. 1, 7, 68. Schuz. V. i. D. 6. tb. 2. lit. d. &* quoniam cum universo Imperii Archivo Matriculam quoque, vi Archi-Cancellariatus, penes se affervat Moguntinus Elector, editio illius apud Eundem per compulsoriales peti solet. vid. *Ruland. de Commiss. l. 5. p. 2. c. 4. n. 30. Klock. de Contrib. c. 19. n. 37. Arum. de Comit. v. 8. n. 64. 66.*

IV. Circa effectum utriusque probationis huius, tam *intensivum* quam *extensivum* non eadem omnium est sententia. De scripturis Archivorum quantam vim probandi habeant, in genere quædam ex *Borello* consignavit *Speidelius Specul. voc. Archiv. p. 71.* sed juvabit ad specialiora descendisse momenta, observasseque ex praxi Imperii & ipsa rerum gestarum serie, annon etiam, & quâ efficacia, contradictum sit, vel aliud quid oppositum, ejusmodi documentis, quod interdum fieri constat, non enim esse nulla, quæ ex circumstantiis peculiaribus desumuntur, *Arumæus libello de Comitibus* ostendit. interim *regulariter* talia acta perpetuam atque inconcussam habent firmitatem. *l. ult. C. de re jud. l. 30. 31. C. de*

Nn

donati

donat. fidemque faciunt publicam *auth. ad hac. C. de fid. instrum. add. Coler. de P. E. p. 3. c. 1. n. 53.* idq; in primis de *Moguntino* protocollo vel Archivali documento alio affirmari potest, cujus vis probandi in Imperio est authentica. vid. *Limn. f. P. IX, 1, 140. Aut. der Grundv. p. 199. Arum. de Comit. c. 7. n. 86.* In *matricula* probatione facile res esset composita, si omnibus numeris plena ac perfecta ea foret, siquidem instrumentum tale publicum *plenam* facit fidem. *l. 11. C. qui pot. in pign* sed cum tanta Statuum passim extent gravamina, eoque renovatio ac emendatio *Matriculæ* inter argumenta Comititalia hodiernum censeatur, variorum disputationibus necessario locus est relictus, ubi quidem mire discrepant Juri. Sunt enim qui *nihil* probare, ac ne præsumtionem quidem, ad transferendum onus probandi idoneam, sed *suspicionem* saltem *levem* præbere dicunt, uti præter *Johannem Andream, Jasonem, Salicetum, Casprensem, Albericum de Rosate*, tradit Referens apud *Gylmann l. 2. decis. 14. n. 45.* Alii *presumptionem juris* in dubio exinde oriri statuunt, tantisper valituram, donec contrarium probetur, adeoq; tribuere quasi possessionem immedietatis, ut qui *matriculæ* inscriptionem probare possit, habeat fundatam intentionem, non modo collectarum, qui alias potissimus *matriculæ* usus esse solet, sed & personæ, atque inde pendentium jurum, respectu. ita *Gasio, Klockio Wurmsero, Fiscali Camera*, apud *Gylmann. d. l. n. 1.* visum. Nonnulli, ac nominatim, *Reinkingius, Gylman-*

Gylmannus, *Blumius*, etiam *semiplenus* probarentur, quod itidem placuisse Camerae Assessoribus conductis firmant præjudiciis. At plene probare voluerunt *Mylerus*, *Limmanus*, *Knipschild* alique, quorum omnium rationes conduxit examinavitque *Ericus Mauritius Dissert. de Matricul. lib. 31. seqq.* ita ut sententiam quam alio loco posuimus, ceu veriore, confirmaret, utpote que non solum, si de *theoretica* juris veritate loquamur, argumento *l. 13. C. de Advoc. div. jud.* nititur, sed & *praxi Camerali* comprobata est, quâ plus simplici vice, Matriculam præsumptionem facere pronuntiatum, præter *Gail. 2. obs. 21. n. 9.* pluribus præjudiciis docet *Referens* apud *Meichnerum T. 3. decis. 6. n. 20.* idque *regulariter* verum est; per modum vero *exceptionis* se habet ille casus, quando matriculæ inscripto adversarius nihil plane opponere solidi potest, tum enim *semiplenam* parere probationem, utique effectum inscriptionis illius majorem *semiplenam* probatione plerumque esse, *ibidem* observavit *Mauritius*, ex quo forte cæterorum opinionibus conciliatio posset adornari. Ratione *amplitudinis*, utraque probatio valida est, non solum inter Status in Imperio super causa huc pertinente litigantes. Sed & in disceptatione ejusmodi *cum exteris* potest allegari, quamvis enim controversum sit inter *Dd.* uti patet ex allegatis *Klockio V. 1. Conf. 10. n. 562. conf. 37. n. 266.* verior tamen videtur eorum opinio, qui *arg. l. 2. C. de adend.* archivali scripturæ etiam extra territorium credi asserunt, quam tenent

dui *Bartholus in l. 1. q. 7. pr. C. de summo. Trin. Cephal.*
cons. 215. n. 56. vol. 2. amplius vero adstruxerunt
Nicol. de Passeribus l. 5. de script. priv. q. 1. n. 18. Ru-
landus de Commiss. p. 2. l. 5. c. 5. & alii plures, ut com-
munem esse, ex Decio, & Natta notaverit Mas-
sardus de Prob. vol. 1. conl. 33. n. 35.

V. In eadem classem referri debent 3. *literæ investiturarum*, quibus Cæsarea majestas concessa dudum regalia, casibus certis solet confirmare, siquidem per modum infeudationis universa fere Statuum Superioritas originariè constituta est, & ne pereat, adhucdum fovetur: pertinent huc ex formulæ, quod in feudum dantur, *Fürstenthumer / Herrschaffren / Land und Leuth / alle und jegliche Obrigkeit / Geist- und Welliche oberste und niederste Gericht / Regalien / mit allen un jeglichen Obrigkeiten / Ehren / Würden / Freyheiten / Herrlichkeiten / und allen Zugehörungen / & similes*, quibus legationum jus contineri, etiam si expresse non sit nominatum, nemo negaverit. Obtinetque potissimum hic modus probandi in Nobilibus, saltem ex eorum sententia, qui regalia, inter quæ legationes vulgo referunt, illis non jure *reali* superioritatis sc. territorialis, quemadmodum in Statibus fit, sed *personali* tantum, vi investituræ, competere, tradunt. 4. *Instrumenta privilegiorum* si qua ab Imperatore super hoc jure concessa extant, estque firma satis hæc probatio, cum privilegiorum tenor rem notoriam, liquidam & evidentem efficere soleat, ut tradunt *Canonista in c. cum contingat. X. de rescript.*

præprimis autem contingere hoc potest in Republica mixta, quemadmodum exemplo *Lube-
censis* Civitatis vidimus A. 1669. cum enim inter Senatum, & civium corpora, præter cætera publica jura, etiam super facultate mittendi legatos disceptaretur, illo privativè eam sibi competere asserente, his in consortium admitti volentibus, Senatus ad fundandam intentionem suam, privilegia Imperatorum in hanc rem concessa allegavit, sicut ex scriptis contrariis publice editis constat. *E. E. Rathes der Stadt Lübeck Unterricht und Erklärung &c. cui opponitur der Junfften der Schonenfahrer und Consorten daselbst abgenöthigter Gegenbericht / Wiederleg- und Erklärung. 2c. extant Diar. Europ. part. XII. Append. circ. fin.*

VI. Denique 5. *Annales & Chronica* addimus. De quibus tamen valde discrepant *Dd.* non solum quod *effectum*, sed & *sedem* vel *locum* probationis hujus attinet. *pars* omnino probare negant, pro qua sententia allegari solita argumenta apud *Klockium de Contrib. c. 20. n. 428. seqq.* recensentur: *alii* asserunt, cui rei adstruendæ, plures rationes, ex jure divino ac humano, eoque civili ac Canonico, non condemnandas, adduxit, autoritatibusque utriusque juris Interpretum, theoreticorum æque ac practicum, nominatim Germanorum, Italorum, Gallorum, Hispanorum, proluxa serie confirmavit *idem Klock. d. l. n. 463. seqq. & Relat. Cameral. 72. n. 29. Add. Stranch Jur.*

Justin. Diff. XXV. §. 20. præterea ad publica instrumenta referunt Gilhaus. Process. judic. class. 6. p. 3. n. 24. secutus Bousinius in l. admonendis ff. de jurejur. scripturis vero privatis accitent Zasius lib. 2. Conf. 16. n. 40. Gylmann. decis. Camer. lib. 1. decis. 11. n. 7. Everhard. lib. 1. Conf. 27. n. 9. aliqui diversum prorsus statuentes, ad modum probandi per testes referunt, seducti forte Ciceronis autoritate, qui, Historicos temporum testes appellavit, in quorum numero reperitur Josephus de Sese decis. Arrag. 162. n. 4. Guid. Turrian. Conf. 8. n. 40. vers. accedat secundo. Martin. Magerus a. 18. n. 40. sed posterior quidem opinio in principia juris nostri valde videtur impingere, quæ viva voce deponere testes postulant. l. 3. §. 3. de testib. l. 10. §. 5. de quaest. c. 19. c. 3. q. 9. priores vero distinctione quadam conciliari forte poterunt, si dicamus, multum differre, scripseritne quis publicis auspiciis, actorum commentariis in consignanda rerum memoria nixus, instructusque artibus, ad contexendam historiam pragmaticam requisitis, quales præter Penterum Præfat. in lect. Chronico. Bæclerus enumeravit diss. de usulis. ex hist. Univers. compos. capiend. p. 22. seqq. an vero privato consilio eo provolaverit, rudis legum istarum, relationibusque vulgi auscultaverit potissimum, quin prioris generis Historiæ, inter publica non solum instrumenta censi debeant, sed & plenam faciant fidem, non ambigo, in primis si adversus eos, quorum auspiciis scriptæ sunt, allegentur, ita nuper Brandeburgici, probandæ plurimum Ambasciatorum Electro-

Electo-

Electoralium æqualitati, in ceremoniis & solennibus, etiam apud Gallos Westphalicæ pacificationis tempore habitæ, efficaciter satis adversus eosdem allegatur historiam *Vittorio Sivi*, qui Consiliarius Status & Histotiographus Regis Galliarum fuerat. *Posteriores* vero, sicut nequidem titulum suum asseri valent, neque enim ut *alibi Boetlerus* annotat (*Comparat. Histor. & Actar* p. 120.) *historia nomen meretur ulla scriptura, nisi qua illo fundamento nixa, illo instructa præsidio, literarum publicarum auctoritatem bona fide exhibet*; ita vim *privatae scripturæ* non transcendunt, quibus *presumptive* in antiquis maxime creditur, ut communiter docent allegati à *Nicolao de Passerib. de script. priv. l. 1. q. 3. n. 232.* adde tamen *Gail. 2. obs. 149 n. 8.* Quod si dubium sit, publica an privata auctoritate scripserit quis, attendenda mihi videtur *Klockii conclusio d. l. n. 532.* totum hoc negotium arbitrio iudicis committendum, regulariterque & cæteris paribus, nisi aliud circumstantiæ suadeant, Historicis & Chronicis fidem adhibendam, & pro iis præsumendum esse. *Conf. Berl. p. 1. concl. 36. n. 76.* in universum hoc, de probationibus ex historicis, argumentum, speciali & absoluto tractatu exhibere promisit *Klockius*, sed interversum est, quantum mihi constat, Viri consilium.

VII. Transimus ad alterum probationis genus *per Testes*, quorum depositiones eandem cum fide instrumentorum vim dicuntur habere in *l. 15. C. de fid. instrum.* eoq; refero *Consiliarios cate-*

rosque Aulicos, qui functi sunt aliquando officio legationis, hos enim testari posse, de jure Dominorum, qui miserunt eos, non solum quod ipsam facultatem mittendi, sed & modum exercendi, & annexa curialia attinet, putamus: sane in nupera controversia, Brandenburgicis legatis super æquali secundi cum primo tractatione, à Gallis mota, cujus aliquoties meminimus, hoc quoque argumento pugnatum vidimus, his in intentionis, ac observantiæ, Westphalicæ pacificationis tempore obtentæ, confirmationem, Comitibus d'Avaux & Servintii, qui tum Regis Gallorum nomine aderant, illis pro se Baronis Lövvii, qui itidem Electoralem isto Conventu legatum agebat, testimonia allegantibus. ac de eo quidem raturæ res certa est, quod si defuerit esse inter Ministros Principis, admittatur, de re, quæ contigit cum adhuc esset domesticus. Vid. Mascard. de Probat. concl. 814. n. 11. Don. Ennel. l. 25. c. 11. C. 7. A. tit. de testib. th. 8. an vero eo ipso tempore, quo in officio Aulico versatur, simili modo possit testificari, non immerito quis dubitaverit, tum quod jure civili domestici testimonij fides improbetur, ut rescribunt Imp. in l. 3. C. de testib. & Canonico jure idem repetit pontifex c. 24. x. de testib: tum propter responsum Licinii Rufini in l. 6 ff. de testib. quod idonei non videantur esse testes, quibus imperari potest, ut fiant testes, cum gratiæ & potentatui fidem religioni judiciariæ debitam non præsumantur præponere, quod tamen ad testimonium omne, quo veritas juvari possit necesse

necesse est, per *l. 5. C. cod.* quanquam enim Interpretes hæc omnia de familiarum singulariū personis volint accipi, & nominatim *Cynus in d. l. 5. in fin. C. de testib. Farinac. de testib. q. 55. n. 203.* aliique, de iis solum testibus exaudiendum opinentur, qui imperio privato, paterno vel herili, subijciuntur, dudum tamen responsum est, nullam hujus restrictionis allegari posse rationem, neque eandem textui convenire, cum in jure nostro *imperium* potissimum de publico intelligatur, inter privatos vero *potestatis* appellatione veniat. vid. *l. 125. de V. S.* Quid ergo? si *juris* nostri dispositionem sectemur, cum *Pacio ad l. 3. C. de testib. n. 10. & Collegio Argentoratensi nominato loco*, utique excludendi erunt: sed *praxis* atque *observantia* eos admittit, si juramentum, quo obstricti sunt Domino, fuerit remissum, tum enim impedimenta opposita videntur cessare, ita *Modestinus Pistoris V. 1. Conf. 8. n. 28.* in practica, inquit, *hab ich observirt, daß man in solchen Sachen die Underthanen der Pflicht/damit sie denen Herrn verwandt / loß gezeulet / so viel das Zeugnuß belanget / daß Sie ohne Scheu derselben die Wahrheit bekennen mögen / und in solchem Fall werden gemeinem Gebrauch nach / die Underthanen auch in Sachen Ihre Herrn belangende / zuzzeugen zugelassen.* & ab hac sententia non recedendum in judiciis, pleno ore clamitare pragmaticos, *Felinum, Marcum Aut. de Amatis, Hippolytum de Marsiliis*, observavit

Carpzovius p. 1. C. 16. d. 64. & *Process.* t. 13. §. 14. n. 105. Quamvis autem alias qui in eodem sunt Collegio, alter pro altero non possit testificari, maxime in re, unde ad singulos commodum aliquod potest redundare, quod plurimum Dd. autoritatibus confirmat *Mascard. concl.* 318. n. 3. vidimus tamen nuper in Comitibus legatum quendam Principalem, in controversia legitimationis, aliorum Principum legatos, ad probandam suam intencionem, ut testes allegasse, neque quoddam hunc articulum ab altera parte contradictum fuisse legimus, etiamsi illius victoria insigni præjudicium fuerat allatura. Alii ad testificandum non amplius admittuntur, nisi quatenus dicere possunt, se scire ex actu aliquo sensus, quia nimirum viderint exercere, quo unice ejusmodi incorporalia jura verificantur. vid. *Mascard. concl.* 1376. n. 2. & 4. Sed anne *Doctorum juris publici* testimonia probabunt? Serenissimus P. E. superioribus Comitibus probandæ præcedentiæ, super anteriorum Electorum legatos sibi debitæ, eadem, inter alia argumenta, produxit, verum cum ista limitatione, quod non sunt nudi *Doctores Scholastici*, sed ipsi partim *interfuerint conventibus publicis*, partim *ex archivis* scribendi materiam desumerint, quæ alius utique sunt generis. Cæterum sicut ad probandum aliquid, duo minimum requiruntur testes l. 12. ff. de testib. c. 47. x. cod. nisi quod aliqui in judicio summarissimi possessorii, cui specialiter indultum, ut leviores ac semiptenæ probationes sufficiant, *Gail.* l. obs. 7. n. 6.

n.6. *Ranchb. p. 2. q. 6. n. 64.* intentionem agentium super possessione per unicum etiam testem juratum omnique exceptione majorem, probari arbitrantur, apud *Farinac. de testib. q. 63. s. 1. n. 33. Grav. l. 1. concl. 7. n. 7.* dissentientibus tamen aliis, de quo vid. *Kloek. de Contrib. s. 20. n. 180.* ita quoad hæc & similia in materia præsentis, procul dubio communis juris regulis observationibusque standum est.

VIII. Omnem vero paginam hæc faciunt *actus possessorii*, quibus præsertim ceremonialia illa, quæ hodie potissimam jurislegationum partem videntur constituere, probari solent, uti nuper vidimus, cum Principes Imperii eodem modo suos, atque Electorales legatos, à Regibus Extæris tractari, multis sollicitè conductis rationibus postularent, eo unico victoriam posse obtineri, responsum est, si possessionem, uti Electores, probare valerent, in rebus enim ceremonialibus, non rationem, non dignitatem, non potentiam, sed *solam possessionem* valere; itaque eodem modo Brandeburgici, legatis Electoralibus numero pluribus æquales deberi honores; Hanseatici, sibi legationum mittendarum recipiendarumque facultatem competere, in scripto, quod nominavimus, Apologetico, probarunt. sicut autem in rebus corporalibus, possessio, quæ propriè ad illas tantum restringitur, apprehensione acquiritur, ita in incorporalibus, quarum quasi possessio in legibus passim dicitur, *usu, exercitio, actu*, qui sunt loco apprehensionis. vid. *l. 20. de Servit. l. 23. §. 4. ex quib. caus. maj. l. 10. si servit. vin. lig.*

IX. Sed

IX. Sed ut cum effectu possint allegari isti actus, debent esse *legitimi*, improba enim possessio nullum possidenti præstat titulum. l. 7. C. de acq. & rei. poss. ut autem tales haberi possint, varia requiruntur, & quidem *primo*, ut eo ad quem destinata fuit legatio, *sciente & patiente* sint exerciti: arg. l. 2. C. de Servit. fingamus Imperialem quandam Civitatem nunc pleno Ambasciatoris caractere mittere legatum voluisse, ut apud Principem quidem nihil ille innovaret, circa honores & titulos antea Civitatensibus tributos, à domesticis tamen suis aliisque privatis hominibus Ambasciatoris nomen, Excellentiam, ac cætera characteri tali propria, sibi dari curaret, nihil obtentum fuerit, quod jus posset tribuere, si ab aliis ista facultas in dubium vocaretur. Sed non opus est fictione, novimus enim in Hanseaticis Deputatis A. 1626. in Anglia simile quid fuisse observatum, quorum domestici, quoad Excellentiam appellationem, alios quidem in errorem traxerunt, qui harum rerum cognitionem non habebant, apud Regem tamen non aliter ac *Deputati* agniti sunt, quare nec ipsi hoc exemplum, cum apertiori conatu A. 1654. in Gallia, *Ambasciatorum* qualitatem legatis suis concedi prætendebant, ausi sunt producere. hinc si in Imperio nostro ejusmodi controversia ventilaretur, ad probandam intentionem suam, scientiam & patientiam alterius in libello disertis verbis articulandam, ex *Bartolo* monuit *Gailium* 2. obs. 66. n. 6. probabitur autem scientia ejus, si vel *credencialibus*

tialibus literis ipsis, vel cætero publicæ negotiationis contextu, id quod intenditur, fuerit palam assertum.

X. Nam sufficit autem sola isthæc scientia ac patientia alterius, sed necessum est insuper, ut ipse, qui possessionem allegat, talem actum *jure suo* exercuerit, vid. *l. ult ff. quemadm. serv. amitt.* hoc est, ex facultate sibi competente, quæ obligationem in altero producat, qua pati vel agere quid teneatur, quæ enim jure familiaritatis, aut ex liberali tolerantia & urbanitate facta sunt vel concessa, nec agenti jus aut possessionem, nec patienti ullum præjudicium, vel in futurum obligationem idem indulgendi, pariunt. *l. 41. de acquir. poss. add. Menoch. de A. 7. Q. l. 2. cent. 2. cas. 160. n. 13. Klock. V. 1. Conf. 29. n. 565.* neque enim novum est, ob certas rationes aliquando amici Principis legato singulares extra ordinem haberi honores, qui olim cessantibus illis causis, mutatoque rerum statu, nec conceduntur nec postulari possunt. Minus certi ergo sunt Itali, & nominatim Ferdinandus Cosmus Herrurizæ Dux, qui A. 1609. Coloretum legatum ad potiores Germaniz Aulas, prætextu colendæ amicitiz, sed revera ideo miserat, ut Serenissimi titulum sibi, suisque legatis primum in domo Principis locum, atque alia ejus generis, à facilioribus & talium inquisitis eliceret, sicut etiam quod intendit fere obtinuit; ne enim ista exempla pro possessoriis actibus possint valere, præter alias rationes, in causa quoque est, quod mera Principum nostrorum

strorum liberalitate, ac civilitate impensa fuerint indulta, uti ex *Itinerario Danielis Eremita*, qui comes fuerat legationis, luculenter apparet. neque enim Ipse putopatietur Magnus Dux Hetruriz, quod aliquando singularis erga Hispaniarum Regem affectus testandi ergo, legato ejus, *Comiti Tendilla*, claves ædium suarum tradidit, quæ in alieno arbitrum ageret, pluraque concessit, quæ alias fieri non solent, in exemplum id evaluisse, ut quandocunq; & cuiq; Hispanico legato ejusmodi in Aula sua honores exhibere teneretur. Quare etiam miror, Eruditum Gallicum scriptorem *des memoires des Ambassadeurs. p. 375.* quando Galliz Regis Ambasciatores in Conventu Ulmenfi A. 1620. Marchioni Onolsbaco - Brandenburgensi & Duci Wurtembergico, tanquam novissime advenientibus, honorẽ visitationis exhibere volentes, ab his præventos fuisse, enarrat, insuper opinari, potuisse Serenissimis Principibus id præjudicio esse, quod *Ambasciatores pro jure talia accipiant, & in ejusmodi actum possessionem suam fundent*, cum tamen factus antea esset ipse, non nisi civilitatem fuisse, & plus præstitisse Principes quam deberent, quare etiam si postmodum ab illa liberalitate recedere consultius existimaverunt, nihil efficaciter iis poterat opponi. Unde autem dijudicari debeat, exercueritne quis actum aliquem suo jure, an indulgentia alterius, gravis videtur esse quæstionis: si *Cavalcanum* sequi velimus, dicendum erit, expressam agentis requiri declarationem, se non jure fami-

hijari-

liaritatis vel tolerantia alterius, sed ex facultate sibi competente, id agere, neque alia intentione actus istos exercere, quam ut in quasi possessione constituatur, ita enim ille, post alios, tradit, *l. 5. decis. 1. n. 32.* quod nisi quis probaverit, se, cum vellet acquirere jus aliquod, expresse declarasse, quod jure suo natus, & quod adversarius sciverit, non jure amicitiae vel familiaritatis, sed suo proprio se actus istos interposuisse, non probari possessionem, & ex ea proveniente[m] prescriptionem *Add. Hondedans V. 1. Conf. 79. n. 49.* & sane videtur non solum civilis, sed altioris juris fundamento conniti ista disciplina, praesertim si cum ea intelligatur ampliatione, quod *declaratio* haec non praecise *verba* requirat, sed *factis* quoque fieri possit, si nimirum legatus in ista honorum exhibitione cultuque sollicitudinem suam palam ostendat, caveatque modis omnibus, ne ex curialibus quicquam omittatur, vel si non satis honoratum se existimet, indignationem animi sufficienter contestetur, pro injuriis Principi suo factis reputet, quae aliquando contradictionibus, protestationibus, cautionibus de non praedjudicando, publice solent repelli, qualia tota die fieri videmus. Imo cum sub factis moraliter etiam veniant *non facta*, considerata cum debitis suis circumstantiis, uti *Grotius de J. B. P. II, 4, 5.* nos docuit, declarasse censetur animum possidendi legatus, qui titulos & honores in exercendis illis actibus sibi habitos, non ea, qua liberalitatis officia solemus, serenitate, vel modesta quadam recusatione, gratia exade-

versum

verfum debita testatice, sed serio potius & ad gravitatem composito vultu, veluti rem optimo jure debitam, suscipit, ut argui facile possit, eo nomine se nolle obstrictum cuiquam censeri. Et quoniam vulgo dicimus, Principum proprium esse de honore & gloria certare, cujus certaminis potissima utique instrumenta legati debent existimari, certe animus acquirendi in his facilius intelligitur, quam inter privatos, adeo ut in dubio actum gratiosum aut ex liberali tolerantia factum non esse, non sit præsumendum, prout cum *Wesenbecio Conf. 2. n. 79. & Conf. 48. n. 2.* tradit, ac in simili fere causa secundum eam sententiam in Camera olim pronuntiatum, refert *Klock. vol. 1. Conf. 29. n. 573.* Denique isti actus non debent esse violenti, quales ad acquirendam quasi possessionem jurium non prædesse, expediti juris est. add. *Klock. de Contrib. c. 20. n. 120.*

XI. Quot vero requirantur actus, prolixè disputant Doctores. Unicum tam ad acquirendam quam conservandam ejusmodi juris possessionem sufficere, putat, & ex *Abbate* ceu singulare refert *Jaso in l. 3. in pr. n. 40. ff. de Acq. poss.* quos cum pluribus sequitur *Mascard. de Prob. cons. 946. n. 2. seq. Modest. Pistoris V. 1. Conf. 40. n. 37.* alii, sed magis arridet distinctio, quam *Bernhardus Wurmserus præct. For. l. 1. t. 44. obs. 1.* proposuit, quandoque unum actum sufficere, ut in his quæ de facili non solent concedi ratione amicitiae, quale est, quod quis det vocem in electione, vel semel ducat aquam per fundum,

meum

meam, quandoque vero unum actum non suffi-
 cere, ut in his quæ conceduntur ratione amici-
 tiæ, ut in servitute itineris constituenda, non
 sufficere quæ semel ivisse, sed vel minus ad tri-
 ginta vias: concludit demique in his multum
 relinqui arbitrio iudicis. Quæ ad generaliora
 principia ita transferri posse, opinor, ut dicamus,
 si v. gr. Status aliquis vel Civitas, quod antea
 nunquam fecerat, ad Regem amicum, legatum
 pleno mittat Characterè similitque Regis qualitate,
 sciente ac patiente Rege, unico videri acta
 possessionem hujus juris fundari, quia talis est, ut
 non facile præsumatur à Rege amicitie intuitu
 concedi, neque enim tanta vis esse solet amici-
 tiæ inter diversæ dignitatis Status contractæ, ut
 minorem alter æqualem dignitatis splendorem
 amplitudinemque, quæ in jus & præstationem
 necessariam aliquando convalescat, sibi asserere,
 apud se patiatur: quod si vero vel in receptione
 vel domi suæ solennis audientis loco insoliti ex-
 hibentur honores extra ordinem, quia impensæ
 favoris contestandi gratia sæpe fiunt, pluribus
 actibus, ut jus inde oriatur, opus esse, nisi mani-
 festa hinc intercesserit declaratio, proprio jure ist-
 hæc exigi, & altera pars acquirerit, quo casu
 unicum sufficere, dubium nullum habet. in uni-
 versum vero rerum circumstantiæ habitusque
 animorum utriusque Principis multum confer-
 runt ad solidiorem hujus rei adjudicationem.

XII. Atque hæc de actibus possessoris propriis
 expedita sunt. An vero actus ob uno Princ. p. ex-

ercitis, etiam aliis quibus in pari sunt conditione, pro-
 sint, quæri possent. Qui de supremata Principum
 Germaniæ proclit scriptor, multis argumen-
 nis probare annis est, non solum exempla Ele-
 ctorum Principibus nostris prodesse, sed & ac-
 tus possessorios Principum Italiæ pro actibus
 possessoris Nostrorum posse haberi, quod omnes
 in eadem sint causa, quoad libertatem & poten-
 tiam, hoc est, jus suprematum; si enim pro Germa-
 nis separatim, & pro Italis separatim actus exi-
 gantur, expectate se etiam ut adversarii pro quo-
 libet circulo exempla postuleat, & actus Princi-
 pum circuli inferioris Saxonie, Principibus Cir-
 culi Suevici utiles esse debere negent. Eodem
 modo, si Electorum actus cæteris Principibus
 non prosint, expectate etiam ut actus Principum
 illorum qui ad Deputationes Imperii Ordinarias
 vocantur, quasi scilicet inter reliquos emineant,
 ad alios porrigi debere, negentur, quæ omnia
 inepta esse judicat. Nos istam disputationem
 non ingredimur. Id certum est, magis tutos
 se credere super causa ejusmodi. disceptantes, si
 propria potius quam aliena exempla allegare pos-
 sunt. Specimen præbuit Autor libelli Gallici,
Denouement de la question. Sc. §. 18. cum enim se-
 cundum Brandeburgicum legatum æqualiter
 cum primo tractandum probare vellet, maluit
 propriæ Domûs quam alterius Electoris, exem-
 plis niti, quæ in Coloniensi nuperrime demum
 pro observantia ea extabant. Minus dubii ha-
 bet, actum unius Principis alteri non nocere, cujus
 rei

rei æquitas ex l. 63. ff. de re jud. potest explicari, sicut enim uno coherede in judicio victo, sententia non nocet in eadem causa heredi alteri, qui non litigavit, etiamsi cum coherede suo agi sciverit, sed actionem ex sua persona integram ei relinquit, eâ ratione, quod propria cujusque coheredis sit actio atque defensio, nec unus prohibere possit, quo minus alter eâ utatur, ideoque iniquum foret condemnationem illius mihi, qui jure me nondum sum expertus, præjudicare: eodem modo si Principes unus vel alter juris sui parum tenaces fuissent, aut publica disceptatione sessissent, eos liquet cæteris, suarum rerum satagentibus, non esse nocituros, quibus ex propria persona experiundi juris facultas est, ab altero non dependens, quare effectus ejusmodi actus onerem personam illorum, in quibus observatus est, non egreditur, quod *publica* quoque *praxi* satis confirmatur, cum enim superioribus Comitibus legati quorundam Electorum, ante Palatinum, eo etiam argumento, locum prætenderent, quod exempla in hanc rem aliqua extarent, adversus illos tantum, qui concesserunt, allegari, tertio vero obesse minime posse, Serenissimus Elector regessit. eandem exceptionem pacificationis Westphalicæ tempore legatis Electorum secundariis, primarios Principum præcedere volentibus, oppositam novimus.

XIII. Denique inter argumenta probationum referimus *Confessionem aliorum Principum* ad quos mitti solent legati. Fit autem illa vel

verbis vel factis. *Verbi*, si publicis pactio-
num aut aliarum scripturarum tabulis alteri facultas
talis adscribitur, ita Principes Nostri adversus
Gallos probant, sibi jus mittendi Ambasciatores
competere, quoniam in Apologia, quam pro E-
lectore Trevirensi Philippo Christophoro ali-
quando multo apparatu ediderunt illi, quæque
nuper denuo auspiciis regis prodit, discrete illud
fatentur, Germanisque Principibus asserunt. *Fa-
cti*, si ab hoc vel isto missi pro veris habentur
legatis, honoribusque publicis gaudent; & con-
fessionem quidem ex facto resultantem poten-
tiorum estimari, quam verbalem, *Grovetus* an-
notavit, *Conf. 822. n. 6.* quanquam hanc quoque
probationem probatam & liquidissimam dicant
jura, ita *l. 13. C. de non num. pec. & Doctores* passim,
tanta quidem perfectione, ut aliqui eandem, si
proprie loqui velimus, potius ab onere probandi
relevationem, quam proprie probationem appel-
landam censuerint, notante *Jesou* in *l. cum te
transigisse. C. de transact. n. 10.*

XIV. Sicut autem certis modis acquirere ju-
ra, ita vicissim amittere eadem rursus possumus.
Modi amittendi heic potiores sunt *non usus*,
crimen Majestatis, *fractio pacis publicæ*, atque a-
deo in *bannum declaratio*, & omnis denique ratio
quæ quis territorio *penitus privat*, de quibus
prolixius agunt publici juris Doctores, ut enim
hic transferamus opus non est. Quousque
exemptione amittatur, supra partim exposui-
mus. *Excommunicatione Pontificis* percussos,
quoad

quoad hanc Imperii partem etiam pro mortuis habendos, superioribus seculis creditum est, cujus opinionis effectum Venetos quoque, Julii Pontificis telo vibratos, sensisse, ex *Guicciardini* novimus, sed hodie alia obtinet Philosophia, ex quo vis omnis istorum fulminum per seculi asperitatem fere intepuit. Per *heresim* itidem amicitii aliqui existimantur, sicut & de haereticorum legatis non recipiendis, severa Conciliorum decreta facta sunt; at nihil conscientiae & fidei causam, quae solius Dei, hoc, quod seculi & gentium est, jus, labefactare & infringere, praxin quoque gentium in contrariam partem esse, ostendit *Kirchnerus de legat. 1, 3, 85*.

XV. De *Bannitis* autem non uno modo sentiunt, utut enim res videbatur expedita, cum omnia jura amittant, quod ex *Constitutionibus Paecis publicae* Divorum Imp. Maximiliani I. & Caroli V. constat; add. *E. G. D. p. 2. tit. 9. §. 2.* aliqui tamen effectum istum praecise ad Imperium nostrum restringunt, ita ut *heic*, ubi civiliter extincti habentur, legationis jus retinere nequeant, ex quo proscripti sunt, *adversus externos autem, gentium jure* id servant. quae sententia est *Kirchneri de legat. 1, 3, 81.* alii id prorsus non amittere eos arbitrati sunt, quod per declarationem in Bannum, etiam in Imperio, constituentur in Statum hostilem, at hosti communio juris gentium, quo & legationes pertinent, non auferatur, eoque casu eveniente, par sit futura proscripti atque exteri Principis ratio. vid. *Furstenbergius c. 29. fin.*
 &c

& c. 41. sed sicut prior quidem opinio interpretatione commoda facile admitti, ita difficultati, quam posterior inducere videretur, satisfieri potest, distinctione, quam *Gailius* quoque de P. P. 11, 1, 22. explicavit, si dicamus, duo esse genera hostium, unum eorum, quibus bellum solenniter indictum est, quod utique non nisi inter duos sui juris populos, vel eos qui personam populi sustinent, locum habere potest, de quo genere videndi *J. Cuijn l. 24. de captiv. & post l. 1. 118. de V. S. Grotius de I. B. P. 11, 1, 3, 1.* alterum illorum, qui propter delictum, decreto summi Imperantis hostes judicati, uti à Senatu Romano olim *Catilina*, vid. *l. 5. §. 1. ff. de Capit. min.* quod in Civibus solum obtinet, de prioribus verum est, communionem juris gentium & legationum consuetudinem retinere, de posterioribus minime, quod discrete *Grotius de I. B. P. 11, 18, 2.* ostendit, ad hos vero pertinent *Banniti*, qui *comisque* tantum sunt hostes, ut *civitatem amittant*, alias loco eorum quibus quondam aqua & igni interdicebatur, *Frankio Resolut. 11, 9, 7.* observante, quemadmodum in universum, bannum successisse in locum veteris aquæ & ignis interdictionis, expresse *Goldastus animadversion. in Winsbekium, & gloss. in Burckardi casus c. 14. p. 224.* aliique publici Juris Doctores tradunt.

XVI. Quamvis autem jure stricto hoc certum sit, existimant tamen *Magerus de Advoc. arm. c. 8 n. 98. Mylerus de Princ. & Stat. Imp. 1, 19, 8. Besoldus de legat. c. 3. th. 5.* alii, ne mediâ reconcilia-

tionis

tionis penitus adimantur, ex temperamento legationes concedendas, & hoc, si non in banno quod ob delictum fractæ pacis publicæ, saltem eo, quod ob solam contumaciam non comparentiz aut inobediæntiz inflicto, concedi posse videtur, siquidem inter hæc duo insignis, effectuum ratione, differentia consistit, uti à *Gailio* docemur de P. P. 11, 18. dissentiente tamen *Cass. Guilielmo Scipione Decis. Cameral.* 11, 9. cumque Bannitus ob contumaciã non factæ purgationis, ad innocentiam probandam, etiam post sententiã declaratoriã admittatur. *C. G. D. p. 2. tit. 2. §. 1.* Add. *Gail. de P. P. II, 8.* quãdri vel heic legatum mittere liceret? nisi dicere malis, necessum non esse, ut legati qualitate præfulgeat iste procurator, aut posse extraneum etiam innocentiam talis banniti docere, sicut in Camera ante sua tempora in causa N. de *Wetis* contra *Weschen* 13. Octobr. 1535. practicatum notat *Mynsingerus cent. 2. obs. 88. n. 6.*

XVII. Sed & *Rebellibus*, quos à Bannicis distinguit *Gailius de Pac. publ.* 11, 18, 18. penitus denegant *Bortius diff. de legat. lib. 6.* & *Krebsnerus de legat.* 1, 3, 59. conservationem hujus juris, verum cum ad hoc, ut quis sit rebellis, ex stylo Imperii nostri, etiam sententiã declaratoriã requiratur, ut idem *Gail.* 1, *obs.* 17, 9. docet, videtur ex antecedentibus iudicium super his posse fieri.

add. *Alber. Gentil. de legat.* 1, 7.

circ. fin.

CAPUT. XXI.

De privilegiis jure gentium ac Civilis legati Sasanum tributis.

- I. Privilegia legatorum sunt vel juris gentium vel juris civilis.
- II. Legati Sasanum, apud Exteros, juris gentium privilegia aequae ac a Regibus supremis missi, sibi vindicant.
- III. Sunt itaque exempti à jurisdictione loci, ubi degunt, & habent quoque jurisdictionem in familiam suam, aequae ac alibi.
- IV. In Comitibus ea Marefchallo Hereditario.
- V. In Aula vero Caesarea supremo Aula Marefchallo competit.
- VI. Aliquando portiones in eam rem fiunt.
- VII. Sunt immunes à Vectigalibus & Tributis.
- VIII. An legatus scriptis declarare teneatur bona, quibus immunitatem eam vindicat, sua propria esse.
- IX. Legati nec per repraesentationem detineri, nec res eorum arrestari possunt.
- X. In Imperia contra antecessorem Legatum Principis mandatum sine clausula in Camera deservendum.
- XI. An jus a plz habeant in suis adibus legati.
- XII. Sancti sunt & inviolabiles jure gentium ac quorundam populorum civilis.
- XIII. Haec privilegia etiam ad secundum Ordinis legatos & Residentes pertinent.

XIV.

XV. *Dubium quod ex l. 4. C. de Commercio desumitur, removeatur.*

XV. *Ex jure civili est quod tempore legationis non teneantur respondere domi in iudiciis.*

XVI. *Jus revocandi domum Defensio absentis.*

XVII. *Propter absentiam lesi habent restit in integrum Spiritus antereductum desu Et cedunt.*

Habent ius gladii gestandi & alia

XVIII. *An que jure nostro disposita de privilegio legatorum, ad Statuum legatos pertinere debeant.*

XIX *Ex quo habeant haec privilegia.*

XX. *Et quomodo durent.*

I. *Inter effectus juris superest ut de privilegiis, & meritis ipsorum legatorum Nostrorum differamus. Existimantur Veteres peculiaribus beneficiis afficiendos non esse, qui Republicae utilitatibus operis suis inserviant, quod ad hoc ipso jure, quo cives sunt, obstringerentur singuli, sed in perfecta ac optima, quam eruditi sibi constringunt, Civitate, tales declamationes forte audirentur, postquam vero ex fece Romuli collectae sunt societates civiles, potissima continentis illis vincula censentur praemia ac poenae, quibus ad promovendam publicam salutem incitantur inde, hinc arcantur, ne quid adversus eandem committant, homines. Quare & legatis, praecipuis publicae rei ministris, indulta sunt certa praeter alia praemia, sive privilegia, non solum seorsim apud hunc vel illum populum, sed & inter omnes gentes communiter valitura: & hoc*

est quod alia *juris gentium*, alia *juris civilis* esse dicuntur.

II. *Juris gentium* privilegia apud *Exteros* forte non minus sibi asserunt Statuum legati, quam qui à Rege aut Principe superiorem non recognoscente, mittuntur, quod non solum in Commentariis suis Doctores tuerentur, uti ex *Ludolpho Hugone de Stat. region. German. c. 3. §. 17. Mylero de Princ. & Statib. Imp. 1, 19, 13.* constat, sed & Principes Nostri in actu rerum palam sibi vindicant: exemplum vid. *Diar. Europ. p. IX. p. 534.* ubi eo provocat *Sereniss. D. N.* quod legatus, quam detinuerint *Belgæ*, *fide publica & jure gentium* missus sit. in *Imperio* autem partim circumscripta, partim impedita ista sunt, secundum regulam *l. 6. ff. de j. & j.* si quæ etiam in generalitate sua relicta fuerunt, consuetæ & supra jam explicata proportione heic debent applicari. sed in exemplis hæc res clarius apparebit.

III. Ex privilegiis *juris gentium* est, quod legati sint exempti à jurisdictione loci, ubi degunt, nec aliam, nisi mittentis, agnoscant. eujus rei eâ ratio est, quod Minister, si utriusque jurisdictioni subjiceretur, nunquam tutus esset, cum enim plerumque mittentis, ac illius ad quem mittitur, rationes, sint diversæ, sæpe protus contrariæ, fieri aliter fere non potest, quam ut in gerendo officio alterutrius offensam incurrat legatus, atque ita in iudicium trahatur, quale cum durum himis sit futurum, rectæ rationi convenientius existi-

istimabatur, ut præterquam Domino nemini
 tionem actionū suarū reddere cogeret, idq;
 nsensu omnium fere nationum postmodum in
 s abiit, placuitque gentibus, ut communis mos,
 si quemvis in alieno territorio existentem, ex
 10 illud intrat, ejus loci territorio subjicit. quod
 l gubernationem populi moraliter necessarium
 Te, notat *Grotius de I. B. P. II, 2, 5.* exceptionem
 ateretur in legatis, ut qui sicut fictione quadam
 abentur pro personis mittentium, ita etiam fi-
 ione simili, constituerentur quasi extra territo-
 um. Sed de *amplitudine ac terminis* hujus juris
 dhuc disceptatur, an nec ullo crimine excidere
 ossint eo jure, & si, quale esse debeat, quam
 isputationem non ingredimur: conferri præter
 lia potest *Richardi Zonchei de legatis delinquentis*
udice competente libellus, ut & questio vetus & nova
an legatum, adversus Principē vel Rempublicam,
d quam missus est, delinquentem, salvo jure gentiū
spere ac punire liceat, Argentorati ac Parisiis ini-
 o hujus seculi edita: quanquam persuasi sumus
 aculenter definitam esse ab *Hugone Grotio de I. B.*
P. II, 18. 4. cujus sententia, ni fallor, verā est,
 trauchio quoque *Diff. Jur. publ. VII, 8. Junckero*
Diff. de legat. sub Habnio habita, th. 146. seqq.
Colleg. Jur. Argent. tit. de legat. th. 6. Furstonerio de
prems. Princip. Germ. c. 6. aliisq; pluribus laudata
 c defensa. Ex quo & alteram illud sequitur,
 uod *propriā habeant jurisdictionem in suos domo-*
icos, famulos & officiales, quanquam enim ali-
 ui legato istam facultatem tribuere vereantur,
 ti ex *Alberico Gentili de legat. 1, 2.* constat, nisi in
 specie

speciè a Principe suo concessam acceperit, quæ Ziegleri ad Grot. p. 419. limitatio est, quamvis I-
 pse Grotius de I. B. P. 11, 18, 8. illam ex concessione
 ejus, apud quem agit, non ex jure gentium, pen-
 dere, putet: add. Paschal. c. 76. alii tamen hoc
 asserunt. vid. Myler de Princ. & Stat. Imp. 1, 19, 11,
 Furstenbergius dicto loco, Hornius Polit. l. 2. c. 8. n. 5.
 pertinet in hanc rem disceptatio inter Speringium
 Suevicum Residentem, & Hollandiæ curiam
 A. 1644. ideo coorta descriptaque ab Autore des
 memoires. p. 55, seqq, Romæ sane atque alibi id ha-
 bent legati, quod si enim difficultates aliquan-
 do motæ, quarum specimen nuper *Diaria Europ.* p.
 XXXII. p. 229. extat, ad modum potius exercen-
 di, quam jus ipsum referri debent, & exceptio-
 in casibus extraordinariis confirmare videtur re-
 gulam in ordinariis. Sed quocunque demum
 modo se hæc habeant, Nostrorum cum aliis legatis,
 communis apud Exteros causa est, quicquid etiam
 contendat Paschalius, ab hoc privilegio Pusillo-
 rum, quos vocat, Principum legatos excludens,
 illius cum philosophiam supra excussimus.

IV. Verum in Imperio aliter dicendum est, in
 Comitibus enim ex instituto Veteri, nomine Ar-
 chi-Mareschalli, Hæreditarius Mareschallus, in
 eos eorumque familiam jurisdictionem habet, de
 qua quidem Civitates, in quibus Comitibus ha-
 bebantur, diu ipsi moverunt litem, in summo
 Tribunali etiam agitatam, qualis decreto Rudol-
 phi II. Imperatoris, in Comitibus Augustanis
 A. 1582. d. 17. Septembris, facta, primum compo-
 nebatur.

nebatur, sed quoniam se gravatas credebant Civitates, *protestando* intervenerunt, ac in eventum *appellationem* ad Electores (excepto Saxónico) Principes & Status Imperii, ad quos definitionem hujus controversiæ pertinere arbitrabantur, interpoluerunt, sicut utriusque monumenti formula apud *Linnæum T. 1. Add. IX, 1, 85.* reperitur. Unde factum est ut *Commissarii* ab eodem mox Imperatore, cumque nec tum executioni res demandaretur, postea quoque, à Matthias constituerentur, Bavariz ac Wurtembergiz Duces, quorum legati d. 5. Novembr. 26. Octobr. A. 1614. partibus controvertentibus Augustam vocatis, certa *transactionis* lege, ut alia ejus generis, ita hoc quoque jus, quale sit, posuerunt in apurum. Sed juvabit ipsam *compositionis formulam*, in qua de singulis casibus sollicitè disponitur, quoad hanc partem, huc referre:

Was zum dritten die bißhero entzwichen obgemeldten Partheien bestrittene Jurisdictionalia betrifft, / ist es dahin gestellt / daß der Reichs- Erb- Marschall die Jurisdiction in civilibus, über der Reichs- Ständ / oder deren Gesandten / wie auch der Frembden und außser Reichs gefessenen Potentaten / oder ihrer Botschafften / Diener und Gesind / sie herten gleich under und widereinander selbst / oder andere / so der Stadt Jurisdiction underworffen wider sie zu klagen / ganz und allein haben und behalten / jedoch einige
Strit

Strittigkeiten welche von der Taxordnung
herkommen / außgeschieden / derentwegen
der Erb-Frey- und Reichs-Städte verordnete
zu Erkantnuß und Entscheidung / alten
Herkommen nach niedergesetzet werden sollen.
Was aber Criminalen Jurisdictionem
belangen thut / ist es folgender massen mit
solcher zuhalten / daß der Reichs Erb-Mars-
schall dieselbe über der Ständ oder deren Ges-
sandten / wie auch der frembden Botschafft-
ten Diener und Gesind / doch mit folgender
massen / haben / und zu exerciren berechti-
get seyn soll. Wann nemlich ein Delictum
allein zwischen gedachter Ständ oder Bots-
schafften Gesind sich begeben / dasselbe
von dem Reichs-Erb-Marschallen als
lein abgestraffet / auch zur Execution der
Leib und Lebens Straffen derselben Stadt
Diener / da die Reichs-Versammlung ist /
auff sein Reichs-Erb-Marschallē Kostē ge-
brauchet : da sich aber ein Fall zwischen er-
meldten der Ständ Gesandten oder Bots-
schafften Gesind und einem Bürger derselbe
Stadt / oder einem sich daselbst befundenen
Frembden und viel obgedachten Reichs-
Ständ Gesandten und Botschafften nicht
angewandten / zu trügen / und wieder der
Reichs

Reichs-Stand / oder dero Gesandten / wie auch frembden Botschafften Gesind / ders halben zu klagen / auch die Bürger oder bes meldte Frembde / als Principales Urheber oder Anfänger bey der Sachen nicht interessirt seyn / der Reichs-Erb-Marschall ers melter Stand Gesandten und Botschaffter Gesind / allein abzu straffen haben: Wo fern nechst-erwehnte Bürger und Frembde aber mit der Sachen als Principales Ver haffe / alsdann folgender Unterscheid gehalten werden ; Daß nemlich dann zumahl / wann eines Reichs-Stands Gesandten oder Botschafften Gesind mit einer Geld-Buß abzu straffen / solches gedachten Reichs-Erb-Marschallen zuberechtigen und zubüssen allein gebühren : Wann aber solcher delinquent mit der Relegation oder einer Corporis afflictiva poena anzusehen / wie auch sonst / wann der Reus der Städte Obrigkeit unterworffen / derselb und dessen Abstraffung der Stadt zustehen : und zwar diß in Notorischen-Fällen vereinträglich und also gehalten werden solle. Wann es aber / ob der Fall civil oder criminal, auch mit was Straffen der Verbrecher zubelegen sey / noch zweiffelich / und der Missethätig von der

der Reichs: Stünd Befanden oder Votts
 schafften Gesind ist / soll alsdann der Reichs
 Erb: Marschall die cognitionem deshal
 ben allein haben / jedoch förderst hierinnen
 nach denen jeden Orths / da die Reichs: Ver
 samlung ist / Statuen und Gewonheiten /
 oder in derer Ermanglung / den gemeinen
 beschriebenen Käyserl. Rechten erkennen und
 verhandeln: Unter dessen aber und diß sol
 che Cognition erfolget / der Verbrecher ohn
 verlängt in des Reichs: Erb: Marschallen
 Verhaffung geliefert uñ auffgehalte werde:
 Die Captur oder Verfassung der Verbre
 cher aber / in allen und jeden Criminal: Fäl
 len / ohn unterschied der Personen / entzwis
 schen dem Reichs: Erb: Marschallen und
 derselben Stadt gemein seyn: Und die pre
 vention doch also statt haben / daß wann ei
 ner in flagranti crimine von eines Thals
 hierzu verordneten Diener ergriffen / und
 beygefangen / derselbe / wie nächst obers
 meldt / dem Reichs: Erb: Marschallen ge
 lieffert / von Ihm die obgesetzte Erkantnuß
 förderlich gethan / und alsdann ferner / wie
 oblaut verfahren werden solle.

Confer Stranch *diff. Jur. Publ. III. 11. Schuz. V. rd.*
10. sb. 11. lit. b. aliosq; Comitiorum præsertim de-
scriptores.

V. Sed

V. Sed & in *Aula Casarea* eandem jurisdictionem habet supremus *Aulæ Mareschallus*, notante *Descriptore Status Ferdinandi II. c. 8. p. 76.* Conveniuntur quoque ipsi legati in *Judicio Aulico*, quemadmodum alii qui negotiorum suorum causa in *Aula* commorantur, tenenturque ordinationem hujus *Judicii* servare, de quo *Mauricinus diff. de Jud. Aul. lib. II. § 19.* testatur. Quamvis ne ad inferiora, *Imperatori*, ut *Archi Duci*, competentia, *judicia* trahantur, valde soleant cavere, quemadmodum *Ipsi Principes ac Status* intermonita ad perpetuam *Capitulationem* eo nomine obstringi *Cæsarem* voluerunt, hanc formula ad art. 41. post verba final. adjecta: **Und die so wohl der Stände Residenten und Agenten von unsern Lands-Regierungen und andern Gerichten und Beampten jurisdiction, auch so viel die assignation der Inventur, editiones der Testamenten/ Versorgung ihrer Kinder und deren tutel und dergleichen betriffe / weniger nicht von allen personal oneribus allerdinges befreyet seyn sollen.**

VI. In *Conventibus* autem *Pacificationum* vel *similibus* aliis, quibus plures intersunt legati plerumque cum *Magistratu loci* in certas *leges* conveniunt, super *exercitio jurisdictionis* in delinquentes, præsertim *suos domesticos*, quemadmodum *Neomagi* quoque *A. 1676.* *Mediatorum* opera eam *pactionis formulam* confectam novimus, ut si *adversus cives* contenderent, pote-

P p

itati

Stati Magistratus traderentur, sin vero ipsæ inter se familiæ Ambasciatorum mutuas haberent rixas, deditio aggressoris fieret parti læsæ. vid. *Diar. Europ. part. XXXIV. p. 75.*

VII. Pertinet deinde in hanc classem *immunitas à vectigalibus, tributis & oneribus loci alius*, quamvis iterum diversimode limitent, tum *legatorum*, tum *rerum* ratione. legatos enim hostium ab hoc privilegio exclusos dicit *Trentacinq. var. resol. tit. de jur. fisc. resol. 5. n. 20.* & in universum, ad eas tantum res, quas avehunt, non quas advehunt de propriis locis pertinere, *Rosenthalius* existimat, *de feudis c. 5. concl. 47. n. 2.* siquidem de his *Octaviarii* vectigal accipiant. vid. *Petr. de Vineis l. 5. epist. 115.* sed hi quidem videntur mihi id quod juris gentium est cum jure civili confundere, siquidem Imperatorum Romanorū rescriptis istæ determinationes restrictionesque factæ sunt, ut luculenter apparet ex *l. 8. C. de vectigalib.* Novimus alias subinde hoc jus dubium fuisse redditum, sicut apud *Hispanos*, A. 1669. Reginam, propter insignes abusus id tollere voluisse *Diario Europæo part. XXI. p. 32.* extat, sed valde repugnasse legatos *ibidem* quoque docemur. *Roma* A. 1674. idem tentatum est, sed cum graviter offendj legatos animadverteret Pontifex, remisit, de quo *Diar. Europ. XXXI. p. 48. 51. 53.* testatur. nisi quod A. 1677. denuo Pontificius Nuntius, ut Cæsarea Majestas id quod Romæ intenderetur, approbaret, *Viennæ*, sed frustra, petiisse legatur *Diar. Europ. part. XXXVI. p. 416. Batavos* A. 1633. similia

lia molientes, Gallicus legatus impedivit, ex quo nulla amplius ejus rei facta est mentio: atque indefatis puto apparebit juris gentium constitutio, quod civili legislatione abrogari non potuerit. In Imperio Nostris quoque tribuitur. De *Aula Casarea observantia* dubitari quidem posset, quod in *monitiis Principum ac Statuum communibus* ad Capit. Leopold. artic. 41. adhuc *petitur* legatur, daß der Churfürsten Fürsten und Stände Rätche/ Residenten/ Agenten/ sollicitanten und deren angehörige am Kaiserl. Hoff / von der Leib-steur / auch denen personal oneribus allerdingz zubefreyen. in *Comitiis* vero & *Statuum aulis* res clara est.

VIII. Illud certum est immunitatem à vectigalibus rebus solùm legati indulgam esse. Unde si ad alios pertinentia bona secum fert, illorum intuitu pari cum cæteris conditione est habendus. An vero cogi possit, ut scriptis vel alio modo declaret legatus se non nisi propriam secum habere supellectilem? Romæ A. 1678. mense Junio disceptatum est, inter Venetum legatum & publicanos, qui propterea res illius detinebant; sed nihilominus acriter restitit iste, quod ejusmodi declaratio in præjudicium legationis vergeret, nec ipse aliis legatis facto suo velet nocere. vid. *Diar. Europ. part. XXXIIX. p. 112.*

IX. Ex superioribus porro sequitur legatos nec per repressalias detineri, neque bona eorum mobilia & quæ proinde habentur, personæ accessio,

P p a

pigno -

pignoris causa, aut ad solutionem debiti capi, vel arrestari posse, quod *juris gentium* privilegium esse, traditur apud *Grotium de J. B. P. II, 18, 9.* & *Autorem des memoires p. 620.* ea quidem ampliatione, ut nec per judiciorum ordinem, nec, quod aliqui voluerunt, manu regia fieri possit ista detentio, sed & *jure civili* repetitum idem confirmatumque, uti ex *Berlichio p. 1. concl. 75. n. 26. Bechtio de securit. & salu. cond. concl. 178. Mevio de arrestis c. 8. n. 114. seqq. Carpzovio p. 1. C. 30. def. 10. n. 4.* aliisque constat, frustra *Jo. de Lignano* ad res pro legatione necessarias, quales sunt equi & vestes, restringente, nam nec in aliis secus est.

X. Unde si in Imperio ab aliquo Statuum arrestetur alterius Principis legatus, tanquam in facto omni jure prohibito, statim sine clausula *auff die vier Säll* mandatum in Camera adversus arrestantem petenti legato ejusve Principi decernendum censeo, præsertim cum inter istos quatuor casus, in quibus ejusmodi mandatum solet decerni, omnino etiam damnatum Republicæ illatum pertineat, vid. *E. G. D. p. 2. t. 25. R. I. de A. 1654. §. 79.* quod sane ex tali arrestatione non vane metuitur, & quoniam alias quoque novum non est, ut mandata sine clausula contra arresta vel repressalias decernantur, quo res vel persona detenta, præstita sufficiente cautione, judicio sisti & judicatum solvi, è vestigio relaxetur ac dimittatur, secundum dispositionem *R. J. Spirens. de A. 1570. §. Wann auch die Arresta. 84.* quare legato denegari possit, nulla appa-
ret

set ratio : quod autem exemplum illud attinget , quale ex *Gylmanno Tom. 3. Symphor. verb. legatus* solent probandæ contrariæ praxi afferre , quomente Maj. A. 1593, in causa *Rübenhoffen/legati Marchionis Badensis ad Comitissam Limpurgensem*, in *Gülch* arrestati, contra *Limpurg & Gülch* denegarunt Domini , quod quadam causæ cognitione heic opus sit , id. ex singularibus rerum circumstantiis alii factum dicunt , quæ ulterio-rem cognitionem postulaverint , alias si absolute intelligeretur , æquitati consentaneum non fuisse centent, vid. *Myler. de Princ. & Statib. Imp. 1, 19, 15. Besold. de legat. c. 5. n. 18.*

XI. Anne autem *jus Asyli in suis adibus* habeant legati , sicut existimantur multi , tam planum non est pronuntiare. Sunt enim qui asserunt, *jure gentium* id eis competere, in quorum numero *Hovvelius de legat. §. 4. & Autor des memoires. p. 216.* repertiuntur. Alii non esse *juris gentium*, sed si habeant, *ex inductu ac concessione ejus apud quem agunt legati*, pendere contendunt ; sicut *Grotium de I. B. P. II, 18, 8.* fecisse, constat. Cæteri *prorsus denegant* iisdem, quam sententiam profitetur *Paschalius c. 76.* qui tamen viderur mihi propter solum abusum heic subinde ingruentem usum rei improbare, sed id ab illis quoque qui legatis hoc jus tribuunt, satis præcavetur, ut multa cum prudentia exercent, ne domum suam faciant receptaculum latronum, quæ aperta solum esse debeat eis, qui infortunio aliquid commiserunt , non qui criminibus se polluerunt, prout

Pp 3

nempe

nampe in omnibus aſylis ſe res habet, docente *Grotio de I.B.P. II, 21, 5. Seldono ꝑ. N. & G. IV, 1.* hos enim & in ædibus legatorum quaeri poſſe ac auferri etiam ſolere à juſtitiæ miniſtris, exemplis oſtendit *Autor des memoires*. Certe ſi factum reſpicimus, negari nequit, repetiri exempla, quibus legatis hoc privilegium tribuatur, Romæ, ac alibi, ſi quoque ad acquisitionis titulum velimus attendere, videtur altiori quodam jure, quam nudo alterius Principis ſaductu conſulti, nam quæ hujus ſunt generis revocari iterum poſſunt, præſertim ſi ultra concedentis voluntatem extendantur, at talia non eſſe aſyla, ſi qua habeant ſecum legati, ſuperiori anno Romæ apparuit, cum enim ob ſeverius forte juris exercitiũ, à Veneto legato adveniente præterderet Pontifex, ut huic ædium ſuarum privilegio pro ſe & ſucceſſoribus renuntiaret, non ſolum contradixit legatus, ſed & reſtitit acriter Republica, declaravitque, ſe malle nullum in aſyla Romana habere legatum, quam hoc legationi connexum jus abdicare, ſicut *Diar. Entrop. part. XXXIX. p. 228. 229.* notatum eſt. Sed quicquid de his ſit, in Imperio tale quid receptum eſſe, vix credo. *Conf. Klock. T. I. Conf. 10. n. 315. ſeqq. 371.*

XII. Omnia hæc includi videntur in *Inviolabilitate & ſanctitate legatorum*, potiffima ſane eorum prærogativa, quæ ſicut originaliter ex mittentium ſanctitate repetenda eſt, uti præclare tradit *Boeclerus diſſ. de auſſ. reg. p. 208.* ita conſenſu populorum communi in partem juris gentium evaluat,

evaluit, ut frustra sibi invicem opponat *Her-
 nias Polit. l. 9. c. 8. n. 4.* quæ mutua virtute & in-
 discreta unitate in sui operis efficaciam conjun-
 guntur. quid enim frequentius est scriptoribus
 etiam veteribus, quam sanctimoniam hanc lega-
 torum ex auctoritate juris gentium derivare. vid.
Pomponius in l. ult. ff. de legat. plura loca conduxit
Græc. de l. B. P. II, 18, 6. & P. Faber. Semestr. l. 2. c. 1.
 Nostorum vero Sanctitas ex diverso descendit
 fonte: apud exteros sancti sunt *jure gentium*,
 quemadmodum supra ex *Ludolpho Hugano* di-
 ctum est, in Imperio vero insuper ex *L. Julia de
 vi publica*, vid. *L. 7. ff. ad L. Jul. de vi publ. Mevius
 ad Jus Lubec. l. 1. c. 1. a 10. n. ult. Beckius de secur. &
 salu. cond. ib. 176.* sed speciatim *Electores* etiã ex
Aurea-Bulla sanctione *c. l. s. 2. 2.* quo civibus Fran-
 cofurtensibus, si quando conventus ibi habent
 electorales, tutela illius sub pœna perjurii ban-
 nique imperialis injungitur, ita ut juramento
 quoque ipsi ad hoc se adstringere teneantur, cu-
 jus formula apud *Londorp. Cont. p. 8. l. 8. c. 224.*
 extat add. *Limn ad A. B. p. 175.* ejusdem rei cura
 in *Comitiis* communiter ad *Marescallum* pertinet,
 illiusq; officio continetur, ut non solum in plateis
 ab omni vi ac injuria tuti sint *Ordinum legati*,
 in quam rem excubiarum lustratio ipsi competit,
 sed, in *Senatu* quoque in possessione loci & voti
 defendantur. vid. *Arum. de Comit. c. 6. n. 83. & 86.*
 quod eo pertinet, si forte jussu *Principalis* sui li-
 berius loquerentur, quo presentium aliquis pos-
 set offendi, ne injuriis sive realibus sive verbali-
 bus

bus impeterentur illi, quare cum novissimo Electorali cōventu, publico aliquando confesso, tam religibile id non observatum, querebantur aliqui, peculiari pr̄terea decreto Collegium Electorale constituit, ut si imposterū, iisdē aliisve quibuscunq; electoralibus, collegialibus, aut universalibus Imperii Comitibus, Elector quispiam horum aliquid auderet, jure sessionis & suffragii in isto Cōventu penitus privaretur. Legatus vero mandato Domini injuriis verbis factisque alterum lacessens, non solum ratione sua persona excluderetur, nec amplius admitteretur in Collegium, sed Dominus mandans, quare pro ista vice voti jure caderet, ac si propria persona id commisisset, quod si proprio ausu & injussus idem fecerit legatus, severiori poena iuxta Bulla aurea tenorem subiceretur. uti amplius docet exemplum apud Londorp. Cons. p. 8. l. 8. c. 221.

XIII. Solent & alia subinde legatis dari, quae vero ex solo civilitatis studio proficiscuntur, ac inter privilegia juris gentium referri minime possunt. An autem isthaec etiam ad secundi Ordinis legatos & Residentes pertineant, quaeri posset: existimavit Anonymus Scriptor, qui nuper *Triginta discursuum ad Remp. spectantium* edere voluit, quendam honoris & securitatis gradum his, non uti juris gentium, sed in gratiam Dominorum suorum ex mere beneplacito eorum ad quem missi sunt, exhiberi ac concedi, eandem tere sententiā tuebatur Curia Hollandica, in disceptatione cum Residente Svecico Spiringio A. 1644. habita, quam ex *Autore dea. memoires* ante nominavimus, ac si tantum

tantum illis, qui Ambassadorum caractere præfulgent ea tribuerentur, sed id forte temporis causa dictum est; nam in controversia cum altero Regis Sueciæ Residente, Appelbomio A. 1657. aliter sentiebant, cum enim iudicium super hujus literis interceptis sibi sumere volentibus Statibus Hollandicis, respondisset Rex, *solum Sæcuius Regis iudicia rationem eum reddere posse*, Ipsi postea facti sunt, *se nihil valuisse agere, unde videri queant voluisse sibi arrogare qualomacunque jurisdictionem, vel qualoscunque iudicis partes assumere in Residentem Regium, integram causam ad Tribunal Regis se deferre.* vid. *Londor. Cont. p. 8. l. 8. c. 93.* & sane antea jam d. 29. Mart. 1651. decretum sive resolutionem, ut vacant, qualem initio libelli sui exhibuisse *Antorem des memoires* supra diximus, in eam rem fecerunt, quâ multa sollicitudine *Ambasciatares, Residentes, Agentes & quoscunque alios, publicos Ministros* in communionem sanctitatis, inviolabilitatis securitatisque, jure gentium tributæ, composuerunt, suisque subditis, ne ullo prorsus modo adversus eandem quicquam auderent *severius mandarunt, sub pœna corporali, transgressoribus, utpote juris gentium violatoribus ac perturbatoribus publica quietis inferenda.* Habemus quoq; memorabile præjudicium A. 1614. in Gallis observatum, cum enim Alardum, quem qualitate *Agentis* vestitum, ad Governatorem Delphinatus, Mareschallum de Lesdigvieres, miserat Sabaudix Dux, ob latrocinium iussu

ejus à domesticis commissum, absente Mareschal-
lo in carcerem deduxerat Parliamentum Gratia-
nopolitanum, ille reversus illico ex carcere Agen-
tem non solum liberavit, sed & valde exprobra-
vit Parlamento imprudenciam istam, quâ *contra*
gentium jus egerint in persona Alardi, quod non
ignoraverint esse Agentem Ducis Sabaudie, cui
ista oporteret haberi reverentia, ut ne quicquam in
Ministrum liceat, sine Ejus consensu, & quod ma-
xime notandum, Ipse Galliarum Rex quod à
Mareschallo factum est, *solemni declaratione ap-*
probavit, quæ in Parlamento quoque Gratiano-
politano d. 8. April. 1615. fuit confirmata, erat Alar-
dus tantummodo Agens, nec literas credentia-
les ad Regem tulerat, ut adeo in dubium vocari
eidem potuisset publicus Character, fieri insuper
jussit latrocinium, & nihilominus Mareschallus
sivit eum gaudere privilegio juris gentium, ob
tationem generalem, quâ nullus Minister præ-
ter Principis sui aliam jurisdictionem agnosceret.
Atque ita etiam *Strachius noster diff. Jur. Publ.*
XII, 2. judicat, cum Henrico Br. Duci, capto
superiori seculo à Landgravio scriba, quem lega-
tum ille vocaverat, & propterea contra jus gen-
tium sibi factam injuriã autumaverat, *Nuncius*
illum non *legatum* fuisse opponeretur, quod *dis-*
ferentia, quæ inter legatum & nuntium alias
obtinet, *quod ad juris gentium sanctitatem, exi-*
gua esse videatur. Quare asserere nihil dubito, ra-
tione jurium characteri repræsentatio connexo-
rum, Ambasciatores à secundi Ordinis legatis
maxi-

maximopere differre, quoad privilegia juris gentium pares fere esse, id quod *Autor des memoires*, p. 55. 59. 138. 539. & pluribus aliis locis amplius defendit.

XIV. Sed adversus hanc sententiam magnam partem Jurorum, argumento l. 4. inf. C. de commercio. pugnare, *Sprengerus Instit. Jur. publ. l. 2. c. 8. p. 217.* observat, unde privilegia cæterorum legatorum saltem ad *Residentes* applicari non posse, evincte conantur, sed ut sileam alia, quare non magni habenda sunt, hoc quidem loco, judicia illa, etiam quam miserum sit argumentum ex nominata lege petita, vel leviter inspicienti apparebit. Est ea Constitutio Honorii & Theodosii Imperatorum, qui circa finem seculi quarti imperio præerant, quasi ab eo tempore quicquam ad illustrationem rei nuper demum introductione exitus posset conduci. Jubetur vero ne mercatores cum Persis præcipue ac vicissim extra loca ibidem statuta commercia exerceant, sub pena confiscationis spectentur, quæ præter ea loca fuerint venundatæ vel comparatæ, exiliique sempiterni, additur postea exceptio in his, qui legatorum Persarum iter comitari merces duxerint commutandas, quibus *legationis intuitu* extra præfinita etiam loca mercandi copia non negatur, ita tamen ut privilegium solum duret quantum *inter comites legati* revera consentur, si enim quis sub specie legationis diutius in qualibet provincia resideat, nec legati reditum ad propria comitetur, hunc, tanquam insistentem mercatorum,

turæ, non immerito una cum quibus contraxerit, seu resederit, pœna illius constitutionis persequatur, ex manifestâ ratione, quia omnia jura & privilegia legationis comitibus legati non nisi accessoriè competunt, hoc est, quatenus cum eodem sunt connexi, uti *Grotius de J. B. P. II, 18, §. docuit*, quæ heic cessat. Loquitur itaque lex ista de comitibus legati, qui tempore legationis durantis merces commutant, postea legatum relinquentes diutius in Provincia resident, mercaturæ exercendæ gratia, cum jam domum redierat legatus, quique adeo nunc amittant privilegia, quæ, cum legatum revera comitarentur, haberunt, mire autem sapere eum dixerim, qui Residentibus cæterorum legatorum privilegia non comperere, idonea collectione exinde potest concludere. Ne de acriori censura conqueri quis possit, liberaliores erimus in cognoscendo. Vis argumenti eorum, si quid capio, in hoc consistit, quemadmodum comites legati privilegia intuitu legationis ipsis competentiâ amittunt, si diutius in eadem resident provincia, ita propter analogiam rationis idem ad legatos Residentes amplius posse extendi. Sed falso nititur fundamento antecedens, non enim illi comites adeo quod diutius in Provincia resederint, sed quod legatum ad propria redeuntem deseruerint, adeoque postmodum fuerint extra legationem, amittunt privilegia, quæ intuitu legationis ipsis competeabant, ne dicam à comitibus ad ipsum legatum argumentum peti valde debile, cum

cum hic jure gentium privilegiatus sit jure proprio, illi non nisi accessorio, & ad voluntatem legati restricto, ut dicere cepimus. Aliter ad h. l. respondent *Schubaricus* apud *Arumaeum* V. 1. *Jur. Publ. disc.* 29. *th.* 4. & *Besoldus de legat. c.* 2. §. 11.

XV. Sed non tantum *exteros*, verum *patriam* quoque suam respiciunt legatorum privilegia; cum enim etiam inter hostium tela sancti sint, indignum foret nulla apud suos à quibus & in quorum mittuntur utilitatem, eis statui beneficia, qualia ex *jure civili* Nostri quoque competunt. Ex quorum numero (1.) est, quod *tempore legationis non teneantur domi respondere in judiciis*, sed illud tempus eis profit. *l.* 5. *pr.* *l.* 11. §. 1. *ff. de legat. l.* 26. & *l.* 24. *fin. de jud.* adeo, ut si mittens interea legatum ad respondendum cogere, vel adversus ipsum promuntiare velit, legatus in Camera Imperiali *mandatum de non gravando contra jura legatorum* S. C. obtinere possit. quam in re ipsa præjudicium habemus d. Mart. 1661. in causa *Seeb. H. B. Erben* und in specie V. G. Syndici & p. t. in Angliam Ablegati, contra *Herrn Bürgermeister* und *Rath der Stadt N.* apud *Jacob. Blum Supplicat. Camer. tit.* 18. n. 10

XVI. *Habent* (2.) *jus revocandi domum*, ut non possint alibi in jus vocari, *l.* 2 §. 3. *l.* 24. *de jud. l.* 28. §. f. *ex quib. caus. maj. c. fin. X. de for. compet.* ubi varias tamen restrictiones adducunt Dd. vid. *Cujac.* 13. *obs.* 17. *Berlich.* p. 1. *concl.* 77. n. 8. *Coler. P. E.* p. 2. c. 3. n. 192. *Busius ad l.* 8. *ff. de jud.* an autem ab hoc jure excludantur legati Statuum ad Exteros, seu

seu aliam Remp. Romano Imperio non incorporatam, missi? existimat *Muhlpsortius Diss. de jur. revoc. dom. th. 20.* quod jus revocandi dom. non obliget eos qui extra Rom. Imp. sunt. Verum id tantum sequitur, ex privilegio juris mere civilis, in cujus communionem exteri non trahuntur, nostros illic asserere sibi non posse, quod possunt, si inter Status invicem mittuntur: quoniam tamen non civilis solum juris est, sed & in gentium jure fundamentum habet, quatenus legatus ab omni aliena jurisdictione exemptus est, nec præter Domini aliam agnoscit, non video, cur ad Imperium Romanum usum hujus privilegii velimus restringere, etsi petendi causa utrobique non eadem sit prorsus. Quod (3.) si ante legationem susceptam negotium illis sit motum, etiam absentes defendi debent. de quo l. 2. ff. cum qui appellat. l. 16. §. 2. de legat.

XVII. Si autem (4.) propter absentiam laesi sint, restituntur in integrum ex eo capite, ex quo restituntur absentes *Reipublica causa.* vid. l. 8. ff. ex quib. causis maj. l. 1. §. 2. C. od. cujus juris ratio ex l. 140. de R. I. colligi potest. nominatim vero ad legatos Statuum ad Comitium Deputatos ad Conventus Circulares ac provinciales applicat *Lantersbach. Conclus. forens. Exerc. 13. th. 4. add. Maurer. de restit. in integr. c. 422.* (5.) summi proficiscenti danti, ante reditum defuncto legato ejusque hereditibus cedunt, nec restitutio exigenda l. 10. §. 1. de legat. vid. *Garl. 1. obs. 44. n. 12. Mevius ad Jus Lubec. l. 1. §. 1. n. 10. n. 27.* sicut etiam, si quid in legati verbum

ant

aut funus impensum est, heredibus refunditur. Cacheran. decis. 46. Quod si (6.) in itinere per casum fortuitum vel à predonibus, damnum illatum est legato, id est, secus ac in mandato privato. l. 26. §. 6. mand. resarciendum est. Cravett. cons. 525. quanquam Accursius curialiter magis, quam ex juris necessitate restitui talia existimet, quod aliis non placet. v. Befold. de legat. c. 6. th. 3. ut ut eam admittant limitationem, cessare restitutionis necessitatem, si legati culpa intervenorit similiter (7.) Salarium legato domi currere non desinit per jura & Doctores allegatos Mylero de Princeps & Stat. Imp. p. 1. c. 19. n. 16, 17. Referunt huc etiam aliqui (8.) Jus gestandi gladii, dum, jure nostro privatis regulariter armorum usu prohibito, per modum privilegii sit, quod legatis liceat, sicut videmus apud Taborem Armament. Justin. c. 3. §. 10. quamvis, cum hodie sibi fere quilibet armorum gestationem sumat, eximium non esse ipse fateatur. Sed & aliàs exceptiones suas id patitur, tam apud Exteros, contrariis consuetudinibus, sicut de Molcovia Olearius in Itinera-rio Persico: de Turcia Adamus Wehnerus Itiner. Constantinop. testantur: quam in Imperia, siquidem ex superioribus notum est, in Senatu Comiti-orum cum gladio comparere legatis non licere, & Electorales quoque cum tota familia, tempore electionis Imperatoris, in templo inermes assistere Aurea Bulla c. 2. §. 1. jubentur, cujus rei rationem inquisivit Tabor. d. l. D. 4. §. 1. §. 3. Illud dubio caret, quod legatis heic licet, ad dome-
sticos

sticos quoque pertinere, nisi peculiaribus pactio-
nibus aliud constitutum sit, quemadmodum
superiori anno inter legatos Conventu Neoma-
giensi congregatos, occasione dimicationis
inter Gallicos Hispanicosque Ministros ortæ, ne
quisquam ex legatorum famulis arma qualia-
cunque, sed solum chirothecas in posterum
ferret, conventum esse, *Diario Europæo part.*
XXX/IX. p. 389. dõcemur.

XVIII. Alia hujus generis plura conduxerunt qui argumentum hoc excolere aggressi sunt, ut & Interpretes ad *titulos ff. Et C. de legationib.* ad quos lectorem remittimus. Quamvis enim quæ in jure nostro de privilegiis legatorum disposita leguntur, primario ad municipales pertineant, nihil tamen prohibet, quo minus ad Statuum legatos debito modo possint referri, cum ex scriptoribus plurimi, & inter illos nominatim *Albericus Gentilis de legat. 11, 22. ac Advoc. Hisp. l. 1. c. 18.* pleraque etiam à Principe nullum superiorem recognoscente missis apta judicaverit, qui tamen solo alias gentium jure regi dicuntur, ubi Nostri præter hoc, civilis quoque juris auctoritatem, saltem in Imperio, agnoscunt.

XIX. Fruuntur autem his privilegiis ex quo legati creati sunt, non demùm ex quo advenerunt, per *l. legato. §. ff. de legat.* nisi quod in legatis ad Comititia aliud obtinere quidam credant, inducti Comitiorum A. 1603. habitorum præxi, quibus Electorum Principum ac Statuum legatos, pro legatis habere noluerit Senatus Ratisbonensis

bonensis, priusquam advenerit Cæsareus Commissarius adeoque initium Comitiorum factum fuerit, sane iisdem antea in templo cedere noluisse Senatam, ac pro vino, cerevisia aliisque emtis alimentis, æque ac Crves, tributa solvere debuisse legatos, *acta* docent, quorum *excerpta* apud *Arumæum de Comit. c. 6. n. 60. & Schuzium V. 1. D. 10. th. 11. lit. b.* reperiuntur: quanquam non sine contradictione factum fuisse, vicissim constat.

XX. Quamdiu autem durent concessa ista legatis privilegia, iterum diversimode tradunt Dd. plurimi non ultra extendunt, quam quoad apud Principem, ad quem missus est, negotium perfecit, quod si diutius postea subsistat, iisdem non gaudere, putant, quia finita causa privilegii finiatur privilegium ipsum: unde cautelam suppeditant legato, ne post consummatam legationem, in loco legationis, aliisque per quas reditum suum instituit, diu moretur, cum in remeatione non gaudeat privilegiis legatorum, *Bartolus, Baldus, Salicetus aliique in l. mercatores. C. de commerc. Zasius Cons. 20. n. 8. lib. 1.* Aliis secus videtur, qui per totum tempus donec est in via, denegari non posse legato, dicunt, ita *Innocentius in c. fin. n. 2. vers. item quæ ratione X. de for. compet.* quem præter cæteros sequitur *Coler. P. E. p. 2. c. 3. n. 193. & p. 4. c. 1. n. 220.* Nec absurdi sunt, qui amplius extendunt, quoad nimirum renuntiatio legationis est facta, quam sententiam tuetur *Kirchnerus de legat. 11, 10, 22, 23.* nisi malis ipsorum

psorum privilegiorum causas secernere, quorum aliud citius pereat, aliud longius vim suam possit exserere.

CAPUT. XXII.

De Oneribus eorundem

Legatorum.

- I. *Electores legati in mensa Domini sui non sedent.*
- II. *Secularium nec curialia officia loco domini expediunt, sed subofficialibus, eorumque absentia ordinariis Imperat. aula officialibus, una cum annexis fructibus tenentur relinquere.*
- III. *Qualis heic inter subofficiales & officiales anticostis fuerit.*
- IV. *Ecclesiasticorum legati in quibus dominorum personam non sustineant.*
- V. *Evangelicorum Statuum legatis exercitium religionis in aula Casarea non conceditur.*
- VI. *Legati Statuum, exceptis electoralibus, in Civitate qua electio Imperatoria habetur, tempore electionis nulli tolerantur.*
- VII. *Tenentur legationis munus suscipere etiam inuiti.*
- VIII. *Et de male gestis gravissimam reddere rationem.*
- IX. *Desertores legationis quâ poenâ afficiantur.*
- X. *Male huc referunt, quod munera legati accipere non possint.*
- XI. *Et forte id, quod ex morientium in aula Casarea Statuum legatorum hereditate Marchallus sibi retineat tricientem.*

XII.

XXII. Interdum peculiaria certis locis sunt onera legatorum.

I. **I**Nter *Onera* legatorum, quædam propria sunt aliquibus, quædam cæteris quoq; *Communia*. Et propria quidem vel certum *Collegium*, *Electoralium*, *Principalium*, *Civitatenſium*, vel certum *Ordinem*, *Evangelicorum* aut *Catholicorum*, concernunt. Prioris generis sunt præter superius paſſim notata, quæ in *Electoralibus* obſervamus, quod quoad *labores* in Comitibus *Electoralibus* ubique *Dominum* repræſentent, quoad *honores* non item, ut ut enim primo, mittentis loco, juxta mandatum, quidem admittantur, in curia tamen ſolenni *in menſa domini ſui non ſedent*, diſerta *Aurea Bulla* diſpoſitione c. 25. §. *ult.* cum id *moris* inſuper eſſe notet *Sprengerus Inſtit. Jur. publ. l. 1. c. 29. p. 188.* ut abſentium *Electorum* menſæ *credentias* quidem habeant, ſed ſtrata tamen non ſint, ac in ſingulis tres patinæ clauſæ ponantur. Conf. *Limn. ad A. B. c. 28. §. 6. obſ. 4.* quid A. 1653. in electione *Ferdinandi IV.* circa poſitionem menſæ *Electoris Brandeburgici* prætenderint legati *Ejuſdem*, ex *formula proteſtationis* ideo *Cæſareæ* *Majeſtati* exhibitæ, quam præter *Londorpiam* exhibit *Limnaus T. 2. Add. III. 7, 74.* cognoſci poteſt.

II. Deinde *ſecularium* *Electorum* legati nec *curialia officia*, de quibus *A. B. c. 4. ſin. c. 25.* prolixius agitur, loco *Domini* expediunt, ſed *ſubofficialibus*, den *Erbämptern* / horumque abſentia, *Ordinariis* *Imperatoris aulæ Officialibus*.

Noffāmpertn / una cum fructibus annexis, quales
 sunt equi, scutellæ, scyphi, pelvis, aliaque qui-
 bus in exercendo munere utuntur, tenentur relin-
 quere, sicut *d. c. 25. §. 6. A. B.* reperitur constitu-
 tum. add. *Stranch. Diff. Jur publ III, 12. Limm. 7.*
P. III, 7, 74. Quanquam hæc res difficultate
 non caret, nam superiori seculo jam protestantes
 Principes in Conventu Suinfurtenfi capitibus ju-
 ra Imperii complexis id annumerarunt, petie-
 rūtque ut ne *Cesar vel Romanorum Rex in Italia,*
Gallia, caterisve locis electorum insignia præferri,
nec officia sinat exerceri, nisi per electores aut eorum
legatos. Et quamvis insecutis temporibus sub-
 officiales munia ista exercuerint, non tamen sine
 contradictione Electoralium legatorum factum
 esse, ostendunt exempla, qualia *Arumans, Bux-*
torfius, Dietericus alii que in Commentariis suis
 ad præscripta Aureæ Bullæ loca conduxerunt.
 Exiltimavit *Schuzius V. 1. D. 7. th. 25. lit. a.* distin-
 ctione rem posse componi, si dicamus, suboffi-
 cialium opera administrari ea tantum quæ præ-
 cise ad officia ea pertineant, iisque naturaliter co-
 hæreant: in reliquis autem, quo & *prælationem*
in signium Imperialium refert, legatos succedere,
 à qua sententia non multum abest *Dietericus.*
 Verum in libello protestantium Principum ut-
 trumque caput, & insignium prælationem, &
 administrationem officiorum, conjungi vide-
 mus, ut utriusque eadem videatur ratio, quin et-
 iam in posteriori aliquando saltem concurrisse
 legatos Electorales cum subofficialibus, vel ex-
 emplum

emplum in electione Ferdinandi II. observatum, docet, ibi enim in solenni curia Officium Electoris Saxonie quidem Mareschallum Hæreditarium, sed Brandenburgici & Palatini, aliquem ex legatis eorum peregrisse, *Theatro Europæ part. 1. p. 172.* notatum est. Posset aliquis opinari, olim dubitationes istas valuisse, nunc esse expeditas, ex quo visi sint Electores renuntiasse prætensionibus, quâ legatis suis antea asseruerint ista munia, nam in *Concluso super Sessione & præcedentia Electorum* superioribus Comitibus confecto, quale aliquoties nominavimus, s. Doch mit dieser maß. dilerte farentur Ipsi: **Wosern die Herrn Churfürsten nicht alle in Person zugegen / daß also dann die insignia nicht durch Ihre Gesandten / sondern durch die Erb-Aempter / oder die es in ihrem Abwesen zuverrichten haben / und zwar so lange prælatio insignium wehret / in der Stell und Ordnung / in welcher ihre Principalen die Churfürsten selbst / da Sie zu gegen weren / zu reiten oder zu gehen hetten / vorge tragen werden sollen.** idem fere repetitum in des Churfürstl. Collegii Gutachten über den Chur-Pfälzischen Postulatis ratione des Erbs Ampts / apud *Londorp. Cent. p. VII. l. 6. c. 369.* ubi *observantia quoque in subsidium vocatur, es wäre dem Herkommen gemäß.* nisi quod Brandenburgici adhuc repugnauerint, quemadmodum sæpius ac nuper demum luculento specimine.

A. 1653. apparuit, in coronatione Ferdinandi IV. Roman. Regis, quamvis enim cum cæterorum Electorum subofficiales officia expedire, sibi que retinere cernerent *instrumenta*, ordinis gratia & ne confusio oriretur, istâ vice concesserint, ut similiter Sub Camerarius Domini sui munia expleret, *jus* tamen, quo, ob haud interruptam *observantiam*, & cum Comite Hohenzollerano superiori tempore *transactionem* initam, legatis Electoralibus ea res deberetur, constanter asseruerunt, addita quoque *protestatione*, ne ille actus in præjudicium suum valeret, cujus formula apud *Londorp. Cont. p. VII. l. 6. c. 128.* reperitur, ut propterea litem *adhuc indecisam* dicat *Conringius de Officialib. Imp. th. 19.* quamvis eandem pro *Vicariis observantia decisam* existimaverit *Carpzovius ad E. Reg. c. 10. s. 6. n. 18.* Vid. prolixius *Limnius ad A. B. d. t. obs. 20. 21. seqq.*

III. Sed & inter Subofficiales & Officiales ordinarios, super hâc re controversia est exorta, ut enim *Bulla Aurea c. 25. §. 6.* constitutum, ut si ipsi Subofficiales vel eorum aliqui à curia regali se duxerint absentandos ex tunc Imperialis vel Regalis curia Ministri quotidiani, vice absentium, puta, quilibet in loco ejus absentis, cui in vocabulo seu officio communicat, sicut gerit officium, sic tolleret in præmissis & fructum, nihilominus temporis processu in actibus solennibus Cæsareâ aulâ habitis, Ordinarii officiales præ subofficialibus, etiam præsentibus locum ac fructus contenderunt, his maxime repugnantibus, ita ut varia quoque

decreta

decreta Imperatoria interposita sint, quemad-
modum amplius apparet ex Consultatione de pre-
cedentia & jure der Erbämpter und Hoffämpter
in Conventu Electorali Ratisbonensi A. 1623. ex-
hibita, quam Londorpium Act. publ. T. 2. l. 6. c. 192.
refert, Besoldus dissertationi Politico - Juridica de
Præcedentia & Sessionis prerogativa c. ult. n. 4. Li-
mannus Juri publico III, 7, 75. aliique suis Com-
mentariis inseruerunt. Videtur tamen suboffi-
cialibus satis prospectum esse Capitulationibus
Imperatorum, Ferdinandi II. art. 41. Ferdin. III.
art. 48. Ferdin. IV. art. 46. & imprimis Leopoldi I.
art. 46. quo diserte promittit Imperator, Die
Verfügung zuthun / wenn der Churfürsten
Amptsverweser und Erbämpter bey Unserm
Käyserl. Hoff begriffen / daß dieselbe jederzeit /
und insonderheit / wann und so oft wir auff
Reichs, Wahl, und andern dergleichen
Tügen Unsern Käyserl. Hoff begehen / oder
Sachen vorkommen / darzu die Erbämpter zu
gebrauchen seyn / in gebührendem Respect hal-
ten / und Ihnen von Unsern Hoffämptern kei-
nes Wegs vor- oder ein- greiffen / oder da je wes-
gen Abwesenheit ihre Stellen mit berührten
Unsern Hoffämptern jeweilen ersetzt werden sol-
len / wollen wir doch / daß Ihnen den Chur-
fürstl. Amptsverwesern und Erbämptern ei-
nen weg als den andern die von solchen Verri- ch-
tungen fallende Nusbarkeiten wenigens nicht /

als ob Sie dieselben selbst verrichtet und bedienet / ohnweigerlich gefolget und gelassen / und nicht / wie bis anhero geschchen / von den Hoffämptern entzogen / auch Unserm Hoffmarschall in seinem zukommenden und von dem Erzmarschall = Ampt dependirenden Ampts-Verrichtungen / durch Unsere Landes-Regierung oder andere / kein Eintrag oder Hinderung gemacht werde.

IV. Ecclesiasticorum quoq; Electorum, quamvis nulli sint hæreditarii subofficiales, (nam quod Cancellarium Imperii Archi-Cancellariis subordinatum dicunt, alterius generis est) absentium tamen legati non ubique admittuntur, sicut nec in *elevatione Imperatoris*, nec in *benedictione ante mensam*, nec in universum, in illis *quæ ordinis sunt*, Dominorum suorum personam iustinent, sed à præsentibus solum, si duo sint, aut uno etiam, ista expediuntur, per *A.B.c. 23. conf. Limn. ad A.B.c. 27. §. 2. obs. 3. Sprenger. Instit. Jur. publ. p. 172. quin & sigillorum ac tipariorum gestatio* legatis non potest comitti, sed proximus Collegarum ea quoque in re locum habet, jubente *A.B. c. 25. §. ingressa. 2.*

V. Inter specimina onerum, legatis certi Statuum ordinis ferendorum, pono, *quod legatis Evangelicorum Statuum exercitium religionis in aula Casarea non concedatur*, nam id videtur juris communis esse, ut in aulis diversæ religionis, sua exercitium relinquatur legato, quod in Gallia, Polo-

Polonia, alibi, Suecicis cæterisque Protestantibus non denegatur, nam & in Polonia A. 1674. legationi Brandenburgicæ, in loco prope templum primarium sito, quo plurima Sacerdotum pars habitaverat, idem fuisse indultum, *Diario Europ. part. XXXI p. 161.* notatur. equidem *circumscribi potest usus hujus juris*, ab eo qui cum summa potestate in Republ. præest, ut ne præter legati comites ac domesticos ejusmodi cultui religioso alii intersint, sicut iterum in Polonia factum vidimus A. 1665. cum sacris Suecicæ legationis & administrationi quoque sacramentorum incolarum plures accederent, pœnâ centorum Ducatorum sancitâ, vid. *Diar. Europ. part. XII. p. 505.* utut apud Batavos ex subditis Catholici in ædibus legatorum exercitium religionis liberum habeant; potest quoque *modus determinari*, & sufficit si privatæ ædes hoc fine sint concessæ, neque templum ideo dare quis teneretur, quod, cum Neomagi nuper Jesuita quidam, Catholicorum nomine, peteret, salva legatorum reverentia, potuit denegari, de quo *Diar. Europ. p. XXXV. p. 45.* constat; sed à negatione modi ad rem ipsam negandam non valet argumentum. Est quidem eo nomine superioribus Comitibus d. 8. Maj. 1654. Cæsari exhibitum *Memoriale à Statuum Evangelicorum legatis*, quo petebatur:

**Daß Se. Kays. Majestät geruhen möcht
ten/nicht allein dero / der Augspurgischen
Confession Verwandten Reichs-Hoff-
Daß 5 Rätbel**

Räthen/sondern auch dero Chur- Fürsten und Stände an Ihro Käyserl. Majestät Hoff-lager anwesenden und dahin schießenden Gesandten / Residenten und Agenten / sammt allen dero angehörigen / auch dero Wittwen und Wäysen / das exercitium Religion. August. Confessionis zugönnen und frey zulassen:

Sed ea per Isaacum Volmarum, Consiliarum Caesareum, *declaratio* d. 14. ejusd. mensis facta est: Was das Petitura wegen Verstattung des freyen Religions- Exercitii der A. E. Verwandten Reichs- Hoff- Räthen / Agenten und Residenten anbetreffe / lieffen Se. Käyserl. Majestät allergnädigst zu / thätens auch noch / daß außserhalb an dergleichen Orten dieselben sich begeben möchten / dannenhero Se. R. M. nicht hoffen wolten / daß ein weiters sollte gesucht werden / ein mehrers könten / wolten und würden dieselbe nicht concediren und zugeben. nec ultra, quantum mihi constat, est obtentum, ut eandem rem, non solum mox alio *Memoriali*, d. 16. ejusd. mensis confecto, repetierint, sicut exempla docent, apud *Londorp. Cont. p. VII. l. 6. c. 619. § 625. ac Aut. der Grundv. p. 3. c. 8. p. 300.* relata, sed & inter *monita* ad conceptionem non solum *perpetua*, sed & *Leopoldina Capitulationis* oblata, nominatim *art. 40. § 41.* *solemniori formula*

mula retulerint Isti, daß der fünfftige Römische
 Käyser unweigerlich verstatte / daß die Reichs
 Hoff-Räth/ ingleichen der Churfürsten / Fürs-
 ten und Stände Residenten/Agenten/Sollici-
 tanten / und sonst anwesende Gesandten Räs-
 the und Diener / auch dero Weiber / Wittiben
 und Gesinde/das Exercitium ihrer Religion,
 am Käyserlichen Hoff und jederzeit befindli-
 chen Käyserlichen Hofflager haben / zur In-
 formation ihrer Kinder Præceptores, auch
 zu Predigen und Administrirung der H. Sac-
 ramenten / wie auch Copulationen und Bes-
 gräbnussen kein Einhalt/ Verbott/oder sonst
 Hinderung geschehen/zu obgedachten Begräb-
 nussen aber ein ehrlicher und bequemer Orth
 angewiesen/ auch diejenigen/so unter obberüh-
 rten Personen sich vom Käyserl. Hoff/oder an-
 derstwohin begeben wollen / keines wegcs ange-
 halten / sondern frey / sicher und ungehindert
 auch ohne Abzug und andern Entgelt / und
 Vorenthalt ihrer Haab un Güter fortgelassen/
 und ihnen/auff begehren / zu dem Ende gehörig-
 e Paß-Brieffe unweigerlich ertheilt werden
 sollen. apparuit enim hoc inter ea hactenus
 fuisse Capita, quæ ipsis Capitulationis formulis
 non sunt inserta sed & cum nuper in Hungaria
 Evangelicis suæ religionis exercitium denegare-
 tur,

tur, hoc jus quoque legatis antea tributum, fere interversum esset, nisi A. 1675. d. 20. Decembr. peculiari decreto Cæsareo cujus exemplum *Diaris Europ. part. XXXII. p. 326.* extat, fuisset restitutum, concessio denuo in proxima Hungariæ civitate exercitio, pro solis Consiliariis aulicis, Ablegatis, Residentibus & Agentibus Statuum.

VI. In hâc quoque classe refero quod *tempore electionis Cæsareæ, in civitate qua eadem peragitur, præter Electorales, & qui in ipsorum sunt comitatibus aliorum Principum & Statuum legati nulli tolerentur, aut si qui antea adsint, post illorum adventum teneantur exire,* cujus rei procuratio Senatui Francofurtensi sub gravi pœna injuncta est *Aur. Bull. c. 1. §. 1. vers. cives insuper.* Quamvis hoc non solum ad Nostrum sed & *Exteros* quoscunque legatos, ipsos etiam *Principes Imperii* pertineat, de quo tamen utrosque conquestos novimus, sicut de his testatur epistola apud *Londorp. Act. publ. T. 1. p. 103.* de Illis vero, literæ legatorum Gallorum A. 1519. ad Electores perscriptæ, in *Goldast. part. 1. Polit. Reichs. Händel. tit. 20.* An vero idem valeat si quando in loco, electioni destinato, jam Comitiam habeantur, dubitari posset, argumento superioris electionis Ferdinandi IV. A. 1653. cum enim illo tempore Ratisbonæ Comitiam haberentur, Electores, Regem Romanorum electuri, Augustam Vindelicorum se ipsos conferre, quam ut cederent, Statuum legatos jubere, maluerunt: verum *Civilitatis* id fuisse non *necessitatis*, respondit *Limnaus ad A. B. d. 1. obs. 15.*
& po-

& poterant validæ subesse rationes, quare rigorem juristum remiserint Electores, cujus rei specimen in novissima quoque electione Leopoldina A. 1657. vidimus. cum jam in Conventu Deputationis, Francofurti habito, plures Exterorum æque ac Germaniæ Principum legati adessent, quos omnes invitos expellere grave videbatur, æquidem d. 12. 22. Jun. per Marschallum Hereditarium significari iisdem curantur Electores, quid Aureæ Bullæ leges exigent, certis tamen rationibus se nunc indulgere velle, ut manere possint, quoad rursus indicaretur, ut exeant, eo vero casu sponte legibus fundamentalibus pareant, ac alio se conferant, sicut patet ex formula decreti, quod præter *Londorp. Contin. p. 8. l. 8. c. 225.* exhibet *Pastorius Teutsch. Flor. p. 549.* sed & postea illis manendi licentiâ concessa est, ne autem in præjudicium Aureæ Bullæ vergere possit, certis desuper reversalibus decretoque Collegii Electoralis cavebatur; vid. *Spreng. Inst. Jur. publ. l. 1. c. 29. p. 175.* Verba *Decreti* hæc sunt:

Obwohl ein Hochlöbl. Churfürstl. Collegium auß sonderbahren erheblichen Ursachen vor dißmahl hat geschehen lassen / daß so wohl außwertiger Potentaten und Republicquen Botschafften / Gesandten und Abgeordnete / als auch andere allerhand Stands / Personæ publicæ, bey jekigen wehrenden Capitulations- und andern zu der Wahl gehörenden deliberationibus, sich allhier in Franck

Franckfurt am Mayn auffgehalten / so soll
 doch solches instünfftig von niemands/wes
 Standes oder Würde er sey / in conse-
 quenz gezogen / oder aber wieder die güldes-
 ne Bull / die Churfürstl. præminenz und
 in diesem Fall zustehenden sonderbaren
 Rechts allegirt oder gemißdeutet werden /
 gestalten dann der Rath / Burgerschaft
 und ganze Stadt Franckfurt so wohl / als
 auch andere Reichs-Stadt / bey welchen in
 entstehendem Fall hinfüro Wahl-Tage aus-
 gestellt und gehalten werden möchten / hie-
 mit alles Ernstes / und außdrücklich bey Ver-
 meydung der deßhalb in der güldenen Bull
 gesetzten Straff und Poen erinnert und ver-
 warnet werden / daß sie instünfftig / wann
 ein Wahl-Tag außgeschrieben seyn wird /
 außserhalb die Herrn Churfürsten / und wel-
 che sich in derselben Suiten zu würcklichem
 Dienst und Auffwartung befinden werden /
 keine Personar publicas / sie sey wer sie wolle /
 außwertige / oder zum Heiligen Römischen
 Reich gehörige / einlassen / noch ihnen bey
 annahendem Wahl-Termin auffenthalt
 verstaten sollen / deme Sie allerseits also
 nachzukommen / und sich vor jestedachter
 Straff zuhüten wissen werden : Und ist zu
 mehrer

mehrerer Gewisheit / und damit sich niemand deshalb mit der Unwissenheit zuentschuldigen habe / dieses Decretum Collegii Electoralis nicht nur dem hieffigen Rath in forma probante insinuirt, sondern auch denen vornehmsten Reichs Städten zuwissen gemacht / auch über dem der Capitulation anzudruckten befohlen worden / so geschehen Franckfurt am Mayn den 27. Junii A. 1658.

(L.S.)

Churfürstl. Mannhizerische Cankzeley.

VII. Onera autem cæteris quoque communia sunt, quod *legationem teneantur suscipere etiam invitè l. 4. §. pen. de legat. tanquam munus publicum l. 1. §. 2. de munerib. cui civium nullus se potest subtrahere V. Rutg. Ruland. de Commiss. p. 1. l. 2. c. 25. n. 20.* adeo, ut quandoque etiam pœnis, id munus detrectantes, possint coerceri, sicut in Republica Veneta, decretum factum, quo pœna in eos constituta sit, qui legationis munus obire aliquando nollent, notavit civis ejus, *Octavianus Magius* { *Ctus de legat. l. 1. c. 2.* quod hactenus verum est, nisi quis habeat justas excusandi causas, qualis est morbus, aut inevitabile impedimentum, veluti si res ipsa, cum mandatum innotescit, non amplius est integra; nam duabus
hisce

hiscæ causis Ernestum Principem ac Comitem
Holfat. & Schaumburg. d. 17. Septembr. A. 1629.
à Ferdinando II. Imperatore commissam sibi ad
Reges Angliæ & Daniæ legationem excusasse, ex
litteris constat, quas Consiliarius Ejus, Melch.
Goldastus, propterea ad Præsidentem Aulici Judi-
cii, Comitem Hohenzolleranum scripsit, *Londorpius*
vero in *Actis publicis* T. 1. l. 3. c. 56. exhibuit.
sunt & aliæ excusandi rationes, quales in titulo
Digestorum de legationibus, plures leguntur, &
ab Interpretibus passim explicatæ sunt, quan-
quam omnes huc trahi vix possint, in universum
vero omnis hujus causæ dijudicatio relicta est
Principi vel Reipublicæ, prout notatum à *Me-
vio ad Jus Lubec.* l. 1. §. 1. n. 10.

VIII. Eodem pertinet de male gestis reddenda-
rum rationum, eoque nomine pœna danda, necessi-
tas. in quam rem apud Græcos olim constituta
fuit, actio male gestæ legationis, de qua De-
mosthenis oratio contra Æschinem nota est. sed
in Nostris quoque adhuc obtinet, neque exem-
pla desunt, sicut superioris ætatis tempore ob
ejusmodi causam, Augusti Saxoniz Electoris ad
aulam Cæsaream legatum, Ulricum Mordisium
Consiliarii ac Cancellarii munere præfulgentem,
non solum dignitate ac officio dejectum, sed
mortem quoque in carcere oppetiisse, quod con-
tra mandati fidem Imperatori suaserit privato
consilio, annotavit *Kirchner. de legat.* II, 6, 12. add.
II, 10, 7.

IX. Desertores vero legationis, quales sunt,
qui

qui relictis Principis sui negotiis, ad alius, præsertim adversæ, aulæ castra, proditoris consilio, transeunt, vel saltem post acceptum responsum, diutius emanent, & renuntiationem suam negligunt, in jure Romano extraordinaria afficiuntur pœnâ. *L. i. ff. de legat.* quod crimen sicut omnium maximum est ac nefandum, ita rarioribus constat exemplis, quorum aliqua tamen *Hermanus Kirchnerus de legat. II, 9, 9. 12. 13.* & *Autor des memoires p. 397.* recensuerunt, ex quibus illud hæc referimus, quo ante aliquot annos Brandenburgici Electoris in Anglia Minister ad Suecorum partes transfugit, cujus effigiem propterea patibulo affigi jussit Serenissimus Elector, eadem hominem pœna affecturus, si illo potiretur.

X. Solent in hunc numerum & id componere, quod munera accipere nequeant, aut si, veniantur *L. Jul. repetundarum*: sed supra satis puto est ostentum, jure ac consuetudine Germaniæ contrarium obtinere, & possumus exemplis, in confirmationem hujus rei ibidem adductis, addere, quæ *Kirchnerus de legat. II, 9, 94. 119.* consignavit, Brandenburgii Electoris legati, Christiani de Bellin, tribus regiis torquibus aureisque monilibus, tum Franciæ, tum Angliæ insignibus muneribus domum reversi, & Landgravii Hassiæ quondam ad Regem Daniæ legati, Hermanni Vultei, insigni torque, ac Burchardi Lucani, pretioso monili à Rege Britanniæ, dimissorum. equidem de Electoris Saxonæ ad Venetos legato, Andrea Paulo, vicissim legitur, *ibidem*, quod

R r

cum

cum honoris ergo ob incredibilem ingenii & eloquii morumq; , quibus Vir ille præcallebat, suavitatem , pretiosa navi, rebusque pretiosis referta à Venetorum Duce & Senatu donaretur , quam suis sumptibus ad Albis usque ostia deducere promiserant , gratias donatoribus , tam honorifice de se sentientibus , egerit , nihil autem ex re donata , præter eximia quædam aulæa , quibus in-texta Saxonis Electoris insignia , acceperit : verum eo valere hoc exemplum non potest, ut exinde, accipere ejusmodi munera non licuisse, possumus colligere , cum multum spontanea omissio à necessaria differat , & sane commode *pro loco & loci lege* id factum , ipse judicat *Kirchnerns*, ut quam Veneti suis legatis *lege data* injungerent , in extero , & quidem in Germanorum legato *voluntariam manerum abstinentiam* cognoscerent.

XI. Non audeo etiam asserere, quanquam si verum esset, omnino inter onera foret numerandum , *quod morientium in Aula Casarea Statuum legatorum hereditatem Mareschallus arripiat, sibi-que retineat trientem*, ita legatus *Culmbacensis* in Comitibus A. 1641. dicebat, *er wäre es so von andern berichtet worden / hielte es aber vor keinen Grund / solte es so seyn / hette man billich Ursache sich darüber zu beschweren.* Factum quoque est, ut propterea inter ipsum ac *Curiensem* disceptatio oriretur, sicut apparet ex *a. His Sessionis d. 17. 27. Septembris habitæ*, existimante *Curienti*, als ob der *Culmbachische* solches

solches das Hoff- Marschallen- Ampt bezüch-
 tigen wolt. addidit tamen Culmbacensis,
 man könnte exempel darthun: regessit ille, er
 möchte solches gern leiden / daß es genennet wür-
 de / könnte er sich vielleicht desselbigen Falls / und
 wie die Umstände beschaffen / errütern / den ihm
 nicht bewust / daß in der Zeit / als Er Hoff-
 Marschall- Ampt Secretarius, dergleichen sol-
 te practicirt worden seyn / von dem was vor ihm
 passirt, wolte Er nicht sprechen / doch ein solches
 auch nicht präsumiren. Vid. *Londorp. Cont. p. V.*
l. 1. p. 682. 684. sane in aliquibus regionibus adve-
 nis id usu venire, ut eorum bona, si moriuntur,
 in fiscum redigantur, quod jus Albanagii vocant,
 verum universalem exceptionem esse in legatis,
 pridem notavit *Houvelius* Anglus *de legat. l. 4.*
 nam quod *Giavatinæ* Venetiæ apud Magnum *Ve-*
zirium Residentis, A. 1667. defuncti, pecuniæ,
 quas à Republica habebat, & supellex cætera,
 auferebatur, uti *Diario Europ. part. XIX. p. 16.* de-
 scriptum est, inter barbaros utique mores debet
 referri, unde juris regulas nemo æstimaverit.
 Cæterum cum in Imperio nostro publica lego-
 anth. omnes peregrini C. Commun. de Success. satis
 prospectum sit quibuscunque etiam peregrinis,
 advenis, hospitiibus, heic morituris, ut liberam
 habeant testandi facultatem, vel si intestati dece-
 dant, bona heredibus ab intestato conserventur,
 nulla apparet ratio, quare in civibus, quales uti-

quæ sunt legati Statuum, quocumque demum intra Imperium mittantur, secus quicquam possit obtrudere. Conf. *Besale de legat. c. 3. §. 13.*

XII. Quemadmodum vero privilegia sæpe, ita & onera quandoque habent legati, in hoc vel illo loco peculiariter, quale est in Moscovia, quod ad legatum liber aditus cuilibet non permittatur, unde cum legationi Suecicæ A. 1674. id concederetur, veluti in magni beneficii rationem imputatum est; vid. *Diar. Europ. p. XXXI. p. 167.* In ejusmodi autem locis, Germaniæ principum legatorum cum cæteris, communem esse causam, per se manifestum est.

CAPUT. XXIII.

*De Receptione legatorum aliorum
tam ad totum Imperium, quam singulos
Status missorum.*

- I. Circa audiendos legatos externos sententia Hippolithi à lapide quanam.
- II. Quatenus vera sit.
- III. Quomodo in Comitibus soleant audiri.
- IV. Aliquando inter gravamina erat, Exterorum legatos arceri à Comitibus.
- V. Recipere & audire externos ad Imperium missos legatos Imperator solus potest, soletque; non vero contrahere aut concludere.
- VI. Quomodo habeantur in Comitibus.
- VII. Non permittitur, ut rebus Imperii se immisceant,

sciant, aut armati in publicis conventibus compareant.

III. Etiam singuli Statui recipiant legatos ab omnibus ad quos illi mittunt.

IV. De ceremoniis in receptionibus, audientis, tractationibus, dimissionibus heic receptis.

I. Diximus Jus legationum Statuum duobus capitibus absolvi, quorum unum missionem propriam, reliquum receptionem aliorum legatorum contineat, de priori, quod maxime huc pertinet, satis dictum est, posterius breviter expedientius. Et quidem ad totum Imperium missos quis audire possit, discrepant: Hippolithus à Lapide p. 1. c. 14. s. 2. n. 10. iterum Imperatoris partes extenuat, quod sicut nullos de re communi legatos solus mittere possit, ita nec missos, privatim solus audire debeat, sed in publicis Imperii Conventibus, presentibus universis Ordinibus, quamquam Conringius quoque Dissertatione de negot. Convent. Imp. th. 109. & Lehmannus Chron. Spir. t. 2. c. 39. ac l. 7. c. 124. ita sentiant; Boaclerius autem in animadversionibus ad nominatum Hippolithi locum, à missione legatorum, ad receptionem auditionemque argumentum duci non posse, existimat.

II. Id quidem concedi potest, solere fieri, ut legati exterorum, qui in aula Cæsarea adveniunt eo tempore, quo universalia comitia celebrantur, aliquando huc remittantur, præsertim si de negotio tali agatur, quod in solius Cæsaris potestate non est constitutum, quo pertinet exem-

plum Turcici legati A. 1641. mense Augusto causa faciendæ pacis Viennam venientis, qui Ratisbonam ire, atque res suas ibidem agere iussus est. Novimus etiam interdum exteros suapte sponte, prætesita aula Cæsarea, statim ad Comiticia, si qua habeantur, suos dimittere, cujus rei specimen præter alia, legatio Caroli Magni Britann. Regis, iisdem Comiticiis, pro amica compositione causæ Palatinæ, & restitutione Caroli Ludovici, Nepotis, in Electoratum, facta, præbere potest; atque ita seorsim quandoque adornatis ad *Status credentialibus* instructos ejusmodi legatos, constat, uti initio præsentium Comitiorum, Gallicus, cujus *credentiales Londorpius Cont. p. VIII l. 9. c. 172.* exhibet.

III, Quibus casibus diversimode etiam solent audiri, quandoque *in pleno*, ab universis Electoribus, Principibus ac cæteris Statibus, uti in legatione Turcica modo nominata tum factum esse, constat, ex formula *propositionis*, apud *Londorp. Cont. p. IV. l. 2. c. 21.* alias per *Deputatos trium Collegiorum*; specimen in legato Gallico ad Comiticia superiora A. 1653. vide apud *Austaxem der Grundy. part. 2. c. 7. p. 167.* quamvis hunc morem observantiz Imperii ac statuum dignitati fere non convenire, eò tẽpore multos existimasse, in super addat: interdum etiam *soli Moguntino Directorio* negotiũ hoc committi, notat *Joachimus Hagemeierus de Comit. Imp. Germ. c. 9. p. 62.* sicut inter sua privilegia id quoque refert Elector, quod *etiam Externi legati & Residentes Agentesque suas res eidem pri-*

num exponant, uti apparet ex monumento apud *Bæclerum Not. S. R. I. p. 98. n. 14.*

IV. Ast hæc omnia ex necessitate publici juris fieri, aut Imperatorem ad id præcise adstringi, nondum est evictum, quod enim superiori seculo, aliquoties & nominatim in literis Mauritiæ ad Imperii Ordines, inter gravamina, & tanquam contra morem Imperii factum, ponitur, legatos exteriorum Regum longe prohiberi à publicis Conventionibus, apud *Steidanum l. XXIV. Commentariarum Conf. eundem l. VIII. p. 207. & l. XV p. 406.* id aliam habet interpretationem, & ex Statu illorum temporum dijudicandum est, quo adversus Ordinum libertatem maximopere valere ejusmodi prohibitio credebatur, arcendis nimirum illis, qui oppressorum causæ intervenire poterant: in præjudicium Statuum. Exteros legatos à Comitibus prohibere, utique legibus moribusque publicis adversatur, ast à solo Cæsare eodem vel aula sua vel in Comitibus audiri, nequaquam.

V. Sed distinguenda sunt, quæ rem videntur difficile reddere: nã aliud est an Imperator solus audire legatos, aliud an concludere aliquid possit, sine ordinum consensu: quod receptionem & auditionem attinet, in eo, nulla omnino Capitulatione restrictum esse jus Imperatoris, non solum de jure certum est, uti præter *Bæclerum Not. S. R. § lib. XIX. c. 2.* ostenderunt *Schuzius prælect. Jur. publ. l. 2. tit. 2. post. 34.* & *Stamlerus de Reservat. §. 50. n. 6.* sed & praxi convenire, vidimus

superioribus Comitibus A. 1653. exemplis *Anglicæ & Polonicæ* legatorum, qui ab Imperatore & Imperio quædam flagitabant, ille supplicias pro restituendo Rege suo, cum regno pulso, hic contra Cosacos ac Tartaros auxilia, eorum tamen literæ credenciales sibi Cæsari erant inscriptæ, solum Cæsar eos audiebat, ad solum Cæsarem Memorialia sua dirigebant, uti docent exempla apud *Londorp. Cont. p. VII. l. 5. c. 65. c. 68. 69.* nec quæquam repugnasse Status leguntur. Verum *contra-* *here* aut *concludere* sine Ordinum consensu Imperator nequit, si agatur de re ad Comitibus spectante; hinc *Memorialia* sibi exhibita, quibus res suas negotiabantur Legati illi, Directorio Moguntino per *Decreta* subinde solebat insinuare, damit *Jhr. Majest. Sic (ordines) ihr hochver-* *nehmlichstes Gutachten fordersamst eröffnen mögen / wessen die Botschaffter wegen der begehrten Reichs-Hülff / zubescheidē.* Status quoque in *conclusis* suis, istam facultatem palam sibi vindicasse vidimus, eo argumento, *dass es eine vor gesammte Stände gehörige Sache sey /* sicut vicissim constat ex *Londorp. Cont. p. VII. l. 6. c. 159. 160.* Nimirum circa *modum* exercendi hujus juris prærogativam Cæsari competere supra ostendimus, quo præsens quoque annotatio debet pertinere. Cæterum eadem ratione quâ audiuntur, etiam *dimitti* legatos aut significari usdem Imperii decreta ac postu-

Ständen samentlich zuschaffen / so pflegen sie
 ihre credenzen abgefondert an beyde Orth / als
 zu Käyserl. Majestät Reichs Hoff Rath / und
 darzu Mayntzischen Cankelny zuübergeben /
 und darauff benennen die Käyserl. Majestät
 den Ständen eine Stund. / wenn sie bey ihrer
 Majestät entweder persönlich / oder durch
 einen außschuß pro qualitate negotii & di-
 gnitate legati in ihrer Majestät Palatio erschei-
 nen sollen / die zuhören / daselbst sitzen Ihre
 Majestät auch Chur- und Fürsten hören die
 Werbung an / und fertigen den Legaten mit ei-
 ner Antwort ab / daß man seine Werbung
 erwegen / und ihnen zu gebührlicher Zeit be-
 antworten wolte. Die Stände erbieten sich
 nachmahls gegen der Käyserl. Majestät die
 Werbung in Beratschlagung zuziehen / und
 nach Befindung / was zu antworten / Ihrer
 Majestät ein Bedencken anzuzeigen / bitten
 Copiam dessen / was Legatus übergeben / hern-
 nachher Bedencken Sie die Sachen in dreyen
 Rätthen / & referunt. Wo dann die Käyserl.
 Majestät Ihr solch Bedencken gefallen läßt /
 oder sonst etwas darzu oder davon zuthun
 resolvendo trachtet / und sich mit den Stän-
 den vergleicht / so benennet man dem Legaten
 eine Stund darauff ihme Bescheid auff seine
 Werbung eodem modo, ordine & via reas-
 sumendo

sumendo, wie sie gehöret/ gegeben wird/ und solches etwa mündlich/ auch wohl in scriptis, pro qualitate negotii. Wenn es auch schlechte Legaten sind/ werden sie ohne weitere Verhör/ mit einem decreto abgefertiget/ wie Anno 1606. den Schweizern geschehen. Da aber die Legaten allein bey den Ständen zuthun/ werden dieselben in der Churfürstens Stuben in beysein aller Stände und Rätthe gehört/ auch nach gehaltenem und verglichenem Bedencken daselbsten beantwortet. Doch wo die Sachen tantæ importantiæ, und so trifftig und wichtig/ daß die Stände ohne Vorwissen der Käyserl. Majestät darinnen etwas zu antworten bedencken tragen/ pflegen sie die Gesandten entweder an die Käyserl. Majestät zu remittiren/ oder doch mit Ihrer Majestät sich einer Antwort zuvergleichen. Sonsten aber wird kein Legatus, er sey gleich von was Potentaten er wolle gesand/ so sein Herz kein Glied des Reichs ist/ zu emigem Rath nicht gelassen/ aber in actibus & processionibus publicis, werden denen sonderliche Loca und Stellen/ den Ständen sine præjudicio, eingegeben.

VII. Quod circa finem de excludendis Exterorum legatis à consiliis Imperii dicitur, omnino ex regulis prudentiæ quietis publicæ conservatrici, profectum existimari debet, sicut eo quoque

que nomine commendatur apud *Autorem* der Grundy. part. 3. c. 9. 327. de quo jam R. 7. de A. 1582. §. 29. sed sollicitius *Capitulatione Leopoldina* art. 5. disponitur, curaturam esse Cæsaream Majestatem, daß sich einige frembde Botschafft Heim- oder öffentlich in die Reichs- Sachen so Ihre Principales nicht angehen / sondern vor Churfürsten / Fürsten und Stände allein gehören / nicht einmische. Quemadmodum & illud eodem pertinet, daß zu Verhütung allerhand simultäten / und darauß entstehenden gefährlicher Weiterungen nicht gestattet wird / daß ausländischer Königen und Republicquen Botschafften / weder am Käyserl. Hoff / noch bey den Reichs- Deputation - Collegial - oder anderen publicis Conventibus, mit Gewehrter Quardi zu Pferd oder zu Fuß / auff der Gassen und Strassen auffziehen und erscheinen mögen.

VIII. Cæterum *singulos Status*, ab Imperatore, Regibus, Principibus, Rebus publicis, omnibus, ad quos illi solent mittere, recipere vicissim, notius est quam ut amplius debeat explicari. Speciminis tantum loco aliquid addendum est. Cum novissimum Turcicum bellum oriretur, à Cæsarea Majestate Comes Windisgrazius aliique passim ad Status missi leguntur, quorum negotiationes *Diar. Europæi pars septima* continet. De *Electaribus* res clara est, sicut vel de Brandenburgico *Antor Denouement de la question.*

tion. &c. n. 16. asserit, Majores Ejus, & modernum quoque magnum legatorum numerum factum omni fere tempore habuisse, nec ullum in toto Christiano orbe esse Regem vel Principem (solo Portugalliæ Rege excepto, cum quo ipsi parum fuerit negotii) ad quem non miserit legatos, receperitque inde. Paria fere de *Principibus*, saltem potioribus, dixeris: Legationis Persicæ ad Mauritium Hassiæ Landgraviû superioribus temporibus missæ, meminit *Herm. Kirchner. de legat. I, 1, 13.* in Aula Hannoverana A. 1675. Imperatoris, Hispaniæ, Angliæ, Sueciæ Regû, Bataavorum, Episcopi Monasteriensis aliorumque Statuum legatos simul adfuisse, ex *Diar. Europ. part. XXXII. p. 66.* novimus. Exempla *Civitatum* aliquot, sola Florentina legatio A. 1619. ad plures Germaniæ aulas missa, præbere potest, cujus Descriptor *Daniel Eremita*, Ulmam, Augustam Vindelicorum, Noribergam, eandem quoque accessisse commemorat, quamvis officium istud alio consilio corruptum fuisse videatur, si verum est, uti Ille quidem judicat, quando excusata veluti humanitate, quæ cum tam *parvi pretii Republica* (ira vocat nobilem urbem) egerint, eam subnectit causam, *id in mandatis fuisse, apud Respublicas omnes diligentissime curarent, ut illis de Magni Ducis voluntate prolixè constaret, plus ibi fortasse fama queritur, ubi legationis honor ad plures pertinet.* De Lubecensi, Bremensi ac Hamburgensi, Civitatibus, vel inter Regem Galliæ ac Duces Brunsvigo-Luneburgenses d. 26. hujus anni Zellis contractæ pacis tabulæ testantur, cujus

articulo

articulo 16. istæ comprehensæ sunt, ea conditione, ut *Agentes ac Ministros Regum, sicut ante exortum bellum, nunc quoq; recipiant isq; præsent securitatē.* In universū in vulgus nota sunt nomina tot exterrorum, præsertim Regum, legatorū, quos Electorum & Principum aulæ, Civitates quoque, ante motus præsentis belli continebant.

IX. Quales autem hic in *receptionibus, audientibus, tractationibus, dimissionibus* soleant observari soleunitates, non indiget peculiari explicatione, cum ex iis, quæ superius circa istam rei ceremonialis partem differuimus, satis possint constare, siquidem eandem fere rationem heic quoque retinent: si cui tamen placeret in exemplis hæc cognovisse, aliqua nominabimus. De receptione ac deductione ad audientiam, legationis Florentinæ, cujus antea meminimus, apud complures Principes Impetii, *Itinerarium Danselis Eremita* prolixius tradidit: Ut *Dresdam* venerint, comperitum abesse Principem, tamen ab adventu eorum statim adfuisse Nobiles quosdam ejus aulæ, sermonis Italici non imperitos, qui mandatum sibi à Senatu agebant, illis quacunque in re intervenire, nec pati quiequam deesse, sicut & factum sit: octavo tandem die adfuisse Nobiles cum curtibus, qui *Torgaviam*, ubi fuerat Elector annis Saxonie Comitibus habendis, deducerent, qui, cum admitterentur, familiariter exceptos, honore manus dignatus sit, tandemque post multa comitatus & mutæ voluntatis officia, in comitatu ingenti Nobilium dimiserit: in cæteris ad institutum suum redit; quo magnitudini Germano-
rum

rum Principum, quam ne quidem animo concepit, proterve insultare non erubuit audaculus ille, promptus ad reprehendendum, sed multarum laudum, quas habent aulæ ab illis aditæ, dissimulatur, quare factum quoque est, ut neglexerint fere illud scriptum Eruditi: nos ea tantum referimus, quæ circa exceptionum ceremonias contigerunt, relictis. Autori suo sermonum convitiis passim aspersis, in Aula *Brandenburgica* Legatum Berolinum ingressum excepisse dicit duos è prima nobilitate Marchionis Brandeburgensis Electoris nomine, & curru quo vestari Princeps solebat, in Palatium duxisse. nec multò post introductos ad Electorem fuisse, qui omnibus eos benevolentiae testimoniis cumulatissimos dimiserit, filioque imperaverit, ut ad cubicula sua deduceret: qui perpetuo ex eo tempore in comitatu illorum egerit. Postridie Electorem honoris mensæ eos dignatum, & quotquot aderant Principes cum uxoribus & filiabus simul accubuisse, discedentes quoque, exemplo Saxoniae Ducis, torque aureo donasse. De Archiepiscopo *Trevirensi* ita tradit: Cum Confluentiae, ubi tum temporis agebat Elector de adventu nostro certior factus est, summo mane currum suum misit, & è familiaribus quosdam, qui in aulam suam ducerent, præcedebant currum nobiles quidam & Statores succincti: conqueritur postea se, postquam ingressi fuerunt, tamdiu in atrio fuisse detentos antequam admitterentur. Apud Ducem *Wurtembergicum* leviter se acceptos ait, nec ullum Principem tenuius & languidius excepisse, quod

pro-

prorsus illis præter expectationem fuerit, à nullo enim alio plura aut ampliora officiorum genera sibi spondisse, quippe cujus patrem olim in Hetruria & ipse quoque Magnus Dux, non tralatitia humanitate excepisset: Verum stetit Ducem in medio atrii erectum, & nihilo secius quam ipsum Cæsarem immotum, nec advenientibus obvium, nec comitatum abeuntes, quod à cæteris tamen Principibus factum, cujus rei rationes variis conjecturis ibidem indagare sustinuit. Quibus solennitatibus apud Electorem *Brandenburgicum* Moscoviticus a legatus A. 1676. fuerit receptus habitusque *Diario Europ. part. XXXIII. p. 511* notatur, deducebatur decem rhedis Electoralibus, audientiam dabat Elector throno eminentiori confidens: de ceremoniis in receptione & cætera tractatione legationis Polonicæ A. 1675 & Batavicæ A. 1633. apud *Eundem*, ut & Electorem Coloniensem. *Aut. des memoirs. p. 521.* & alius A. 1663. apud Episcopum *Monasteriensem. Diar. Europ. part. XIX. p. 232.* ac *Autor des memoirs p. 129.* videri possunt. Solent Batavi etiam his quos ad Imperii nostri Principes dimittunt, *Instructio- nis* literis committere, ut *curent receptionem digno fieri*, specimen est in legatione ad Episcop. *Monasterientem* A. 1657. adornata, vid. *Londorp. Cont. p. VIII. l. 3. c. 114.* sed felicius hæc quotidiano vitæ usu quam ejusmodi dissertationibus condiscuntur, quæ ne quidem instrui satis possunt, aut elimari, absq; luculento Archivorum subsidio, quo curas maturiores perfectioremq; disciplinam nos quoque suspendimus.

F I N I S.

INDEX.

INDEX AUCTORUM

Atque Scriptorum qualia in hac
Commentatione vel citantur, vel lau-
dantur ac notantur.

J. B. M.
compositus.

A.

- A** Bbas Urspergensis 152.
 Agathias *citatus* 140.
 Aimoinus *citatus* 160. 163.
 Albertus Argentinensis *citatus* Chron. 135. 154.
 Albertus Stadensis 153.
 Alteserra de Duc. & Comit. Province Gallic, 158.
 Althamimerus 147.
 Aristoteles *cit.* de anima 124.
 Politic. 125. 133.
 Arumæus *cit.* J. P. 53. 55. 217. 249.
 de Comit. 237. 238. 241. 256. 403. 506. 507. 522.
 530. 531. 533. 534. 536. 537.
 Aventinus *cit.* 233.
 Aurea Bulla passim.
 Autor des memoires touchant les Ambassadeurs
 laudatus 10. 366. *citatus* 374. 396. 399. 427. 429.
 430. 435. 449. 450. 452. 459. 460. 482. 464. 466.
 467. 469. 475. 476. 484. 485. 488. 490. 493. 502.
 539.

539. 10. 15. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 25. 26. 33. 36. 38.
118. 206. 209. 215. 223. 265. 300. 312. 331. 333. 334.
345. 364. 368. 369. 370. 371. *notatus* 168. 424.
Autor libelli *Denouement de la question* 18. 110.
304. 477. 478. 484.
*Berichte und Antwort der Politischen Fra-
ge* 20. 66.

B.

Bachovius ad Wesenb. *cit.* 552.
Barclajus de potestate Papæ 249.
Benderus de Revis. 245.
Bertramus de Comit. *cit.* 192. 194. 202. 205. 207.
225. 231. 235. 238. 241. 245. 327. 337. 340. 376.
439.
Besoldus *cit.* 147. 238. 256. *notatus.* 118. 313.
Dissertat. de legat. cit. 32. 15. 213. 215. 344. 398.
403.
de Regalibus 116. 117.
de Jurisd. Imp. R. 54.
Betsius de Pactis familiarum Illustrum 211.
Bidenbach *question. nob.* 213.
Consilia Theologica 224. 327.
H. Bignonius ad formul. Marculf. *cit.* 39. 147. 158.
359.
Bocerus *cit.* 116. 555.
Bodinus de Rep. 53. 137.
Meth. Hist. 141.
Boeclerus *cit.* de congressu & colloqu. Princip. 3.
227. 439. *laud.* 117. 158. 184.
Instit. Polit. 51. 80.
Notit. Imp. 52. 54. 74. 80. 82. 84. 92. 120. 164.
213. 235. 236. 275. 279. 322. 437. 439. 468. 538.
Animad-

- Animadvers. in Ottonem 53. 114.
Animadvers. in Hippolithum à Lapide 90.
Annotat. ad Vellej. 107.
Comment. ad Grot. 117.
Historia Cæsarum 149. 162. 181.
Dissert. de Legisl. German. 181.
Conductor Carolinus 355.
de elegancia moris civilis & Aulici 447. 460.
503. 532. 538.
Jo. Bolognetus *cit.* Conf. 547.
Bortius delegat. 213.
Boxhornius Comment. de Stat. fœder. Belg. 228.
Jo. Brentius *cit.* Consil. Theol. 224.
Henr. Brevverus *cit.* 13. 369.
Frid. Brummerus *cit.* diss. de Scabinis 171. 180.
H. Bruningus 215. 343.
Brunus de Legationibus 407.
Brunnerus *cit.* 179.
Burgoldensis Limnæi Eucleator *notatus* 235.
Buxtorfius *cit.* ad A. B. 202. 205. 231. 233. 235. 326.
423.

C.

- Capitulatio Leopold. 61.
Capitulationes Imp. à Carolo V. usque ad
Leopold. 78.
Carpzovius *cit.* de L. Reg. 53. 54. 55. 66. 117. 120.
122. 137. 231. 232. 234. 235. 237. 249. 326. 327. 420.
461. 523. 524.
Jul. Cæsar. *cit.* 38. 166. 177.
Cammerg. Ordnung *cit.* 46.
Cassiodorus *cit.* 140.
Andr. & Franc. du Chesne scriptores Francici 142.
169.

- Chiffletius *cit.* Vindic. Hispan. 142. 439.
Disquisitio de Ampulla Remensi 436.
Chytraeus *cit.* 240.
Chronicon Colonienf. 150.
Cicero *cit.* 3. 11. 27.
Clapmarius Arnoldus de Arcan. Rerumpubl.
cit. 34.
Wach. Clutensis de Conventibus Electoral. 132.
254.
Sylloge Rerum quotidianarum 235. 249.
Colerus 147. 303.
Colloquium Gallicum *cit.* 44. 109.
Phil. Cluverius *laudat.* in Germ. antiq. 139. 141. 147.
Comingus *cit.* 3. 300.
Comitiologia Ratisbon. 54. 326. 327. 328. 399. 413.
414. 417. 418. 437.
H. Conringius, diss. de Jud. Reipub. Germ. *cit.* 45.
48. *laudat.* 158.
de German. Imperii civibus 51. 55.
de Duc. & Comit. Imp. Germ. 66. 160. 227. 339
Annot. ad Lampad. 79. 112. 123. 177. 194. 100.
diss. de Legatis 117. 213. 215.
Exercit. Academic. de Repub. Imp. Germ. 146.
de Finibus Imperii 279.
de Urbib. Germ. 177. 218.
Promisit librum de prima Principum origine cau.
saeque regiae potentiae 158.
Cranius de pac. religios. 207.
Cranzius Rer. Saxon. 255.
Crusius de Jure praeced. *cit.* 179. 419. 422. 426.
430. 439.
Cuspinianus *cit.* 226. 233. 255.

D.

- D**Emosthenes *cit.* 26.
Descriptio Status regiminis Ferdinandi II.
cit. 16.30.221.381.435.
Diarium Europæum *cit.* 17.25.32.42.79.81.103.
 111.188.206.219.238.300.326.333.359.363.364.
 365.368.369.370.371.374.380.396.424.427.
 429.449.450.451.452.467.471.488.489.520.
 539.541.542.
Dietericus *cit.* ad A.B.200.205.
Dio Cassius *cit.* 87.140.177.
Ant.Dodinus 158.
Duarenius *cit.* 344.

E.

- E**ckolrus *cit.* 555.
Eginhartus de vita & gestis Caroli M. 145.
 166.
Eckehardus Junior de Casib. Monast. S. Gall. *cit.*
 163.
Erasmus Roterod. in Colloqu. 420.
Eustratus ad Arist. Nicom. *cit.* 65.
Eybenius *land.* 116.157.171.

F.

- F**abricius *cit.* Orig. Saxon. 144.
Feltmannus tit. honor. *cit.* 7.490.492.501.
 502.
 de Promot. absent. 490.
Felvingertus dissert. de supr. Stat. Ministr. *cit.* 7.
Fichardus, Consil. *cit.* 35.
Christoph. Forstnerus in Epistolis *cit.* 498.
Wolfg. Forstnerus, dissert. de Legatis sub Boe-
 clero habitis 28. sequitur Paschaliam 29.

Honorius Fortunatus Pictaviens. Episcopus, qui
de regni Thuringici ad Francos translatione
librum scripsit *cit.* 144.

Preherus ad P. de Andlo *cit.* 15. 423.

Comment. ad donat. Ottonis III. 249.

Freinshemius de præcedentia Electorum super
Cardinales 275. 420. 434. 435. 437. 439.

Fridberg, Responsi autor 137.

Ahasv. Fritschius *cit.* 73. 125. 221.

Diatrib. de electione Rom. Reg. 327.

Frontinus *cit.* 26.

Cæs. Furstenerius autor personatus *cit.* 14. 18. 21.

33. 44. 210. 227. 304. 370. 372. 392. 408. 414. 435

464. 465. 467. 468. 473. 475. 477. 478. 485.

490. 497. 498. 501. *not.* 44. 70. *seq.* 108. 109.

556. 556.

G.

Gailius, *cit.* Observ. 53. 54. 119. 164. 203. 356.
548.

de Arrestis 129.

de Pac. Publ. 551.

Gallicus de Legatis scriptor *cit.* 14.

Gastelius *cit.* de Stat. publ. Europ. 114.

Alb. Gentilis de Legat. *cit.* 9. 15. 29. 30. 38. 330. 448

539. *laud.* 106. *not.* 9. 27.

de J. B. 143.

Gigas *cit.* de crimine Majest. 164.

Andr. Giuseppe Gizzius Italus *laud.* 428.

Goldastus, *cit.* Antiq. Alemann. 143.

de Magistratibus veterum Germ. 158.

Politica. Imperialia 197. 234. 439. 543.

Constituta Imperial. 226. 235. 407.

in Bohem. 237.

Jac.

Jac. Gothofredus de Jure præced, 399. 422. 426.
434. 439.

Gramondus Hist. Gall. 465.

Jac. van der Graef. *cit.* 34.

Graswinckelius de Jur. præced. 490.

Gregorius Turonens. *cit.* 142. seq. 144. 160. 492.

H. Grotius de J. B. & P. *cit.* 2. 4. 5. 8. 10. 28. 30. 31.

34. 60. 76. 80. 118. 131. 143. 145. 164. 165. 166. 170.

177. 178. 179. 210. 324. 334. 345. 348. 399. 548. 550.

illustratus 60. *laud.* 61.

Annales Belg. *cit.* 84.

Apoleget. 228.

Grundveste *cit.* 53. 55. 68. 79. 193. 195. 202. 203. 205.

206. 210. 225. 226. 227. 230. 238. 239. 326. 327.

339. 376. 379. 381. 383. 399. 408. 411. 413. 414.

laudat. 58. 418. 437. 461. 468. 479. 498. 507. 520.

526. 528. 534. 531.

Guntherus 116.

Gylmannus *cit.* Symphor. 556.

H.

HAhnius ad Wesenb. *not.* 119.

Halicarnassæus Dionysius *cit.* 38.

J. Harmarus, qui J. Hovvel. de Legat. Tract. ex
Anglico in Latinum convertit. *cit.* 15.

Rud. Heidenus *cit.* 120.

P. Hachenberg. *laud.* 158.

Joach. Hagemerius de Comit. Imp. Germ. 418.

531. 534. *laud.* 525.

Henelius *cit.* de præliminaribus Tractatum pa-
cis 348.

Henricus Martinus in officia Ciceronis *laud.* 5.

Hermes Fascic. Jur. publ. *cit.* 2. 234.

- Jo. W. Relfensio Heromontanus *not.* 107. *seqq.*
Pont. Heuterus *cit.* Hist. Austr. 345.
Hincmarus *cit.* 174.
Hippolithus à Lapide *cit.* 73. *not.* 90. 115.
Historia Pacis Westphalicæ novissimè edita 410.
432. 484. 197. 528.
Hobbesius in Elemen. de cive *cit.* 2. 60.
Luc. Holstenius *cit.* 170.
Hornius de Civitat. *cit.* 121. *not.* 196.
Hortlederus *cit.* 192. 357. 403.
Hotomannus *cit.* 41. *not.* 312.
J. Hovvelius qui tractatum Anglicè scripsit de Legat. *cit.* 15. 40. 42. 117. 250. 364. 538.
Hugo Ludolphus de Statu Region. Germ. 55. 116.
119. 121. 193. 194. 213. 546. 548. *laud.* 120. 125.
Hunibaldus *not.* 141.
Huno ab Hunenfeld autor animadversionum in Heromontanum 109. 133.
Hülsemannus *cit.* *diff. pract. de Correction. fratern.* 328.
I.
I Avolenus *cit.* 549.
Jessenius in Historia inaugurationis Matthias *cit.* 326.
Instrumentum fœderis inter Angliæ Suediæque Reges A. 1661. initi 14.
Instrum. Pac. passim.
J. Ch. Itterus *laud.* in Diatr. de Gradib. Acad. 76.
Junckerus *not.* *dissert. de Legat.* 108. *cit.* 113.
Jus Civile & Canonicum passim.
Petr. Justinianus 281.
Justinus *cit.* 170.

K.

Herm. **K**irchnerus de Legat. 30. 40. 73. 115. 188.
196. 204. 212. 215. 222. 250. 256. 347.
462.

Klockius de Contribut. 68. 119. 120. 213.
Consil. 119. 120. 547.

Relat. Camer. 554.

Andr. Knichen *cit.* de sublim. & reg. territ. jur. 120.

Phil. Knipschildius de Civ. Imp. jur. & privil. 54.
land. 338.

Credrus is latere sub nomine Hippolithi à
Treibschach 430.

L.

Lampadius de Rep. R. G. *cit.* 2. 52. 57. 75. 116.
200. 207. 213. 238. *vindicatus* 57. *seq. illu-*
stratus 129.

Lambertus Schafnaburgensis 150 *seq.*

Hippol. à Lapide 73. v. Hippolithus.

Wolfg. Lazius *cit.* de Migrationibus gentium
142.

Lehmannus, Chron. Spirens. *cit.* 38. 49. 140. 143.
158. 173. 182. 207. 336. 403. 533. *notat.* 162.

Jo. Limnæus J. P. *cit.* 47. 54. 58. 63. 112. 115. 116. 121.
137. 164. 181. 193. 194. 196. 100. 202. 203. 209.
206. 207. 212. 214. 221. 225. 226. 250. 234. 235.
236. 237. 238. 239. 242. 244. 245. 248. 326. 338.
341. 355. 403. 411. 413. 414. 412. 420. 431. 434.
436. 437. 439. 455. 478. 479. 492. 522. 524. 533.
535. 551.

Comment. ad Capit. 78. 82. 234. 236. 463. 534.
543. 331.

Notit. Regni Franc. 141. 422.

- Observ. ad A. B. 100. 203. 235. 255. 298. 310.
342. 356. 357. 379. 521.
Annotat. ad Ortonem. 244. 248. *notas.* 50. 258.
Lindenspurius *cit.* ad A. B. 403.
J. Lipsius Polit. *cit.* 550.
Livius *cit.* 107. 176.
Londorpius, A&. Publ. 18. 77. 194. 197. 199. 336.
377. 423. 431.
Ejus Continuatio 17. 23. 68. 79. 91. 92. 94. 95. 96.
104. 188. 206. 216. 218. 240. 254. 261. 300. 318.
349. 350. 353. 364. 368. 374. 400. 408. 411. 413.
415. 417. 424. 432. 434. 436. 459. 464. 469. 482.
490. 491. 497. 520. 534. 540. 551.
Wilh. Ludvvell. Synops. Feud. 249.
Luitprandus *cit.* 150.
Lutherus Tom. V. Jenens. 327.
Lynckerus, *laud.* in diss. de Consens. Elect. 235.
cit. 236.
de Commissar. Imperial. 247.
M.
Amm. **M**arcellinus *cit.* 140.
Marculfus Formul. *cit.* atque *laud.* 159.
491.
Mariana *cit.* Hist. Hispanica 345.
Marselaer de Legatis *cit.* 29. 300. 340. 355.
Matenes de Electione Ferdinandi II. 326.
Maulius de homagio 552.
Er. Mauritius, dissert. de jud. Aul. *cit.* 40.
de judic. Rotvill. 48.
de Matricula Imp. 54. 548.
de Origin. Elector. 205. 255.
de Nobilitate 213. 320. 347. 430.
de Con-

- de Conventibus Electoralibus 232. 233. 235.
326.
de Recessibus Imperii 238. 245.
Valerius Maximus 462.
Henr. Meibomius *land*, 158. *cit.* Vindiciæ Billin-
ganæ 161. 172. 179.
Notæ in Witichindum 161.
Commentar. de pagis Saxon. 179.
Menochius *cit.* Consil. 422.
Dav. Mevius *notas*. 119. *cit.* ad Jus Lubecense 215.
357. 358. 539.
Tho. Michael de Jurisdict. *cit.* 220.
Mindanus *cit.* Process. 203.
Christ. Mingtus *cit.* diss. de Superiorit. Territori-
119. 120. 122. 204. 262. 549.
Ministerii Cardinal. Mazarin. Historia 6. seq. 211.
Miræus *cit.* 160.
Annal. Belg. 174.
Car. Molinæus, *cit.* in Consuet. Paris. 45.
Jo. Montaigny de autorit. & præminent. magni
Concil. & Parlament. 28.
Monzambanus *not.* 175.
Petr. Mullerus de Conventibus Circularibus 241.
Mylerus de Princ. & Stat. Imp. 54. 107. 117. 120.
121. 122. 175. 210. 213. 411. 430. 437. 551.
ejusdem Apannalogia 211.
Addit. ad Rumelinum 225. 226. 256. 338. 493.
420. *not.* 339. 419.
Mynsingerus *cit.* Obs. pract. 357. 548. 577.
N.
Cornel. **N**Epos *cit.* 447. 461.
Nolius Noldenus diss. de Stat. Nobil.

212. 320. 347. 403. 425. 434. 439.

Nonius *cit.* 38.

Nordermann. de Jur. Principat. *cit.* 2.

Notitia Romani Imperii 140.

O.

O Brochtus Ulricus *cit.* in Animadvers. Menzamb. 55. *laud.* 158.

Ejus Sponsor pacis 349.

Dissert. de Reservat. Ecclesiastico 207.

Olearius 249.

Ominosa rerum series *cit.* 75. 80. 236.

Ord. Camer. *cit.* 47.

Dan. Otto *not.* 50. 53. *cit.* 128. 205. 231. 235.

Otto Frisingensis de gest. Frid. L. *cit.* 134.

P.

Pacificus à Lapide *cit.* 51.

Pallavicinus 281.

Pancirollus *cit.* in Comment. in Notit. Imp. Rom. 140.

Paschalijus Carolus *cit.* 3. 27. 28. 86. 300. 344. 362. 373. 462. 538. *not.* 118. 312.

Nic. de Passeribus de script. privat. 347.

Pastorius *cit.* Flotus German. 326. 400.

Paumaeisterus *cit.* 52. 55. 58. 75. 121. 103. 207. 213. 238.

Perezus, *not.* ejusq; sententia examinatur 20. seq.

Jp. Pistorius *cit.* Scriptor. German. 179.

Pirhoens *cit.* in vita Caroli M. 183.

Plutarchus *cit.* 26. 38.

Pollux *cit.* 78.

Pontanus *cit.* 142.

Præliminarium Pacis Imperii 1648. edit. 349. 353.

Proco-

Procopius 140.

Pufendorf, de J. N. & G. *cit.* 2. 4. 490. *laud.* 29.
dissert. Acad. 28. 332.

dissert. de Rep. irregulari 51.

Quintilianus Inst. Orat. *cit.* 219.

R.

Sam. **R**achelius diss. de Comitibus Electoralibus
132. 134. 386.

diss. de Capitulat. 236. 237.

Radevicus de gest. Frid. I. 116. 152. /

Henr. Rebdorfii Annales 135.

Recessus Imperii passim.

Regino *cit.* 38. 163.

ejus Continuator 150. 175.

Just. Reisenbergius in decreti Spirensis Nomo-
thesia publica *cit.* 337.

Reinkingius *cit.* 50. 52. 54. 221. 237.

Reisnerus *cit.* 179.

Religionis Medici Annotator 321,

Rhenanus *cit.* Rer. Germ. 169.

Rhetius *laud.* 68. 137. c. de Jure Stat. circ. sac. 3. 213

Gerh. de Roo Hist. Austr. 345.

Ant. de Rosell. de pot. Pap. & Imp. 249.

Rosenthalius de feud. 357. 552.

Rulandus *cit.* 147. 213. 554. 555.

Rumelinus ad A. B. *cit.* 200. 234. 237. 255. 299.

403. 422.

S.

Jo. **S**chilterus *laud.* dissert. de jur. Obsid. 114.

Schurzfleischius autor animadversionum in
Relfen.

- Relfensio Heromontanum sub nomine
Hunonis ab Hunenfeld editarum creditur 109.
laud. 158.
- Schuzius Colleg. J. P. *cit.* 2. 51. 54. 66. 119. 196. 200.
202. 213. 225. 234. 235. 237. 255. 327. 347. 403.
411. 421. 434 551. *conclisatus* 58. 205.
- Scriptor quidam Gallicus *not.* 7.
ominosæ rerum ser. *cit.* 75.
- Seckendorffius, *cit.* *Zeitsch. Fürsten. Staat* 112.
193. 247. 375. *Addit.* 120.
- Seneca *cit.* 173.
- Serarius Rer. Mogunt. *cit.* 326.
- Sigebertus Gemblacens. 144. 145. 150. 174.
- Sixtinus *cit.* de Regalibus 116. 120. 357.
- Sprengerus Font. jur. publ. 491. 498. 501.
Instit. Jur. publ. 326. 379. 54. 79.
axiom. Stat. 7.
- Lucerna Imp. 195. 203. 211. 231. 339. 341. 378. 363.
398. 408. 453. 462. 468. 481. 500. 524. 530. *not.*
498.
- Springerus de pace relig. 207.
- Jo. Strauchius *laud.* 8. 78. 128. *cit.* in Lex. Part. Jur. 8.
48. 55. 66. 128. 200. 213. 233. 299. 355. 357. 542. 550.
Dissert. Exot. vel Jur. publ. 10. 15.
Instit. Jur. publ. MSC. 121. 128. 200. 379.
Amœnitates Jur. Can. 399. 439.
- Simlerus de Rep. Helvet. 228.
- Vittor. Siri Galliæ Regis Historiographus unde
suas relationes desumferit 311.
- Jo. Sleidanus *cit.* *Comment.* 188. 192. 224. 352. 353.
- Speidelius, *cit.* 50. 55. 238. 256.
- Springefeldius de Apennagiis 211.

- Stamlerus de Reserv. *cit.* 73. 117. 226. 437.
Matth. Stephani de Jurisd. 54. 12.
Walefr. Strabo *cit.* de reb. Eccles. 161.
Benev. Straccha de affectation: 347.
Fam. Strada 84.
Struvius *cit.* diff. de Charact. Stat. Imp. 119. 212.
Strupfius *cit.* 179.
P. Suavis sive Paul. Sarpinus *cit.* Hist. Conc. Trid.
206. 224. 281. 333. 387. 433.
Suetonius *cit.* 87.
Tabor Epitom. Aur. Bull. 256.
de renunc. suffragat. 343.
Tacitus *cit.* 13. 81. 139. 140. 541.
Taffernerus Jesuita *cit.* qui Legationis Cæsareæ ad
Portam Ottomannicam historiam descripsit 81.
Thestrum Europæ. 192. 197. 199. 201. 254.
259.
Thuanus *cit.* 131. 240. 326.
Trentacianus var. resolut. 347.
Hippolithus à Treibach 430.
V.
Joach. Vadianus *laud.* 143. (eq. *cit.* de Collegiis
Monasterii Germ. Veterib. 147.
Hadr. Valesius *cit.* in Gest. Veterum Francorum
142.
Vaudus *cit.* 555.
Balth. Venator *laud.* qumiosæ rei seriei sive rela-
tionum Comitialium autor creditur 80. *cit.* 81.
239.
Vieror de caus. Exemption. 209.
Vignierius *cit.* 142.

Vulteu

Vulrejus de Feudis *cit.* 104.

W.

Christoph. W. Agenleilius *cit.* 2138.
de Convent. Deput. 386.

Waremundus ab Ehrenberg 215.

Wehnerus 238. 245.

Gottfr. Wendelinus in solo natali legg. Salica-
rum 142.

Jo. Angel. à Werdenhagen *lib.* 67.

Wesenbecius 552.

Dan. Weymannus *cit.* 289. 213.

Christoph. Winzlerus de Collect. *cit.* 202.

Wippo *cit.* 150.

Wissenbachius *not.* 555. 577.

Wittichindus *cit.* 190. 173.

Jo. Wurmserus *cit.* Exerc. J. P. 115. 203. 213. 215. 227.
248.

Z.

Zasius *cit.* 147. 554.

Zevcotius, Observ. ad Florum *cit.* 30.

Zieglerus ad Grotium *cit.* 30. 324.

de juribus Majest. 119. 123.

ad Jus Canon. 223.

Bernhard. Zierzius de Principum inter ipsos di-
gnitate *not.* 249.

Rich. Zouchzus *not.* 26. 118.



INDEX

Index rerum & verborum memorabilium.

A.

- A**bbatissa Comitibus personaliter verecundia se-
xus interesse non debent 224. seq.
- Ablegati à Legatis distincti V. Legati.
- Ablegati Electorales in Anglia, Gallia, Belgio quo-
modo deducantur 452.
- Ablegati Hanseatici in Anglia quomodo ibid. Quo-
modo tempore pacis Westphalica à Legato Gallico
accepti 489. titulum Excellentia à vulgo sibi dari
passi sunt 501.
- Advocati qui & an in Legatorum numero sint ha-
berendi 42.
- Agentes ministri publici non sunt 10. 40. 41. quales
olim fuerint, & qui hodie sic appellantur 39. quo-
modo differant à Residentibus 40.
- Les Agents secrets cur olim Venetiis Germania Prin-
cipæ Angliaque Regina habuerint 41.
- Ambassiator quomodo Russis dicatur 17. Ambassia-
tor ordinarius Domini majoris, ordinario mino-
ris nunquam cedit 22. id quod variarum Rerum-
publ. exemplis probatur ibid. Ambassadors solè
mittentis personam induunt publicaque personà
induti habentur 11. ipsis solis etiam solennitates
deberi videntur 369. de origine hujus vocabuli
qui nam scripserint 15. Ambassadors Extraordi-
narii à Deputatis extraordinariis differunt 23.
Ambassadorum Deputatorum nomen quando ce-
perit? 24.

Ti

Apa

Apanagiati an Status Imperii 61. seq.

Argentoratensis Civitatis Legati ad Henricum Lutzburgicum recens Imperatorem electum missi, ob insolentiores formulas aliquoties rejectis 154.

Assessores Tribunalis Imperii Spirensis quo sensu legati Statuum dicantur 46. seqq. *Eorum nominationem rem parvi momenti quidam* 7. *P. scriptores existimant* 47.

Auersbergius Casareus ad Basavos Legatus cur ab eis detentus 456.

B.

B*atavi Legati pra Electoralibus legatis precedentiam affectaverunt* 423. *Ipsis lege publica prohibitum est munera accipere* 539.

Bellum Turcicum v. Turcicum bellum.

Belgium foederatum ditioni Hispanica se subtrahendo novam prerogativam acquirere non potuit 427. *Neque ejus Ordines Veneta Reipubl. possunt conferri* 428. *Apud ipsos Extraordinarii Regum Legati ad audientiam quomodo ducantur* 450. *Ordinarii quomodo* ibid.

Bernhardus Vinariensis in Colloquio Lutetia Parisiorum cum Rege Gallia habito caput suum texit indignante Rege 467.

Buccinatores proprie Legati non sunt, sed duntaxat cum iis quandam similitudinem habent 38. *juris gentium tamen protectione aequè ac Legati ipsi comprehenduntur* ibid. *solent hodie fere expedire, quae olim feciales* ibid.

C.

C*apitulationes Casarea quando scribi sint coepae.*
155:

Cere-

Ceremonia Legatorum quatuorplex 447. Earum disciplina fluctuat valde & quare 446. seq. In iis primo solennis deductio ad audientiam, quam iam olim apud Persas Romanosque in usu fuisse ostenditur 447. seq. Estque ea vel publica, vel privata ibid. si debita ceremonia observata non sint, aliquando à Principe finita audientia cantio additur de non prejudicando 463.

Ceremonia in visitationibus & titulis recepta, Legatis Regiis ac Ducalibus communes sunt 433.

Liber Ceremonialis si conscriberetur, utile esset 491.

Aliquando inter Principes ac Status peculiare super modis ceremoniarum sunt partitiones 502.

An Princeps solennes ceremonias Legato Statuum uni exhibere, alteri ab ejusdem dignitatis Principe misso denegare possit ibid. seq. In Conventibus Imperii dantur Ceremonia Nostris propria 505.

Alia cum Exteris quoque communes 506. Processionis propositionisq; actus ceremonia qua 507.

Character representativus quid, & in quo consistat? 16. 390. perfectus talis legatis dari non potest 391. quod ratione & consuetudine probatur ibid. & seq. Neque majorem prerogativam tribuere potest Legato, ac ipse mittens habet, nec adimere eam, quam ante missionem habet 393. seq. An in Ablegato quoque Extraordinario reperitur 394. seq. Etiam in Ambasiatoribus gradus honorum admittit 396. An in Legatis Statuum Character iste representativus inveniatur 397. Quid operetur quaque illius sint partes 398. seq. Prima est precedentia; de qua quid in Comitibus obtineat 399. seq. Altera Ceremonia 446. Ubi soli omnium E-

lectorum adsunt legati, singuli suorum Principa-
 lium obtinent locum 400. Ubi aliqui Electores
 ipsi, aliorum verò Legati adsunt, an hi domini
 sui absentis locum occupent, Electoribusque pra-
 sentibus precedant, superioribus Comitibus contro-
 vertebatur 401. Quomodo Palatinus se Electro-
 rusque defenderit ibid. seqq. Qui scriptores juris-
 publ. ejus sententiam confirmaverint 403. Qui-
 bus moti Electores ceteri, Conclusum in eam rem
 fecerunt 404. In actibus tamen publicis Electro-
 rum Legati Principes praesentes precedant 407.
 seq. sed non nisi Collegialibus & publicis actibus
 408. seq. & quidem in Legatis tantum primis 410.
 440. inter quorum Legatos hic circa hanc prece-
 dentiam exorta ibid. de ea ipsi Principes inter se
 nondum penitus convenerunt 411. Eadem inter
 Legatos Principales qua in Electo: alibi regula
 recepta, sed cum duplici exceptione ibid. prima
 qualis 412. quanam altera 413. seq.

Civium nomen quomodo accipiendum 52.

Comitiis indictis quid agere soleant Principes 506.

Comitiorum solennitates in principio adhiberi solita

521. seqq. Quinam vocentur ad Consultationes Co-

mitiorum ibid. Jus convocandi Comitium Electorum

Collegialia solus habet Elect. Moguntinus 522.

Scamnum transversum in Comitibus qui occupant

528. Jus lustrandi sessiones aliaque ordinandi

Mareschallo competit 528. seq. Evocatio à quibus

fieri soleat 530. seq. & quomodo 532. solennitates

titulorum in Comitibus ferè ostentantur 531. qualis

hic circa eas inter Legatum Ducis Holsatiae & Dire-

ctorem Collegii Principum A. 1608. in Comitibus

coorta 532. 542. qua in hodiernis Comitibus inter
Electoralia Principalesque & Civitatenses Lega-
tos. 533. Lingua Germanica in Comitibus solum obti-
net, nisi quod Circuli Burgundici Legatis privile-
gio quodam latine loqui liceat 534.

Comitum autoritas qualis fuerit a vo Carolingico 146.
seq. 260. 172. qualis apud Romanos 139. Nonnemi-
nis circa eos refertur sententia 156. seq.

Commissarii, & qui proprie sic appellantur 45. eorum
diversa significatio exponitur, ibid. qui de iis scri-
pserit ibid.

Committentes ratione superiorum considerati priva-
ti sunt 8.

Concilia quotuplicia 223.

Consules Mercatorum ad quos mittantur praecipue,
& in qua eorum munus officiumque proprie consi-
stat 42. Qui populi tales in primis habeant ibid.

Conventus Circulares quotuplices 249. seq.

D.

Danicus Legatus in Anglia adveniēti novissime
Sabando visitationē dare noluit, & quare 475.

Deductio solennis Legatorum quotuplex 447. quan-
do ea & ubi, in publicis ne an privatis audientis i-
psis exhibenda 449. ceremonie circa illam eadem
ferè ac in receptione solent observari ibid. institu-
ta varia exempla que exterorum circa eandem ad-
ducuntur 449. seqq. deductionis honor proprio ad
Ambassadores pertinet 451. Quid super deductio-
ne Electoralium Ablegatorum in Anglia noviter
constitutum 451. in Gallia Ablegati Electorales
curru Regis deducuntur, 452. Quomodo in Im-

perio, in Comitibus, in Caesarea Statuumque Aulicis
deductio fias 453. seqq.

Deputati distinguuntur à Legatis 8. uti & Deputa-
ti extraordinarii ab Ambassadoribus Extraordi-
nariis 23. Qui olim Deputati dicti, & qui hodiè
sic dicantur, talesque sint 43. seq.

Deputationes quando ceperint 238.

Desertores Legationis qui sunt, & quâ penâ efficiantur. 624.

Ducum antiquitas qua fuerit aeo^o Carolingico 146.
seqq. 160. seqq. 172. qua apud Romanos 139. Non-
nemini circa eos opinio refertur 156 seq. apud Sa-
xones Adelingi vocati 171. qualia bella gesserint
Ducei veteres 176.

E.

Electorum potestas quando aucta 88.

Episcopi quando & quomodo creverint 150.

Episcopus Wormatiens. in Conventu Francofurtensi
Legato Brunsvigo - Luneburgico Polycarpo Hei-
lando primi gradus honorem habuit 486.

Comes d' Estrade in Belgio per sex annos munere Gal-
lici Ambassadoris Extraordinarii functus est 26.

Excellentia titulus quando & quomodo Legatis tri-
bui ceperit 492. v. Tituli.

F.

Februarius Mensis apud Romanos legationibus au-
diendis attributus fuit 27.

Ferdinandus Sagax Rex Castilia primus misisse Re-
sidentes creditur 29.

Fenda unde & quomodo olim sint dicta 175.

Fideles Imperii an equipolleant Statibus 51.

Fœdera.

Fœderati Belgii Ordines Deputati Extraordinarii titulum legatis suis peculiariter vindicant 23.

Formularis Legati quinam dicantur? 13.

Franci more Romanorum devictas provincias administrabant 146. seq.

Friedericus I. Imp. Principum Germ. potentiam incidit eorumque confœderationes & pacta paulatim inhibuit 152.

G.

G*eldria sola ex septem Belgii provinciis Principatus, proptereaque in Generali Statuum consessu primum locum obtinet 427. Ejus Dux olim inter Imperii nostri Principe s fuit postremus ibid.*

Genuenses Legati honorem Sala Regia Romæ petentes ab Urbano VII. & Innocentio X. repulsam tulerunt. 452.

Germania Status laudatur 131. seq. & qualis sub Romanis usque ad Francos & ab his usque ad Carolum M. fuerit, ostenditur ordine 138. seqq. Quousque duraverit is verum Status 149. seqq. ab Henrico IV. usque ad Rudolphum I. fuit turbidus 185. Germanica lingua quando in Comitibus introducta est 533. seq.

Ludovicus Gonzaga primus titulo Excellentiaæ usus 493.

Gremovillius Regis Galliarum in Aula Viennensi primum Residens, deinde Ambassador extraordinarius, 17.

H.

H*Anseatica civitates sub imperialibus quoque comprehenduntur 67. Earum originem incrementaque & Statum quis descripserit ibid.*

Earum Abligati in Anglia rbeda supremi Cubicularii ad audientiam solent deduci 452. Qua controversia ipsis cum Serventio altero Regis Gallie Legato in Conventu Monast. intercesserit 481. Harcurius Legatus Gallicus Legato Batavo preter Excellentiam etiam honorationem locum visitationis ro denegavit 485.

Policarpus Heslandus Legatus Brunsvigo Luneburgicus ab Episcopo Wormatiensi comiter acceptus habitusque 489.

Henricus VII. Rex nullam in suo regno perpetuam passus est legationem 31.

J*eanninus Gallicus legatus Archiducis Austriae Audientiaro Verreikenio prima visitationis honorem exhibere non dubitavit 477.*

Immediata Nobilitas v. Nobilitas immediata.

Immediatorum membrorum vel immediate subjectorum voce quinam comprehendantur 50. seq.

Imperator an solus & sine ordinum consensu pacem facere foederaque inire possit 81. seqq. In quibus negotiis solus Legatos mittere potest 77.

Imperii Status v. Status Imperii.

Imperium Romanum ad Germanos quando translatum 88.

Instructio differt à mandato v. Mandatum.

Inter instructionis articulos quid regulariter referant Electorales Legati 424.

Jurisdictionis quid, quidque eo vocabulo intelligatur 545.

Jus gentium ex consensu earum unice aestimandum 30.

Jus Legationum v. Legationum jus.

Jus suffragii an vera Status, qualitas 57. seqq. Effetus potius quam forma Status Imperii 92.

ex Jure Justiniano presens Reipl. Status dijudicari nequit 546.

L.

Legationum origo duplex philosophica & Historica 106. earum jus quomodo consecuti sint Ordines 133. seq. pro diversa temporum ratione, etiam diversimode considerata sunt Legationes 155.

Legatio negotiosa qua 77. seq.

Legationibus audiendis apud Romanos totus mensis Februarius fuit attributus 27.

Legationum jus est inter jura Majestatis 33. ex indole negotiorum estimandum 73. pertinet ad jura territorialia ex suppositione talia 127. an ab hac sententia diversi, qui ex communicatione jurium Majestatis illud repetunt 128. seqq. acquiritur illud Status concessione Imperatoris vel expressa 546. vel tacita 547. item successione, in numerum Statuum cooptatione, & pactis 548. seq. Remedia pro asserendo hoc jure adversus exteros efferuntur ibid. seqq. qualia in Imperio possint adhiberi 551. qua actiones hic locum habere possint. ibid.

Circa Legationes Statuum jus duplex 72. quidam illud Imperatori soli tribuunt 73. an & quatenus Status participant de jure mittendi Legatos totius Imperii nomine ibid. an ipsis hoc ratione superioritatis territorialis competat 119. ante Maximiliani I. tempora consensus ordinum necessitas in Legationibus Imperii nomine mittendis ostendi non potest 134. Preinde inepti, qui existiment a vo Friderici

1. *Cesareis absque Statuum consensu Imperii nomine nullas Legationes mittere potuisse* 135. quod declaratur exemplo Ludovici Bavari *ibid.* *Qualis tempore Francorum fuerit Germanorum Legationum juris habitus* 148. *seq.* Hippolitus à Lapide Imperatori illud penitus denegat 73. *seqq.* olim soli Casari competit 74. qua ratione postea variaverit *ibid.* In quibus hodie negotiis Imperator solus legatos mittere possit 77. In quibus verò Statui concurrant 78. *seqq.* Legatio Imperii nomine ad externos non nisi communi Imperatoris Statuumque autoritate fieri potest 83. idque declaratur exemplis 84. & probatur amplius pag. 85. *seq.* circa modum missionis tamen Imperatori prerogativa competit 90. quod ostenditur per partes *ibid.* & *seq.* Unde verò illa appareat, probatur exemplis 91. *seqq.* quid circa hanc rem in Pacificatione Westphalica fuerit actum 92. *seqq.* quidque in nupera pacis Noviomagensis tractatione, publicis documentis ostenditur 96. *seqq.* quibus in casibus Legati Cesarei ab Imperio premia loco quid petere soleant 104. quatis controversia circa jus mittendi Legatos plures Electori Brandenburg. nuper cum Gallis intercesserit 110.

Legati cum laquea hominum comparantur 2. *seqq.* earum sermocinationes cum Principibus aliis insuper jus gentium imprimis in statu hostili dirigit 4. simulare & dissimulare certo illis modo licitum est 5. externus splendor pompaeque in omnibus Legatis non requiritur 9. primi ordinis quinam sine quique secundi 15. 10. Ab iis diversi sunt Deputati, qui à subditis vel Provinciarum communitatibus

tatibus interdum adlegantur 8. itemque Ablegati 19. an recepta sit in Imperio hac distinctio Legatorum ab Ablegatis 256. seq. jam ab hinc triginta annis paucissimi hoc discrimen intellexerunt 473. diversa sententia appellationesque equipollentes referuntur 258. In Conventibus Imperii recepta non est ibid. inter Statu Majores potius quam Minores hodie observari videtur 260. seqq. Illi apud Exteros eandem sibi asserunt 262. seq. De Electoribus hodie nullum est dubium 264. seq. Neque de ceteris Statibus, si commune cum Electoribus corpus constituent 265. sed an Principes seorsim jus habeant mittendi Ambassiadores nuper disputatum est 266. seq. quâ occasione 267 scripta publica in hanc rem adducuntur 270. seqq. Quid Galli objecerint 272. seq. Quid pro Electoribus atque Principibus dictum sit 274. seqq. Quid Gallis sit responsum 284. seqq. Quid Electoribus 288. seqq. Quid tandē consecutum, qualesq; in proximo Noviomagensi Tractatu fuerint Legati 297. in Comitibus Electoralibus quales esse debeant 320. Quales in Conventibus Deputationum, Visitationumque Camera 321. In his aliisque Conventibus moribus consuetudineque & observantia qua sunt introducta 322.

Legatus qui? 6. rectius Minister, quam nuncius vel conciliator aut mandatarius appellatur ibid. ejus differentia formalis unice ex ratione mittendi est desumenda 7. in ejus descriptione cur vocabulo summa potestatis aut suverentatis abstinnimus ratio redditur ibid. ad ejus generalem conceptum prater publicam nomen, etiam solennitatem missionis quidam allegare solent. 9. Divisio

*Divisio eorum explicatur 15. quomodo Legati secun-
di ordinis ab Ambassadoribus distinguantur 16.
quid apud Turcas ac Russos circa hanc distinctionem
obtineat ibid. Ratione potestatis quomodo divi-
dantur Legati 12.*

*Porro dividuntur Legati in extraordinarios & or-
dinariorum 18. seqq. quando hac vocabula cooperint
20. Ipsorum solennitates quomodo variantur & di-
stinguantur 336.*

*Legati exterorum per sanctionem A. B. tempore e-
lectionis in Imperio nostro exesse jubentur 32. pri-
mi an secundum ordinis Legatum mittere, consistit
in electione ejus, qui plenum legationis jus habet
32. Ut & unumne an plures, & hos quidem eo-
dem charactere praeditos, an qualitate distincta
35. seqq. In omnibus Legatis requiritur manda-
tum 336. neque hic excipiuntur Civitatum Impe-
rialium Ablegati 337. seqq. Legatorum mandata
ab universo Imperio, instructiones vero aliquando
solum Imp. autoritate expediuntur 9. An Lega-
to Electoris ad electionem mandatum dari possit
cum restrictione ad certam personam 255. seqq.
vide mandatum. An Princeps rejicere possit rati-
ficationem, si Legatus contra privatae Instructionis
tabulas egerit 344. seqq. Adducitur in hanc rem
exemplum Philippi Archiducis Austriae 345. quid
à Hispanicis sit allatum ibid. 113. Eorum li-
tera credentiales solum quandoque Caesaris nomen
preferunt, ibid. respectu Caesaris ampliores,
respectu Statuum minorem titulum sortiu-
ntur Legati 91. Ipsorum tituli pro diversitate tem-
porum varii v. Tituli, olim titulo DEI gratia usi*

492. *Legatorum genera tantum sunt duo* 288.
Legatorum ad Comitata requisita quanam sint 316.
seq. An Syndici Civitatenfes Principum legati esse possint 318. *seqq.*
Literas Credentiales omnis generis habent 647. *Aliquando* & *litera salvi conductus ipsis dantur* *ibid.* & *seq.* *In his consignandis saepe multum temporis consumitur* 349. *Dantur Legatis Statuum non solum ab exteris, sed etiam ab ipso Imperatore, quod multis exemplis ostenditur* 350. *An* & *bello implicitis ejusmodi litera debeant concedi* *ibid.* & *seq.* *Quid circa eas ad Concilium Tridentinum Protestantium Legatis impertiendas sit disputatum* 351. *Quid in Concilio Constantiensi actum* *ibid.* *Quid in Wormatiensi, Basiliensi* 352. *Aliquando etiam Legatis Statuum proscriptorum ad Conventus Imperii dari solent* 353. *Qualis saluus conductus Legatis Statuum ad Conventus probatorios ex constitutione imperiali competat* 354. *Qualis Electorum ad Comitata Electoralia ex privilegio Caroli IV.* 355. *An verò* & *hic saluum conductum prestans teneatur ad damna per latrones transeuntibus Legatis illata* 356.
An Legatus Status alicujus sine rogato conductu, provinciam alterius clam intrans detineri possit 357. *seq.* *Quale Statuum legatis dari soleat legatum* 358. *seq.* *Quid Electorum Legati ad Electionem Casaream proficiscentes, finesque Statuum transeuntes à ceteris peculiare habeant* 360. *Quanam circa admissionem solennitates observentur* 362. *Quid iam olim apud Romanos obtinuerit* *ibid.* *Diversa populorum instituta moresque in*
reco-

receptionibus Legatorum recensentur 362. seqq. ut & in hospitalitate 366. seqq. Circa receptionem solennem in Gallia quid obtineat 369. seq. Quid in Polonia, Anglia, Suecia, Belgio, Italia 371. seqq. Quid in Aula Casarea 373. seq. Inter Statutus ipsos invicem 374. seq. In Comitibus Universalibus 376. seq. In Comitibus Electoralibus 379. Legitimatione persone quomodo fiat apud Exteros 380. Quomodo in Imperio, aula Caesaris atque Statutum ibid. seq. Quomodo in Comitibus Universalibus, quidque circa eam in disputationem veniat & nuper demum à quibusdam fuerit agitatum 381. seqq. quomodo ea lis composita 385. fit apud directorium Moguntinum 506. In ceteris Conventibus Imperii & Circulorum penes quem fit. 386. Quid in Concilio Tridentino super legitimatione Protestantium Legatorum sit disputatum 386. seq. Discussio plenipotentiæ vel mandati Legatis dari soliti qualis 387. character representativus in quo consistat, v. Character. substitutus an locus substituentis occupare possit 418. seqq. in concursu Legatorum aliorum, quanam regula observanda 419. Locus honoratior in domo Principis, ad quem mittitur, tribuendus Legato 464. Legati Electorales in celebratione Curie solennis etiam Regum legatos precedunt 420. seq. In aula Casarea his quidem cedunt, sed aliorum Principum Exterorum omnium Rerumque publicarum Legatis preferuntur 421. Idemque in aliis casibus actibusque extra imperium obtinet 422. seq. Hinc pratensis Reipubl. Veneta nullo fundamento nititur, multo minus Federati Belgii,

gii, suos legatos Electoralibus praeferricupientium
 423. seqq. quis hoc ius ipsis dubium reddere vo-
 luerit 424. Legati Principales tamen si forte Ve-
 netis, nequaquam tamen Legatis Batavis cedunt
 425. Quid in congressu Bilefeldensi inter Lega-
 tum Neoburgicum & Belgicum propterea sit a-
 ctum 426. seq. An hac ad Legatos primi Ordinis
 solum pertineant, an verò ad Ablegatos etiam &
 Residentes 429. Inter Legatos Civitatum & No-
 bilitum qua hic controversia 430. Horum causam
 quis defendit ibid. Ubi & quando illarum Legati
 prerogativam pra his obtinuerunt ibid. quando
 hac lis iterum recruduit 431.

Legati Regii Romae ubi audiuntur 452. Legati Re-
 gum Ordinarii ac Extraordinarii apud F. Belgia
 Ordines ad audientiam quomodo deducantur 450.
 Legati deducuntur vel rhedis, vel equis vehun-
 tur 451. v. Deductio.

Legati Ordinum ad Cameram missi, quomodo audi-
 ri debeant, Ordinatione Camerali praescribitur
 455. Ratione temporis audientia destinati quid
 soleat observari 456. Quatis A. 1658. Legatis
 Brandenburgicis ad Regem Sueciae missis hoc no-
 mine mota sit controversia 457. seqq. In prima
 audientia qua regula observanda 459. In audien-
 tia Legatus se accommodare debet ad mores popu-
 li, ubi vivit 460. seqq. An & ratione linguae 462.
 Quid dicendum de facultate se regendi sedendique
 coram Regibus, qua in Gallia nostris Helveticis-
 que Legatis non conceditur 465. seq. Tempera-
 mentum tamen adhibet Rex 466. seq. In Polonia
 verò & alibi honor ille conceditur 467. seq. Ab
 Impe.

Imperatore etiam Legatis Electorum primariis 468. Aliquando etiam secundi Ordinis Legatis tale quid indulgetur 469. Legatis primi ordinis saepe Instructionis literis iungitur ibid An Legatis liceat se tegere, si Rex exterius in eam anlam, ubi aliorum plurium degunt Legati, advenierit, quemque ipsi Dominorū suorum nomine salutare velint 470. seq.

Legatis novissimè advenientibus primam dandam visitationem esse quando coeperit stabiliri 474.

Quid Roma inter Casareum atque Gallicum Legatum circa eam sit actum ibid. Quid in Conventu Ulmensi 475. Inter Legatos diverse dignitatis Dominorum equaliter obtinet 475. seq. Legati Electorales ubique plenis honoribus ceremoniisq; fruuntur 477. Quid Germania Principum Legatis hic apud externos tribuatur, quidque inter Gallicum Legatum Jeanninum, & Archiducis Austria Audientiarium Verreikenium sit actum ibid. Quid à Casareis suisque inter se 478. seqq.

Qualis Legatis Principalibus cum Electoralibus circa primam visitationem controversia 480. seq.

Quae inter Legatos Civitatum Hanseat. atque servientium, alterum Gallia Regis legatum, in Conventu Monast. fuerit 487. seqq. Quid statuendum, si Legatus pluribus annis uno fuerit loco, iterque aliud fecerit, utrum reversus primam visitationem legatis debeat, qui eo absente noviter accesserunt 484. Legatis in revisitando quid observandum 485. potior locus visitanti debetur, tamen si alioquin Legati illi de precedentia invicem contendant 487. si plures sint legati visitan-

tes

res honoratior quoque locus omnibus debetur 487. seq. si vero à pluribus visitatus sit Legatus, re-visitatorem eodem, qua ipse accepit ordine, exhibet 488. Qui alterum invisit, in aditu aditum excipiendus est ibid. Quid in Anglia inter Legatum Hispanicum Venesumque circa hanc rem sit actum ibid. Ante publicatam Casaream propositionem Legatis quibusdam super negotiis tractandis convenire non licet 506. seq. In actu processionis ad propositionem Casaream Electorales Legati equis vehi possunt, ceterarum Ordinum Legati pedites incedere coguntur 507. Hinc Salsburgensi atque Austriaco Legatis A. 1640. in Comitibus equitantibus contradictum est primum à Collegio Electorali 507. seqq. deinde à Principibus 415. seqq. Legati ad Comitiorum Consultationes quandoque & per quem convocentur 521. An liberum ipsis sit curru vehantur, an pedites eant in Curiam 523. Quae circa sessiones atque subsellia inter Legatos Statuum differentia ibid. Qualis inter Legatos primarios Electorales ac Principales, interque hos ac Civitatesenses, primum ratione graduum 524. seqq. deinde ratione stragularum 527 Legati non nisi evocati in Comitibus loquuntur & quidem stantes ac capite aperto, dicuntque sententiam vel ore, vel scriptis 504. Tituli etiam illis vel nulli vel parca saltem tribuntur 532. Lingua quoque Germanica usi debent 533. seqq. Quanam circa re- & correlationem inter Ordinum legatos discrimina 534. qua circa ejusdem modum inter Electorales & Principales A. 1653. coorta disceptationes 535. Legati quomodo dimittuntur

tantur 537. dantur ipsis litera recedentiales
 ibid. an in Comitibus discedentes valedicere debeant
 Casari ibid. seq. Circa munera ipsis dari solita va-
 ria recensentur populorum instituta 538. qualia
 Batavi hodie illis dare soleant 539. Apud quos
 prohibitum est legatis munera accipere ibid. legatis
 Statuum eadem accipere possunt, sam ab Exteris,
 quam Constatibus plurimorum exemplis ostenditur
 541. seq. An legatis Electoralibus eligendi Impera-
 toris causa missis eadem accipere liceat 542. seq. si
 consueta munera ipsis denegantur, legatis abiturien-
 tes protestari solent 543. Eorum autem allatoribus
 vicissim a legatis datur honorarium ibid.

Legati Electorales in mensa Domini sui non sedent
 611. secularium Electorum nec curialia officia lo-
 co Domini expediunt, sed subofficialibus, eorum-
 que absentia, ordinariis Imperatoris aula officiali-
 bus una cum annexis fractibus tenentur relinque-
 re 612. Ecclesiasticorum Electorum in quibus do-
 minorum personam non sustineant 615. Evange-
 licorum Statuum in aula Casarea religionis sua
 exercitium nondum potuerunt obtinere, & qua
 ideo acta 616. seqq. Statuum, exceptis Electora-
 libus, in Civitate; qua electio Imperatoria ha-
 betur, tempore electionis, nulli tolerantur. 620.
 tenentur legationis munus suscipere invit. 623.
 de male gestis gravissimam reddere tenentur ra-
 tionem. 624. munera accipere possunt. 635. an le-
 gatorum Statuum in aula Casarea morientium
 hereditatem Mareschallus arripiat, sibi que reti-
 neat trientem. 626. legati exterorum ad totum
 Imperium missi quomodo recipiantur, & audian-
 tur.

tur. 629. seqq. Legatis Exterorum non permittitur, ut rebus Imperii se immisceant, aut armati in publicis Conventibus compareant, 635.

Legati in proximo. Conventu Noviomagensi recensentur. 36. Legati seculo Carolingico in provincias missi, quomodo vocabantur 38. quandoque etiam Consulis munere simul funguntur, illustraturque hoc exemplo legationis Vengta 42. Legati provinciales prater nomen cum Legatis veris nil habuerunt commune 43. Legatorum genera quedam analogia referuntur 37. seq. Inter ea etiam sunt Buccinatorès Tympanorumque pulsatores 38.

Litera credentiales publici nominis indicia sunt 9. quandoque solum Caesaris nomen preferunt 90. si defectus in iis reperitur audientia legatorum differtur 437. Litera recedentiales cur dentur legatis 537.

Lubecensis Senatus ex quo fonte legationum jus privative sibi competere asserat 546.

M.

Majestas olim non nisi Casari tribuebatur, ejusque & Dignitatis Regia titulus in aliis fuit conjunctus 490. Majestatis crimen nota subjectionis 164. differt à Felonia ibid.

Mandatam in omnibus legatis requiritur 336. sed hac Mandata ex usu Imperii nostri substituenda clausula solent muniti 340. saepe etiam nomina eorum inseri, quos postea missurus fuerat Princeps, etsi deinceps non mittantur, & quo consilio hoc fiat 341. Qua forma hujus mandati interna 341. externa 342. seq. Ab hoc mandato differt instructio 344.

Un

Maxi-

Maximilianus I. hodierni Imperii Status fundamenta fecit 75.

Minister quis & eius vocabulum quatenus denotat intimum ac unicum, ex Gallia est arcessendum ibid. eius titulus procedente tempore factus est communior ibid. inter eum & intimum quale discrimen? ibid.

Ministrissimus quid? & bono ne an malo exemplo sit introductus, cuique revera competat? 7.

Ministorum publicorum nomine non comprehenduntur Procuratores, cursores, buccinatores &c. 10.

Missi, qui tempore Imperatorum Francicorum dicebantur, & unde eorum autoritas atque officium nobis constat 38. qui hodie ad illos accedant ibid. 45. Eorum vestigia in Tribunali Spirensi extare quidam volunt 48. Eorum qualitas quomodo consideranda 253.

Moguntinus ius convocandi Comitibus Electorum Collegialia solus habet 522. quid in prerogativis eius peculiare habetur 538.

Monarchia Romana sub quibus Imp. confirmata consummataque 87.

Monteregius Galliam transiens Regem non salutavit, & quare 466.

Munera jam olim legatis dari solenne fuit 538. qualia hodie Batavi ipsis dare soleant ibid. seq.

Apud ipsos tamen & Venetos publica lege prohibitum est suis legatis munera accipere 539. seq.

Apud priscos Germanos legatis ea accipere licuit 541. Statum legati eadem accipere possunt, tam ab Exteris, quam Constatibus ibid. seq. quid dicendum

dicendum de legatis eligendi Imperatoris causa
missis 542. si uero munera consueta mittantur
quid fiat, 501. N.

Neoburgici Ducis legati foederati Belgii legatis
cedere nolunt 426. eius causam propugnandam
suscepit Andreas Guiseppe Gizzius 428.
coram Rege atque Regina Polonia capita sua tace-
runt 468 pari cum legatis Regis iure usi 478. di-
uersisque missionibus in Polonia titulum Exsul-
lentiae eque ac Regii legati acceperunt 501.

Nobiles an ad suos Conuentus legatos mittere possint
248. Ipsorum Deputati Ciuitatum Imper. legatis
de precedentia controversiam mouere solent 340.
Nobilium causam quis defendit ibid.

Nobilitas immediata an sub Imperii Statibus com-
prehendantur 66. qui de hac controversia scripse-
runt ibid. an habeant, ius legationum 212. seqq. v.
Status Imperii.

Nobiles Gauerbiatus Fridbergens. cur in Comitibus
non compareant 67. 214.

Nunciorum nomine quid intelligatur, nondum satis
est explicatum 222.

Nunciorum Pontificiorum origo unde arcessenda 26.
à Regis atque legatis etiam uisissimi à diuini-
tibus primi uisitari cupiunt Nuncii 476. Quid
Venetiis inter Nuncium Apostolicum ceterosque
Regum Principumque legatos obseruatur 479.
Quid in Gallico legato 484. Tempore pacificatio-
nis Westphalica Nuncius Pontificius Comiti Au-
striaco Wolkensteinio Principibusque legatis
honoratiorem locum denegauit 486.

O.

O *Rigo Legationum quotiuplex* 106.
Origo tituli Excellentiae unde arcessenda 492.

P.

P *atriatus quid tempore Merovingorum fuerit* 160.

Plenipotencia quomodo à legatis doceri soleat 387. seq
Plenipotentiarii nomen non honoris sed potestatis est,
Et quibuscunque etiam Deputatis vel Commissa-
riis attribui potest 13. *probatum exemplo Germania*
regnorumque aliorum ibid. Et pag. seq. 14. Eo-
rum conclusis obligantur Domini, etiam non acce-
dente ratihabitione 14. seq. *In ipsorum classem qui-*
nam referendi 253. seqq.

Præcedentia jus quomodo nitatur fundamento 399.
quid legatis circa datum incumbat ibid. super ea
sine expresse Domini sui mandato ipsis transigere
non licet 435. *Ac recte armis assertatur* 434. *Il-*
lustratur exemplis ibid. Præcedentia inter Legatum
Brunsvicensem Et Brandenb. controversia 410.
In aula Casarea legato Hispanico præcedentia an-
te Gallicum tribuitur 435. seq. *in aula verò cete-*
rorum Regum hic ipsi non cedit ibid. De præce-
dentia Legatorum aliorum vid. in v. Legati Et
Charakter. quomodo controversia præcedentiarum
evitari possint, varia referuntur cautela 433. seq.
cum exteris quomodo componenda 434. *In Impe-*
rio inter Status quomodo, quisque huius rei in Im-
perio iudex 436. *Imperator ne solus an verò cete-*
ri Status concurrant 437. seq. *Qualia decidendi*
fundamenta Et remedia juris hic obtineant 439.
Principatus ex sententia Couringii qui sint 123.

Princi-

Principes Austriaci Ducibus Venetis pralati 426. Principis nomen quale fuerit olim, quemque eo significaverint. 180. Principes Germanorum Venetis olim les Agents secrets habuerunt & quare 41. Principes negotiis Reipublica semper interesse, nec possibile, neque consultum 3. Illi qui etiam si summa potestate pradi non sint, tamen optimo iure legatos invicem mittere possunt 8. Ad legationes officiosas, nisi gravioris negotii causa praeter legatum unum raro adhibere solent 35. id quod declaratur exemplis ibid. & seq. Distinguntur in domos veteres ac recentiores, in alte und neue Häuser 69. Ex mente Furstenerii scriptoris nuperi etiam in Majores vel armipotentes ac Minores dynastas ibid. an habeant Majestatem, quique illud propugnauerint 107. seq. an souverainetatem 111. seqq. qualis differentia inter souverainer Fürst & souverainer Reichs-Fürst 112. seq. Eos consuetudine magis, quam iure legatos mittere qui statuerint 117. Eorum conditio ad rationes civium aliarum rerumpubl. frustra exigitur 131. Ipsorum potentia tempore Henrici IV. Imp. in primis enitit, sub eaque & sequentibus legationum proprio nomine mittendarum consuetudo ipsi frequentior facta est 151. qua postea tempore magis inter regni cum aliis iuribus adulta magis, donec à ceteris Inopp. est restricta 152. seqq. demum expressa confirmatione roborata 154. seq. Novi Principes an veterum legatis praeferi debeant 414. seqq. Principes an seorsim jus habeant mittendi Ambassadors quâ occasione nuper disputatum 267. v. Legati.

Privilegia legatorum quamdiu durent. 609.

Procuratores Ministrorum publicorum nomine non comprehenduntur. 10.

Pro - Reges in quo differant ab Ambassadoribus 43.

Protestantes inter Status & Pontificem mutuum legationum jus intercedit 249. v. *Status Imperii. ipsorum legati an salva conscientia Missa, cui per A.B. interesse tenentur, interesse possint* 326. seqq. *Et an eo tempore, quo adhuc secedebant Protestantium legati, unus ex illis religioni Pontificia addictus, potuerit manere* 328. seq. *In Concilio Tridentino cum de loco ipsorum legatis concedendo deliberaretur ferme se extricare non poterant* 432. seq.

Provinciales legati prater nomen cum legatis veris nihil habuerunt commune 43.

Publicè, publico nomine & publica inducitur persona missus quomodo distinguantur 9. seqq.

R.

R E - & *Correlatio* 534.

Regalia quid significant, quique de iis scripserint 116. seqq.

Reichsverwande an equipelleant Statibus 51.

Ratificatio quid? 15.

Reges olim Regia dignitatis nomine appellantur 490.

Residentes qui, & quamquam eorum origo 25. seq. *differunt ab Ablegato extraordinario ordinis prerogativa tantum ibid. Neque cum Legatis Romanorum provincialibus aut federatarum gentium ullo pacto modo comparari possunt* 27. *Hodie speculatores & aliena perfidia autores audiunt* 29. *Pusen-*

29. Pufendorfi de iis iudicium 29. An equè ac alii Legati jure gentium recipiendū sint, valdè adhuc inter eruditos controversitur 29. seq. Kirchnerus eorum receptionem non ex jure Gentium, sed ex pacto partium singulari dependere, probare conatur. 30.

Respublica commadè cum homine potest comparari, idq; exemplo Grotii aliorumq; declaratur 2. eius Status cum vertitur, quid plerumque fieri solet 76. seqq.

Rex Gallia nullum in aula Casarea habet Oratorem, sed tantum Residentes & quare? 16.

Romana Monarchia v. Monarchia Rom.

Romana Reipubl. Status à Græcorum tumultibus ad formatum ab Augusto Principatum cognitum difficilis fuit 185.

Rudolphus I. Habsburgicus Imperium Germ. quasi vagum stabilivit 153.

Russi Ambassiatorem Posla, Envoyé verò poslanic appellant 17.

S.

Sabaudia Ducis Legato titulum Excellentie tribuebant Galli Electoralesque Legati, 501. qui v. cum ipsi denegaverunt ibid.

Seruentius ob titulum Ambassiatoris cum Hanseaticis litem habuit 24. itemque propter visitationem 481.

Solennitates Legatorum quomodo variant & distinguantur 336. v. Legati Comitiorum in principio adhiberi solita. 521.

Souverenitas an & quo sensu de principibus Germania dici queat 110. seqq. plurimorum circa eam no-

rarum opiniones recensentur ac refutantur à 115.
ad 119. vera ejus sententia proponitur atque indi-
cantur auctores 119.

Status Imperii quinam dicuntur , & aliorum circa
hos appellationes lasiores falseque recensentur 50.
seqq. An fideles vel cives Imperii rectè appollentur
51. Consiliarii perperam nominantur 52. seq. Con-
sortes verò Imperii , sive partes Principales rectè
ex legibus fundamentalibus 53. Senatores quâ ra-
tione vocari commode possint ibid. quomodo opti-
mates 54.

Status quid sit , discrepant Dd. ibid. Inter eos con-
ciliatio tentatur 55. seq. Vera sententia exponitur,
quidquid sint Status describitur 57. verane ejus
qualitas jus ferendi suffragium ibid. & seqq. qua-
tuor gradibus estimari possunt Status Imperii 60.
seq. confirmatur hoc auctoritate legum publicarum
63. seq. Quomodo ratione Collegiorum distinguan-
tur 66. quomodo ratione dignitatis non solum Elo-
ctores & Principes à ceteris, sed & hi ipsi inter se
distinguantur 67. seqq. Quid de novissima parti-
tione Cas-Furstenerii sis habendum exponitur 69
seqq. Statuum aequalitatem quis exposuit 68. qua-
tenus participant de jure mittendi legatos totius
Imperii nomine 73. seq. hujus participationis fun-
damentum indicatur 75. seq. Quò titulo illud jus
habeant Status 167. seqq. Mittunt legatos non
solum singuli, sed & plures conjuncti 187. seq. quo-
modo conjungantur 188. seqq. Eorum legationes
varia vel nomine Statuum omnium , vel Colle-
giorum , vel Circulorum missa exhibentur 188.
quid nuper circa has à Saxonie inferioris Circulo
ad tra-

ad tractatus Neomagenses destinatas acciderit 189
 conventionales Statuum conjunctiones qua sine,
 quomodoque earum ratione Legatos miserint 192.
 An & quatenus, ubi plures pro indiviso possident
 Principatum, singuli jus habeant Legationis 142.
 seq. refutatur eorum error, qui universos ejus-
 modi Con - Dominos unum solummodo Statuum
 representare credunt 194. seq. si Minorennis sit
 Status, mittit Tutor vel Administrator 196.
 quid ratione Minorennitatis Electorum olim inter
 Palatinos fuerit disputatum 196. In Electoratu
 Bohemico tali casu Ordines Regni Bohemia eam
 facultatem prætendunt 197. seq. sed contradixe-
 runt ipsis Reges 199. Quanam diversa circa hanc
 rem Doctorum sint judicia 200. Ferdinandus ipsis
 hoc jus non ademptum penitus, sed duntaxat limi-
 tatum voluit 201. Seculares Principes Majorren-
 nes jus mittendi Legatos ante investituram an
 habeant, & quid in Comitibus Ratisbonens. sit
 controversum ibid. seq. In Ecclesiasticis si sedes va-
 care contigerit, Capitulum mittit Legatos 202.
 Excipitur tamen casus electionis Casarea, ad quem
 cur illud legatos mittere nequit exponitur 203. seq.
 Archiepiscopus vel Episcopus electus legationum
 jus habet, etiam si nondum sit infulatus aut à Ca-
 sare investitus 204. seqq. jus etiam annumerantur
 Ordinis Teutonici atq; Johannitici Magistri 206.
 Idem quoque de Archiepiscopatum atque Episco-
 patuum August. Conf. Administratoribus est ha-
 bendum ibid. seq. An exempti habeant legationum
 jus, & quomodo id explicandum 208. seqq. an
 Apenninici 210. qui de his videndi scriptores 211.

qua

qua Furstenarii hic sit sententia, ibid. quâ ratione
 Legatos mittere dicuntur 212. libera ac immédia-
 sa Nobilitas quoque potest. Et quo titulo 212. qui
 ipsi hoc jus denegaverunt ibid. qui vero vindica-
 verunt 213. Item Flanseaica Civitates an Lega-
 tos mittere possunt 214. seqq. qui ipsi hoc derogant
 215. qui vero offerant ibid. unde hanc facultatem
 primum sibi acquisiverint 219. Mittunt Statu le-
 gatas vel extra Imperium vel in Imperia, Et hic
 quidem vel ad Imperatorem 221. quod etiam de
 Nobilitate immediata recte affirmatur ibid. seqq.
 diverse tamen à statibus Imperii gradu 223. Dein-
 de vel ad Con-Statu singulos Et conjunctos, vel
 Concilia atque Comitia universalia ibid. seqq. an
 proprio dici possint legati, quos ad Comitia mittunt
 an vero Magistratus, Commissaria aut Senatori
 quid simile habere videantur 227. seqq. Ad Con-
 tus particulares quoque mittunt, quorum varia
 genera 230. seqq. Electores ad Convencus Electro-
 rales Et Collegiales 232. seqq. in quibus presentes
 esse debeant 234. Elector Bohemia quoque ad eli-
 gendum Cæsarem legatos mittere potest 235. Ad
 solam tamen electionem ejus admittuntur Legati
 236. Præterea ad Convencus Electorales vi A. B.
 Legatos quidem mittere potest, sed præsiden-
 turia non admittuntur 237. seqq. Ad Convencus
 Deputationum vero atque Circulorum Statu le-
 gatos mittere possunt 238. seqq. Ad generales autem
 Circulorum convencus non singuli Statu, sed
 cœteri officiales tantum legatos mittunt 242. An
 ad Camera visitationes dimittere possint, Et an
 illuc dimissi verè Legati sint 243. seqq. Extra Im-
 perium

peritus ad omnes Reges, Principes, Republicas
 Status Legatos mittunt 248. seq. An inter ipsos
 præsertim Protestantes & Pontificem Rom. mu-
 nuant quoque legationis jus intercedat 249 In ce-
 remonialibus tamen se difficiles præbent 250. seq.
 Statuum ad Comitæ legati plerumque Plenipoten-
 tiarii sunt 253. seq. Ut & quos ad Conventus De-
 putationum ac Electorales mittunt 254. Possunt
 Status pro arbitrio Legatos unum vel plures mit-
 tere 297. & vicissim unam solum ita ut à singulis
 seorsim missus censeatur 312. Secus tamen ad Con-
 ventus visitationis Camera Revisionisque 313. qua-
 ritur ansem an plaribus missis in Comitibus Electro-
 ralibus singuli ad suffragium admittendi 298.
 seq. idem in Comitibus universalibus obtinet 299.
 Etiam ad Exteros mittendorum numerus in ar-
 bitrio mittentis consistit 300. Effectus hujus ob-
 servationis ratione Plenipotentiariorum 301. &
 Ambassadorum plurium 302. seq. An Electores
 plures numero Ambassadors omnes characterere-
 presentatio præditos mittere possint, nuper disce-
 ptatū, & quâ occasione 303. seq. Rationes pro affir-
 mativa recensentur 304. seqq. Quid pro negativa
 attulerint Galli 309. Quomodo responsam ipsis à
 Brandenburgicis 310. seqq. Quanam in legatis
 Statuum ad Conventus publicos specialiter obser-
 vanda 315. in Comitibus Electoralibus quales esse
 debeant legati 320. An Status aliquis ad Conven-
 tus Imperii eum mittere possit, qui Clientis est aut
 Minister exteri Regis 323. Utrum ad Evangeli-
 corum Conventum, Evangelicus Status legatum
 Pontificia religionis ablegare possit 324. An Cleri-
 ci pos-

ei possunt mitti *ibid.* & *seq.* An perduelles 330.
 an transfuge apud illum, a quo auferunt *ibid.*
 & *seq.* An subditum ad illum, cuius dissoni, est
 subiectus 331. *seqq.* Esitalis, ut legatus, admissus,
 privilegia legatorum ei competunt 333. An miles
 alterius Principis, Domini sui naturalis legatus
 esse possit apud eum, cui militat 334. quid de bel-
 lo captis habendum Statuendumque *ibid.* Statuum
 Legati secundarii in Imperii Conventibus promi-
 sive sedent 429. Status etiam singuli recipiunt
 legatos ab omnibus, ad quos illi mittunt. 636.
 qualis ceremonias in receptionibus, audientis tra-
 ctationibus, dimissionibus legatorum exteriorum
 adhibeant. *ibid.* & 638.

Status Imperii omnes tam feudali quam homagiali
 iurejurando Imperio atque Imperatori sunt de-
 vincti 107. Errant qui inter Magistratum no-
 mina eos allegant 118. Gallia Rex quomodo eos
 appellet 491.

Statthalter qui, *vid.* Pro-Reges.

Subditi a civibus an differant, diverseque aliorum
 circa hanc distinctionem sententia referuntur 51.
seq.

Superioritas territorialis quid sit, & in quo eius na-
 tura atque essentia consistat 120. *seq.* quomodo in-
 vestiganda 124. *seq.* Variorum circa eius definitio-
 nem auctorum recensentur sententiae 121. 122. qua
 occasione in hanc opinionem quidam pervenerint
 123. eius jura sunt duorum generum 126. ad quod-
 nam horum legationum jus pertineat *ibid.* & *seq.*
 quo tempore illam consecuti sint ordines diversa
 dubiaque sententia 137. *seq.* Nova nonneminis o-

pinio

pinio referuntur, quidque pro communi sententia dici possit ostenditur 157. seq. Rationes afferuntur 159. usque 164. Quid in contrarium opponi possit & in quo totius controversia momenta consistant, exhibetur 165. seqq.

Suprematus quid, quique hac voce denotentur 70. 108. Respondet Gallicum la souverainete ibid.

Syndici Civitatis Legati Principum in Comitibus esse nequeunt 318. seqq.

T.

Tituli pro diversitate temporum variis, etiam inter ipsos Principes 489. seq. In Comitibus ferè omittuntur 531. seqq. titulus Majestatis & dignitatis regia olim conjunctus 490. Ille extra Comitibus ab Electoribus Principibusque nostris Regibus dari solet ibid. titulo serenitatis & Fratemitatis quæstantur ibid. Ubi & quando de certa titulorum formula actum 491. Consuetudo illa quâ Reges se invicem Fratres vocant quando inducta ibid. seq. Titulus Excellentia quando & quomodo legatis tribui cœperit 492. seq. In Germania ignotus fuit usque ad tempora Westphalica pacis ubi ab Exteris Electoralibus legatis datus est 494. Qui postea à Principibus quoque legatis, sed frustra eundem petierunt 495. seq. An Principales eundem titulum tum quoque obtinere quaesierint 498. Quid in Conventibus Imperii ea de re inter Electorales & Principales actum ibid. & seq. Cur in Comitibus circa illum difficultates moveantur 500. An Principibus legatis ad Exteros missis æque ac Electoralibus competat 500. seqq. quibus in Germania præterea tribui solent 502. Aliquando hac

hac insuper specialibus partibus constituuntur ibid.
Fonsionici Ordinis Magister annumeratur Statibus
Imperii 205.

Turca omnes legatos suos communi nomine Elchi
appellat 17. Turcicum novissimum bellum cuius
potissimum auspiciis ac ratione fit gestum 81.

Tympanorum pulsatores aut inter legatos referendi,
Et quod cornu hodie officium est 38. vid. Buccina-
tores.

V.

Veneranda Respublica suis legatis pro Electoribus
precedentiam deberi contendit 423. Superio-
ri seculo pro suis legatis honorem Sala Regia obti-
nuit Roma 452. ipsa munera accipere lege publi-
ca prohibitum est 539.

Itacum Regia quovodo ab Ambassadoribus disse-
runt 43.

SOLI DEO GLORIA.





Vertical text on the left edge, mostly illegible due to blurring and high contrast. Some faint characters are visible, possibly including '1881' and '1882'.



Thavonate 1949

Österreichische Nationalbibliothek



9809

